









EDDA

SNORRA STURLUSONAR.



TOMUS TERTIUS.

SUMPTIBUS LEGATI ARNAMAGNÆANI.

EDDA
SNORRA STURLUSONAR.

EDDA
SNORRONIS STURLÆI.

TOMUS TERTIUS,

CONTINENS:

PRÆFATIONEM, COMMENTARIOS IN CARMINA,
SKÁLDATAL CUM COMMENTARIO,
INDICEM GENERALEM.

ACCEDUNT TABULAE LITHOGRAPHICAE QUINQUE.



HAFNIÆ.
SUMPTIBUS LEGATI ARNAMAGNÆANI.
TYPIS J. D. QVISTII ET SOCIORUM (V. F. LEVISON).
1880—87.

L. B.

*Annis **1848** et **1852** cura collegii Arnamagnæani primum et secundum volumen Eddæ Snorrianæ edita sunt, quibus continentur tam ea, quæ proprie Eddæ nomine significantur et ad Snorronem Sturlæi filium auctorem referuntur, Gylfaginning, Bragaræður, Skáldskaparmál, Háttatal, quam tractatus philologici sæculis XII—XIV scripti, qui cum Edda illa propria in uno ex primariis codicibus, codice Wormiano, iuncti sunt. Curarunt hæc duo volumina partim Sveinbjörnus Egilsson, Dr. theol., rector scholæ Reikiavicensis, vir egregia doctrina instructus, qui a. **1852** morte abreptus est, partim Joannes Sigurdsson, vir de litteris patriæ insulæ optime meritus, ab epistolis collegii, quem et ipsum mortuum lugemus. Huic quidem maxime Additamenta voluminis II debentur.*

Duobus his voluminibus contextus tam propriæ Eddæ Snorrianæ quam eorum, quæ, ut diximus, ei adiuncta sunt, ad eam rationem, quæ a principio constituta erat, editus est, addita etiam interpretatione Latina et annotationibus. His, ut in præfationibus priorum voluminum indicavimus, varia quædam addere voluimus ad universum opus enarrandum et dilucidandum pertinentia, id quod iam tertio et ultimo huius operis volumine effectum studiosis tradimus.

Hoc volumen incipit a Commentariis in difficiliora, quæ in Edda Snorriana insunt, carmina, quos ut conscriberet, olim Sveinbjörno Egilsson mandatum est. Ab eius manu maior pars profecta est, pagg. 1—163, quibus continentur commentarii in primum volumen et in secundi voluminis paginas 1—249. Opus morte auctoris interruptum Joanni Sigurdsson absolvendum traditum est. Is et alios adiutores habuit et maxime Gisli Brynjulfson, olim stipendiarium huius collegii, nunc in universitate Hauniensi docentem. Commentarios sequitur Skáldatal, *i. e. Recensus ille poëtarum borealium anno 1300 antiquiorum, quibus pro fontibus usi sunt qui regum historias scripserunt, cuius præcipuam partem satis verisimile est a Snorrone Sturlæi filio conscriptam esse. Qui quum ex ratione huius operis recipi debere visus esset, personarum quoque et rerum ad litteras pertinentium enarrationem addendam duximus. Hæc Joannis Sigurdsonii curæ credita erant. Qui quum die 7 Decembris 1879 mortem obiret, triginta quaterniones (usque ad p. 480) ex prelo prodierant, quaternio tricesimus primus (p. 481—96) in plagulis nondum satis correctus iacebat, qui autem p. 495 inceptus erat commentarius de Bjarnio poëta, manu eius scriptus integer exstabat. Huic igitur Commentarius debetur usque ad p. 498 num. 57 incl. Horum maior pars iam aliquot annos typis expressa iacebat, dum auctori, quamvis doctrina et industria insigni, propter alia multa, quibus districtus erat, negotia opus absolvere non contigit. Nos interim alia non parvi momenti opera suscepimus, quæ his anuis publici iuris facta sunt. Tertium autem Eddæ volumen quum Sigurdsonii morte interruptum aliorum viribus perfici deberet nec hoc brevi tempore fieri posse videretur, eam hujus voluminis partem, quæ iam absoluta erat, ut priorem eius fasciculum a. 1880 edidimus. Reliqua perficienda,*

quum primum per alia opera iam incepta licuit, viro doctissimo Finno Jonsson, Dr. phil., mandavimus. Ab hoc igitur profecta est posterior pars Commentarii in Skáldatal inde a num. 58. Idem Indicem generalem totius operis, quo et res et nomina tam in ipsa Edda quam in Commentariis commemorata collecta sunt, conscripsit, et præfationem, quæ et libros manuscriptos copiose describit et eorum, qui maximi momenti sunt, synoptica tabula comparationem instituit.

Manuscriptorum, quibus usi sumus, facsimilia quinque tabulis lithographicis expressa addita sunt.

Hauniæ die XXIX mensis Junii 1887.

K. Gislason. V. Finsen. J. L Ussing.
S. B. Smith. L. F. A. Wimmer.

PRÆFATIO.

Hoc opere, olim incohato, jam ad finem vergente, ad codices describendos transibimus. Hi partim membranacei partim chartacei sunt, quorum illi longe sunt præstantissimi. Secundum præfationem tomi I membranacei sunt:

1, Codex regius, in adnotationibus Reg. notatus, i. e. liber, qui in Collectione regia antiqua sub nro 2367 (nam 3267 in præfatione tomi I error est typographicus) formæ quartæ asservatur.

2, Codex Wormianus, in notis W significatus, Arnamagnæanus est 242, formæ maximæ. Huc pertinent duo folia membranacea, codici adjuncta, Wb.

3, Codex Upsaliensis, in notis litera U insignitus, in Collectione Delagardiana Upsaliensi sub nro 11 asservatus, formæ octavæ.

4, Codex Sparfvenfeldianus, in notis S notatus, in Bibliotheca Holmiensi inter „Islandica membranacea“ sub nro 3, formæ quartæ.

Huc accedunt fragmenta aliquot membranacea:

5, Fragmentum Arnamagnæanum, sub nro 748, formæ quartæ, asservatum, in notis suomet numero significatum.

6, Fragmentum Arnamagnæanum, sub nro 756, formæ quartæ, asservatum, in notis itidem suo numero notatum.

7, Fragmentum Arnamagnæanum, sub nro 757, formæ quartæ, suo numero insignitum.

8, Fragmentum Arnamagnæanum, nro 1eβ, formæ maximæ, signatum, in notis plenis literis scriptum.

Ex his libris et fragmentis codex Regius editionis fundamentum princeps est, lectionibus cæterorum variantibus gravissimis allatis. Præterea in tomo II codex Upsaliensis totus editus est (p. 250—396), fragmentum 748 (p. 397—494), illa duo folia in cod. Wormiano, Wb (p. 495—500), fragmentum 757 (501—572), fragmentum 1eβ (p. 573—627). Sec. cod. Wormianum maxima ex parte tractatus philologici quatuor in tomo II, 2—248, impressi sunt.

Præter hos, ut jam dictum est, codices, chartaceorum maxima est multitudo, in omnibus bibliothecis septentrionalibus asservatorum. Horum in hac editione adhibiti sunt, ut par fuit, perpauci:

1, Codex Gudmundianus, litera G signatus, in Bibliotheca regia Holmiensi sub nro **47**, formæ quartæ, asservatus.

2, Codex Stockholmiensis, literis St signatus, sub ejusdem bibliothecæ nro **34**, formæ maximæ, servatus.

3, Codex Hypnonesiensis primus, litera **H** notatus, quem possedit Finnus Magnusen.

4, Codex Hypnonesiensis secundus, literis **H**β insignitus, quem possedit E. C. Werlauff.

5, Præterea extat Eddæ recensio, quam vocant Laufasinam, quia viro doctissimo, Magno Olavi f., pastori Laufasensi, in ordinem redacta debetur; ex hac collectione in tomo II quædam frusta impressa sunt, quæ editores et Seviri Arnamagnæani e codice, cujus duo folia Wb (vide supra sub 2) fuerint, hausta judicarunt. De hoc opere Magni Olavii accuratius suo loco infra disputabimus.

Primum ad codicum membranaceorum descriptionem prolixiorem transibimus, postea chartaceos paucis recensebimus.

---

1. Codex regius, *Konungsbók af Snorra-Eddu.* Hujus celeberrimi libri fata hujuscemodi, quoad potuimus ea inquirere, fuerunt.

An. 1640, pridie Kal. Februarias a Brynjolfo Svenonio, episcopo Skalholtensi, librorum manuscriptorum celeberrimo investigatore collectoreque, codex emptus est. Prior possessor fuit Magnus quidam Gunnlaugi filius, qui hoc anno Skalholti commoratus esse videtur, sed quis fuerit, omnino incertum est; nam quod Vigfussonius eum famulum vocat [1], ejus rei argumentum invenire non potuimus. Neque verisimile videtur tantum cimelium peculium fuisse famuli. Quando Brynjolfus codicem emerit, testantur ipsius literæ, in imo marginæ paginæ codicis 55 (non primæ) scriptæ, tales:

Anno 1640 *þ*ann 31 Januarij keypte eg | Brynjolffur Sveinsson *þ*essa bök aff Magnuse | Gunnlógs syni i Skälholltj.

Historia codicis ante hoc tempus in tenebris tota jacet. Sed colligendum est, eum in Islandiæ parte meridionali per secula longa asservatum fortasse ab Oddio, literarum antiquitus sede, originem suam duxisse. Nam pag. 42 sub contextu invenitur scriptum:

skarde j jstra hrepp

(i. e. Skar*ð*i í eystra hrepp, vide Kålund: Hist.-top. beskr. af Island I 222); ibi igitur possessor quidam libri habitaverit, Pag. codicis 62, margine imo, nomen

jon fusa s.

(= Jón Fúsason) scriptum reperitur. Hic Jon Fusii filius sine dubio est Jon, qui dives cognominatus, Galtalækensis, an. 1610 obiit [2]. Sed amplius de hac re dicere nequimus. Ex tempore ante-Brynjulfiano etiam sunt, quæ in marginibus huc illuc extant:

1, Eddv meiga hi*er* yt*ar* siä m*ed* alla*n* heímsen*n* (!) bloma

i. e. Eddam hic conspicere licet omni mundi flore ornatam (pag. 20, marg. imo)

2, Gunlogvꝛ min giefdv mieꝛ fisk

i. e. Gunnloge mi, mihi piscem da (pag. 24, marg. exteriore)

---

[1]) cfr. Antiquités Russes I, pag. XX.

[2]) Árbækur Íslands V 125.

3, min*n* godv2 gvd3 blessan*n* sie m3 ydv2 gun*n* log*ur*
i. e. mi bone, dei benedictio tecum sit, Gunnloge (pag. 25, marg. exteriore)

4, gvd
ni j
ſk
^{v} v (?)

(pag. 53 in marg. interiore), quod fieri potest, ut sit *Guðni í* [*Sk* (?)] (Gudni [Sk...ensis?]); de ultimo verbo valde ambigi potest.

5, [E]dda
[m]in

i. e. mea Edda, lit. E et prima linea literæ m abscissa (pag. 74 exter. marg.)

6, skallda heiti ec ok edda
i. e. Skalda et Edda mihi (libro) nomen est, eadem manu scriptum, qua 1 et 4 (pag. 95, in exter. marg.).

Præterea quædam pag. 6, 16, 41 extant, quæ nunc legi non possunt. Pag. 35, in imo marg. * * *, quæ signa quid sentiant, obscurum est.

Hic primum animadvertendum est, quæ sub nro 4. legantur, ea eadem manu scripta esse, qua quæ supra allata sunt (Skarde etc.). Hinc in quandam conjecturam cogimur. Filius enim Eiriki, nepos Torfii Klofensis, viri sui temporis sat insignis, *Guðni* nominatus, Klofii habitavit. Fratrem habuit Jonem Skardii habitantem[1]. Jam cum certum sit, librum nostrum utrumque nomen Gudnii et Skardii, eadem quidem manu scriptum, præbere, inde colligi posse videtur, codicem ejus gentis fuisse olim peculium, unde in manus Jonis Fusii filii venerit. Omnino incertum est, quis Gunnlogus ille fuerit, cujus nomen bis exhibetur, sed cum ille, a quo librum emit episcopus Brynjulfus, Magnus, Gunnlogi filius fuerit, verisimile est,

[1]) Árbækur Íslands V 38. 112.

Gunnlogum hunc eundem fuisse atque patrem Magni. Hi duo igitur ultimi possessores ante-Brynjulfiani fuerunt. Multos annos Brynjulfus possedit codicem, haud nescius, quantum esset cimelium. Postea regi Daniæ, Friderico tertio, an., ut Vigfussonium sequamur[1], 1662 dono eum transmisit, unde liber bibliothecæ novæ, quam rex in eo erat, ut constitueret, insertus est. Annis 1664—5 Resenius, cum Eddam Snorronis ederet, codicem, qui jam regii nomen obtinuit, concedente rege adhibuit[2]. Posthac in bibliotheca regia per decem et septem annos asservatus est, usque ad annum 1682, quo una cum pluribus aliis codicibus Thormodo Torfæo in Norvegiam transmissus est[3], ut eo ad scopum suum uteretur. Codicem Torfæus per annos viginti duo penes se habuit, usque ad annum 1704, quo omnes, quos habuit codices ex bibliotheca regia, ei restituit[4]. Hinc apparet, in errore versatum esse Th. Bartholinum, dicentem, Torfæi ipsius codicem Snorra-Eddae membranaceum fuisse, nam nullum, teste Arna Magnæo, possedit[5].

Postquam bibliothecæ restitutus est codex, in ea asservabatur per annos nonaginta. His omnibus annis nemo fere fuit, qui eo uteretur, quin etiam Mölmanno bibliothecario (1748—78) vix quisquam notitiam codicis habuit præter Joh. Olavium, qui videtur eo usus esse an. 1757[6]. Annis 1785—6 Jon Eriksonius, vir celeberrimus,

---

[1]) Sturlunga præfat. cxlv.

[2]) Edda Islandorum. Ed. P. J. Resenius 1665, præf. h 3. cfr. Werlauff: Historiske Efterretninger om det store kongelige Bibliothek i Kjöbenhavn. 2. ed. 1844. pag. 50.

[3]) Thormod Torfesens Levnetsbeskrivelse ved John Erichsen. Kh. 1788 p. 114 not. d. cfr. Werlauff: Hist. Efterr. 124—5, cum nota g.

[4]) ll. proxime citt.

[5]) Barth. Antiquitates danicæ 1689 pag. 325. Exemplar libri bibliothecæ Universitatis Hauniensis annotationem Arnæ talem pag. cit. præbet: „Error est: Ex bibliotheca Regiâ istam Eddam Torfæus habuit; ipse autem nullum Eddæ exemplar membraneum possidet".

[6]) Vide Nyerup: Om Edda in Skand. Lit. Selsk. Skr. 1807 II 152—3. Cfr. Jonis ipsius annotatio inter scidulas Sigurdsonianas.

bibliothecarius regius (1778—87) catalogum librorum scripsit[1], in cujus pag. 92 noster codex commemoratur hoc modo:

> *Edda*, vulgo *Snorronis*, bipartita s. fabulæ, cum *arte poetica*, etiam [ɔ: ut Eddæ Sæmundi codex regius] Cod. Membr. princeps; uterque Codex olim oblatus est Frid. III gl. m. a *Bryniulfo Svenonio* episc. Skalh., qui posteriorem 1640 acqvisivit; ab initio quædam deesse videntur.

Ex hoc tempore videntur esse verba, quæ pag. 57 in imo margino extant talia:

> hi*er* eꝛ hálfnud Bóken *þá þ*essi Blad-sïda eꝛ bwin,

et a Jone Olavio scripta sunt.

An. 1794, ante d. IV. cal. Martias (26. Febr.), palatium regium, *Christiansborg* dictum, igne totum conflagravit, et cum bibliothecæ periculum summum impenderet, omnes libri illico exportati sunt, ut servarentur; postridie vero, periculo jam sublato, cum libri suis locis redderentur, codex noster repente evanuerat, neque ullo modo reperiri potuit. Neque 1807, cum Nyerupius de Edda scripsit, repertus est[2]. Neque cum Raskius Snorra-Eddam suam, an. 1818, edidit, adhuc inventus est[3], ut omnes putarent, eum prorsus amissum esse. In tanto, quod putarunt, damno, solatium fuit, quod exscripta habebantur ejus ab Isleifo Einaris filio et Oddo Jonis filio exarata accuratissima[4]. Fortuna vero afflante secunda liber postea detectus est anno 1824. His temporibus etiam certo compactus est, nam in dorso conspiciuntur literæ F. R. VI aureæ, numerusque, quem in bibliotheca optinet, („Gamle Kongel. Samling Nr. 2367") manu Moldenhaweri filii scriptus. Conjici certo potest, codicem, quia non compactus fuerit, an. 1794, incuria quadam inter libros longe

---

[1]) Udsigt over den gamle Manuscript-Samling i det store kongelige Bibliothek. Ved John Erichsen 1786.

[2]) Nyerup: om Edda (Skand. Selsk. Skr. 1807 II 154—5).

[3]) R. Kr. Rask: Snorra-Edda prolog. 7—8.

[4]) Vide Rask, Eddæ prol. p. 8. Nyerup: om Edda pag. 155.

diversos irrepsisse ibique postea latuisse, donec forte inventus est. Postea nunquam bibliothecam regiam reliquit, præterquam quod, cum palatium idem, *Christiansborg*, iterum an. 1884 igne consumeretur totum, unacum aliis libris summi pretii, ut, si forte ignis bibliothecam peteret, conservarentur, ex ea sub divum exportatus est, sed mox in suum locum restitutus, ubi semper, ut speramus, manebit.

Hæc, quæ jam scripta sunt, clarissime monstrant, habere sua quoque fata libellos.

Ex foliis quinquaginta quinque constat; sed primum, olim abscissum, amissum est, et id quidem ante an. 1665. Resenius enim se duobus codicibus regiis usum esse dicit „unô integrô, alterô verò primâ parte Prologi mancô“, quo aperte nostrum notavit[1]. Incipit a verbis: er *ver* kollu*m* ſkıold (Sn.-E. I p. 24.3). Pagina ultima satis nigra versibus transversis oblita est, qui legi non possunt, sed rescripta vix esse videtur. Cæterum satis bene conservatus est, foliis maxima ex parte sordibus carentibus, duobus aut tribus ultimis exceptis. Literæ claræ sunt. Formæ, quam vocant, octavæ proprie est, quamquam inter libros quartæ errore quodam asservatur. Suum quæque numerum pagina præbet manu Jonis Olavi f. Grunnavikensis scriptum. Folia plurima rimis, majoribus et minoribus, oblongis et rotundis laborant, quarum permultæ semper in membrana fuerunt, ut literæ nullæ desint. Talia sunt folia 1., 2., 3., 4., 5., 6., 7., 8., 9., 11., 13., 14., 16., 17., 19., 23., 25., 26., 39., 43., 44., 45., 49., usque ad finem. Præterea frustum folio 20. in margine exteriore abscissum est, sine damno literarum; itidem summa pars folii 39., quæ versuum octo fere fuit, abest, ut hinc lacuna parva in codice sit. Etiam nonnulla folia, imprimis extrema libri, in summo margine lacerata sunt, ut partes versuum et singulæ literæ absint. Singulæ paginæ versus tricenos senos habent, paginis 22., 23., 24., 25., 48., 108., 109. exceptis, quæ tricenos septenos

[1]) Resen: Edda Islandorum, prolegom. 1 4.

præbent. Singulis versibus literæ fere duodequinquagenæ sunt, paulo plus paulo minus. Titulos capitum nullos habet. Literæ majusculæ, a quibus versus incipiunt novi argumenti in margine extra ipsam versuum columnam plerumquæ positæ, omnes nigro atramento pictæ sunt. Ubi librarius forte literas quasdam sive verba scribere oblitus erat aut omiserat, ea sub textu aut in margine adscripsit. Ita pag. 100 verba *í hverju—samstöfur* (Ed. I 678 l. 7—8) infra textum scripta sunt, vocabulum *Starkaþar lag* (p. 712), *hoþahattr* in exteriore margine re vera stat, quamquam in editione non observatum est (p. 714, ubi titulus Raskio tribuitur). Eodem modo de titulo *galldralag* res se habet, quem codex noster re vera in exteriore margine præbet. Totus liber eadem manu nitidissima perscriptus est, ut, sicubi diversa manus esse videtur, non ita re vera sit, sed literarum, quæ perraro conspicitur, aliena species a stilo non semper uno atque eodem effecta judicanda est. Excipienda tamen certo pagina 50., quæ alia sed coæva manu exarata est. Etiam in carmine Snorrii, Clavi metrica, sæpius correctiones, alio certe atramento, et nostra ex sententia alia manu, inveniuntur; sed aliam esse manum, inde collegimus, quod ita litterarum formæ, quæ nusquam alias conspiciuntur, ut ę́, effectæ sunt.

Tituli nulli præscripti inveniuntur, sed si qui sunt, inferiorum temporum aperte additamenta sunt, ut etiam numeri, qui huc illuc in marginibus adscripti inveniuntur.

Codex noster ex partibus hisce constat:

1. Ipsa collectione, quæ proprio nomina Edda vocatur, pagg. 1—105,28. Singulæ partes ita ordinatæ sunt, ut Prologum, prima parte mancum, pagg. 1—2,9 contineant, (Editionis p. 24,3(*er*)—30,7). b, ipsam Ludificationem Gylvianam (*Gylfaginning*) pagg. 2,10—34 (Edit. 30,9—206,2). c, Bragii sermones (*Bragarœður*) 35—39,3 (Edit. 206,14—224,2; 230,1—15). d, Epilogum 39,3—40,13 (Edit. 224,4—228). e, Dictionem poeticam (*Skáldskaparmál*) pagg. 40,14 —82,34 (Edit. 228—546,6). f, Nomenclaturas (*þulur*) pagg. 82,34

88,7 (Edit. 546,7—593). g, Clavim metricam (*Háttatal*) pagg. 88,8—105,28 (Edit. 594—716).

2. Carmine Bjarnii episcopi Kolbeinidæ (an. 1223 mortui) de piratis Jomensibus (*Jómsvíkingadrápa Bjarna byskups Kolbeinssonar*), in fine manco; primæ enim undequadraginta strophæ carminis solæ extant, nec unquam in hoc codice plures fuerunt. Hæ strophæ accuratissime ex codice a C. af Petersens ad calcem historiae Jomensium ex cod. A. M. 510, formæ quartæ, editæ sunt (*Jómsvíkinga saga samt Jómsvíkingadrápa.* Lund 1879; pagg. 103—33). Codicis pag. 105,29—107.

3. Carmine, quod olim amatorium (*Mansöngsdrápa*) vocatum (Lex. poet. XXXIII), postea, argumenti causa, Proverbiorum (*Málsháttakvæði*), sed rectissimo nomine *Fornyrðadrápa* (sententiarum antiquiorum carmen) auctore K. Gislasonio (*Njála* II 496 adn. 131) nominandum, et eidem poetæ a S. Buggio tributum est. (Aarböger f. nord. Oldkh. og Hist. 1875). Hoc carmen pagg. 108—110,3, totas implet, sed ab initio folio læso nonnulla interciderunt, extremum partim amissum est, partim legi non potest. Editum est ex codice a viro harum literarum peritissimo Th. Möbio[1].

4. Ultima pagina videtur aliquid literarum habuisse, aut potius habere, sed literæ perpaucæ legi possunt, quia maxima ex parte evanuerunt, et quia transverse, ut antea memoratum, nugæ quædam scriptæ inveniuntur. Auctore J. Sigurdsonio in editione Möbii carminis Proverbiorum (pag. 14) pagina inter alia continet nomina arborum, similium, ex ipsa Edda, sine ullo connexu, collecta. („der übrige raum [ɔ: tribus primis versibus exceptis] der 110. seite ist leer, ausser einigen zusammenhangslosen verszeilen aus SE. (z. b. namen, trjáheiti u. dgl.) von der hand des codex und ein

---

[1]) Málsháttakvæði. Herausgegeben von Th. Möbius, Halle 1873. (In Zeitschrift f. deutsche Philologie. Ergänzungsband).

paar federproben aus späterer zeit“). Nobis ne literam quidem unam legere contigit.

His de codicis historia, exteriore forma et specie, argumento expositis, jam ad internam descriptionem, i. e. ad literarum usum aut, quam vocant, orthographiam, et ad vocabulorum formas grammaticas describendas transibimus.

a.

Hæc litera fere semper scribitur a, suprema parte, quod vocant, aperta, ut a latinum: ubi perraro invenitur scriptum clausum ɑ (v. c. p. 63.19 : *álı* [394.17]; 71.5 : *bægıa* [454.19]; 75.28 : *ſallt* [498.1] etc.), omnibus in locis, ut nobis quidem videre licuit, ex alia litera, primum errore picta, correctum est. Nullibi pro alia quam se ipsa usurpatur, nam in *gavigr* 18.18 [126.16] sine dubio alterum *v* (pro *gavvıgı*) incuria omissum est. Inter a breve et productum discernitur interdum, ita ut huic productionis signum apex suprascriptus sit. Vocabula, quæ ita scripta invenimus, sunt:

á (præp.) locis innumeris.

á (flumen) 3.28 [40.8] 4.27 [46.7] 8.36 [70.18]. 47.34. 36 [286.11. 14] 48.3 [286.24] 48.29 [294.4] 54.5 [338.12] 56.12 [353.3] 63.27 [396.4] 72.26 [468.4] 90.26 [608.11] et fortasse sæpius.

á (verbum) 8.33 [70.13] 11.27 [90.2] 12.26. 28 [96.8. 15] 13.32 [102.19] 23.18 [150.12] 33.36 [200.5 bis] 42.5 [246.20] 81.4 [536.6].

ágǽtr 13.6 [98.14].

áli 63.19 [394.17]. *ála* 40.5 [228.10].

áll 86.4 [575.5].

ámr 83.14 [550.10].

ár (adv.) 3.25 [38.21].

ár (annus) 5.21 [50.9] 75.31 [498.10] 94.15 [632.7].

árvakr 74.13 [484.11].

ás- persæpe.

ásta 16.19 [116.1].

át (edit) 26.18 [162.25].

átt- (possed-, posses-) 6.15 [54.18] 27.6 [166.9] 34.12 [202.9] 35.14 [208.13] 57.15 [356.13].

átt (plaga) 3.31 [40.12]

átt (genus) 96.29 [648.18] 104.19. [706.12].

átt- (octavo-) 91.11 [612.2] 93.28 [628.1].

átta (octo) 2.21 [32.8] 19.11 [130.17].
bál 30.23 [180.11] 104.28. 35 [708.9. 710.2].
bátr 86.31 [581.17].
brá 43.2 [254.22].
brálla 76.16 [502.22].
brátt 36.1 [210.22].
drápv 37.7 [216.14]; apex hic p suprascriptus est.
-fá 90.26 [608.13].
-fák 102.10 [686.20].
fár (paucus) 21.4 [140.12].
fár (periculum) 55.27 [346.18] 82.7 [542.1].
fárbauta 44.22. 29 [268.4.17].
fránum 43.14 [258.15].
gáttir 3.3 [36.1].
há- (alto-) persæpe.
hár (crinis) 49.33 [304.12].
hár (acanthus) 86.24 [580.5].
hárr (Odin) persæpe.
hátt- (mod-) persæpe.
hápiz 93.22 [626.11].
hjá 26.15 [162.20].
hválr 83.9 [549.14].
káf 86.3 [575.1].
kátr 2[illegible].30 [168.22].
kátt 104.18 [706.9].
lá (jacuit) 22.12. 31 [146.1 148.4].
lá (unda) 40.24 [232.26, ubi certe prave *hrafnalár* pro *hrafnásar* scribitur] 42.2 [246.7] 76.12 [502.11] 86.4 [575.8].
láð 73.15 [474.11].
lág 46.36 [278.18].
lát- (verbum) 40.14 [230.17] 77.30 [514.15].
má 81.16 [538.1].
mágr 84.24 [561.14].
mál 95.6 [638.1] 102.27 [692.2].
mána 6.24 [56.12].
mátt- (opulent-) 61.29 [378.9] 70.10. 16 [446.23. 448.19] 104.20 [706.13].
mikáll 51.20 [320.8].
ná 38.10 [220.22] 46.24 [276.22] 94.26 [634.9].
náhvalr 86.27 [580.16].
nár 8.7 [64.22].
náttvrv 90.14 [606.12].
páll 95.34 [644.3].
rá 82.17 [542.32].
ráprændr (lectio prava) 40.28 [234.27].
rán persæpe.
sá (vas) 6.31 [56.24].
sá (ille) 13.8 [98.17] et fortasse sæpius.
sága 16.8 [114.9].
sár (= sá er) 88.18 [594.23].
sár (= vulnera) 89.26 [602.8].
sátt (vidisti) 26.14 [162.20].
sjá- 79.13 [526.3] cfr. *sǽ-*.
skál 94.19 [632.20] 104.28 [708.8].
skála 22.19 [146.12].
smá- 3.18 [38.7] 104.20 [706.15].
snákr 90.11 [606.5].

spá 3.25 [38.20] 10.35 [84.2].
spán 2.30 [34.4].
-stáðr (sic) 29.5 [174.15].
tá- 33.3 [192.7] 46.27. 29 [276.24. 278.2] 82.16 [542.13].
tárvm 30.23 [180.16].
tvá 6.29 [56.19].
vá 46.11 [276.2].
vák 80.11 [532.1].
vám 80.11 [532.1].
vár (dea) 16.23 [116.7] 84.4 [556.15].
vátr 47.4 [280.12, pro quo in textu *varr* scribitur].
vátta 95.2 [636.20].
þátt (accepisti) 58.36 [362.25].
þátt (funiculum) 104.20 [706.16].
þrátt 96.29 [648.18].

Pro *a* producto, propter *v* sequens immutato, quater *ǫ* scriptum invenimus; vide infra.

æ.

Hæc litera, ex á propter e sequens immutata, sæpissime ita (æ) scribitur. Quater invenimus hamulum ei subscriptum esse (*æ̨*): in *mvndilþæ̨ra* 52.22 [330.4], *læ̨* 93.9 [624.12], *æ̨fir* 10.30 [82.19], *þæ̨r* 10.32 [82.22].

Etiam e hamulo subscripto (*ę*) aliquoties pro æ scribitur:

ęfi 51.15 [328.14].
ęgis 53.26 [336.11].
ęsir 14.34 [108.7].
fęc 15.23 [112.3].
fręgt 45.31 [274.3].
gęt- 10.14 [80.7] 49.34 [304.15].
glęr 8.34 [70.15].
-glęva 86.5 [575.10].
hęlvgbarþi 86.31 [581.16].
hętti 92.28 [622.7].
hlęr 75.14 [492.17].
hlętamaðr 84.23 [561.9].
horngęla 86.22 [579.10].
-lęgia 85.35 [573.13].
lęstir 85.4 [566.8; an pro lestir?].
męr 71.28 [458.17].
nęfill 83.4 [548.5].
nęfrar 2.31 [34.9].
nęstr 77.26 [514.7].
ręfill 83.4 [548.5].
ręs 69.1 [438.5].
ręsi- 75.18 [494.7].
sę 52.3. 11 [324.8. 326.18].
sęmnir 18.10 [124.20].
vęngvm 10.21 [80.21; in libro ita a librario correctum; non *vöng-*, ut ed. præbet].
vęni 14.11 [104.22] 99.31 [672.3].
vętr 62.8 [382.22].

Pro *æ* etiam *e* solum invenitur scriptum in *-glefa* 51.36 [324.3];

verv 13.22 [100.22]; *megð : fregðar* 72.10 [462.21]; *ser* (= *sær*); (posteriore manu in *sę'r* correctum) 92.8 [618.7].

æ porro scribitur pro solitario *é* in his vocabulis:

hvæl 48.30 [294.7] 73.5 [472.2] 88.5 [593.10].

væl- (radix substantivi et verbi: fraud-) in omnibus, ubi occurrit, undecim, nisi qui nos fugerit, locis.

vær (nos) ubique (fere viginti locis), ubi plenis litteris scribitur, sæpissime autem abbreviate scriptum est *v*ʾ.

Pro *e* brevi ter invenitur *æ* usurpatum: *bæcki* 41.20 [242,4] et *forsæti* 13.35—6 [104.1] et *-væli* (a *völr* baculum) 48.9 [288.9], sed notandum est, in primo per positionem vocalem productam fuisse.

Pro *æ* etiam *ǫ* scriptum est in *-glæfa* 76.5 [500.10], sed videtur librarius, cum errore *ǫ* scripsisset, addita lineola id spectasse ut *ę* legeretur.

Ceterum monendum est, *æ* etiam pro œ, litera per *i* sequens ex o producto immutata, sæpissime scriptum esse.

Accentus acutus sæpissime literæ *æ* suprascriptus invenitur, cujus rei exempla, quæ collegimus, hic afferentur:

ágǽtr 13.6 [98.14].
ǽ 18.18 [126.17].
ǽgi 71.5 [454.18].
ǽrir 80.23 [532.17].
ǽtt- (genus) 6.15. 17 [54.19. 23] 42.9. 21 [248.11. 254.4] 78.35 [522.12] 80.34 [534.16] 89.17 [600.10] 93.3 [624.3 cfr. adnot. 3].
bǽ 12.25 [96.7] 16.8 [114.7] 81.4 [536.6].
blǽr 4.11 [42.18].
blǽr (aries) 87.24 [589.3].
dǽgr 5.21 [50.8].
dǽtr 48.11 [288.11].
fǽr 25.21 [158.25] 94.11 [630.21] 96.35 [650.16].
fǽrr 3.31 [40.13].
fǽt- 8.33 [70.14] 20.24 [138.2] 22.31 [148.3].
frǽg 45.25 [272.22].
frǽþvm 6.29 [56.20].
gǽtt 97.16 [654.11].
grǽn- 102.9 [686.17].
grǽr 68.20 [434.10].
grǽtr 16.15 [114.19].
hǽl 33.3 [191.7].
hǽni 44.20 [266.24].
hǽtti (dat. ab *háttr*, de quo supra vide) persæpe.

hǽtta 40.22 [232.15].
hǽttr 98.12 [660.11].
-hlǽs 90.25 [608.9].
hlǽtt 4.10 [48.17].
hrǽ 74.28. 29 [486.17. 19] 75.9 [440.19] 90.26 [608.11] 95.33 [642.19] 103.13 [696.14].
hvǽl 48.30 [294.7] 73.5 [472.2].
kǽnn 100.13 [674.12].
kǽrr 101.27 [684.9].
-kvǽmi 80.34 [534.16].
-kvǽtt persæpe.
lǽ 92.34 [622.20].
lǽr 21.28 [142.23].
lǽtr sæpe.
mǽlt 91.30 [614.17].
mǽr 62.7 [382.20].
mǽri 45.19 [272.13].
mǽra 105.6 [710.18].
mǽtti 14.30 [108.3].
nǽr 13.12 [100.2] 30.7 [178.19] 95.14 [638.17].
nǽst 20.20 [136.21].
rǽddr 36.4 [212.5].
rǽr 42.4 [246.14].
rǽs 61.2 [374.11].
rǽtr 8.20 [68.13].
-rǽtt 105.19 [714.18].
sǽgr 6.32 [56.24].
sǽki- 93.1 [622.25] 95.27 [642.5].
sǽl- 10.27 [82.14].
sǽr (mare) locis innumeris.
sǽti 7.35 [62.21].
sǽtt 68.13 [423.24] 93.9 [624.11].
slǽr 31.23 [184.19].
tvǽr 96.6 [644.19] 99.18 [668.10] 102.20 [690.6].
vǽl 30.31 [182.5].
vǽr 36.32 [214.20] 79.14 [526.3] 97.6 [652.12].
þǽr sæpissime.

Postremo notandum est, litteras *ær* persæpe abbreviari ꝭ, quod siglum proprie *er* significat.

ǫ

litera, quæ efficitur, cum a propter u sequens immutatur, trifariam scribitur, aut per *o*, aut per *av* (*ꜷ*), aut per *ǫ*, quæ forma maxime propria est. Persæpe promiscue in uno atque eodem vocabulo omnes formæ scribuntur: ut in *oll- avll- ǫll*, *or- avr- ǫr-* (in *ǫrlǫg* semel tantum in hoc vocabulo *avr-* invenitur, ut fortasse dittographia, propter sequens av effecta [*avrlavg*], judicanda sit), *-foðr -favðr -fǫðr*, *gognvm gavgnvm gǫgnvm*, *golltr gavlltr* (*gǫltr* forte non reperitur), *havgni hǫgni* (semel), *hofð- havfð- hǫfð-* (ab *hafa*), *hofvð- havfvð- hǫfvð* (capit-), *hond havnd hǫnd*,

koll- kavll- kǫll- (a *kalla*), *log- lavg- lǫg-* (*le-*, *leg-*), *logð- lavgð- lǫgð-* (a *leggja*), *nofn navfn nǫfn*, *navnnv nǫnnv*, *oðr- avðr- ǫðr-* (ab *annarr*), *rǫskva ravskva* (*roskva* forte non exstat), *sok savk sǫk*, *skop- skavp- skǫp-* (a *skapa*), *-stokvr -stavkvr* (a *-staka* in *hafrstaka*; forte *stǫkvr* non exstat), *voggr vavggr* (semel) *vǫggr*, *volv vavlv* (quod semel invenitur) *vǫlv*, *volsvng- vavlsvng-* (quod semel invenitur) *vǫlsvng-*, etc. — Ante r plerumque *o* vel *ǫ* scriptum est, raro *av*; vocabula, ubi hoc exstat, sunt:

avrmt 9.1 [70.20].	*havrgr* 7.29 [62.12].
avrvgger 19.27 [137.4].	*kavrmt* 9.1 [70.20].
bavrn 10.34 [82.25].	*svavrt* 6.15 [54.19].
favrv- 22.20 [146.14].	*vavr* 16.25. 26 [116.9. 11].
	vavrðr 13.17. 21 [100.10. 21].

Hic ea vocabula non in censum veniunt, quæ *av* diphthongum veram habent. Post *v* plerumque *o* vel *ǫ* invenitur, *av* raro et in his vocabulis (præter jam allata):

dvavlþvz 1.27 [26.24].	*vavlv-* semel, vide supra.
svavlð 64.18 [400.12].	*vavlsvng* semel, vide supra.
vavggr 63.1 [392.12] semel.	*vavrrvm* 55.20 [346.1].

jǫ longe sæpissime per *io* exprimitur; per *iǫ* in his vocabulis:

fiǫl 97.20 [654.21].	*iǫrn* 85.25 [571.7].
fiǫlvǫr 83.22 [552.9].	*iǫsmvndr* 83.4 [548.9, ubi minus recte *jós-* impressum est].
fiǫlnir 80.19 [532.12].	
iǫlfvðr 73.32 [478.14].	*iǫxlvm* 5.10 [48.19].

per *iav* (*iaͮ*) in his:

biavð 87.13 [586.3].	*iavrmvni* 87.19 [587.14, ubi est id. atque *iór-*].
giavflati 80.15 [532.7].	
hiavllvðr 87.18 [587.11].	*kiavlborð* 87.8 [584.19].
	siavt 7.12 [60.7].

Ante *ng* semper *av* (*aͮ*), non *o* neque *ǫ*, scribitur, nisi in *atgǫngv* 20.11 [136.7] et *songvi* 12.16 [94.8].

o semper in *samsto-* exstat, nisi in *samstavfor* 100.27 [676.17], *ondverþa* 19.25 [134.1], *boll* 19.3 [130.3], *dolvm* 60.21 [370.9], *þoll*

19.3 [130.3], *felogvm* 25.35 [160.18], at *av* nunquam scribitur in *ǫkvþór*, *svaþilfǫri*, *hǫll* (tamen exstat *havll* 2.29 [34.3] et *valhavll* 17.3 [138.17]); *ǫ* scribitur in:

almtǫgar 49.14 [300.11].
blǫndv- 71.22 [456.22].
giǫþa 66.12 [416.30].
glǫþvðr 51.30 [322.10].
gǫfvg- 10.1 [78.3].
hlǫðyniar 33.21 [196.18].
hǫlða 62.19 [386.23].
ǫgþi 66.12 [416.29].
ǫld 31.35 [186.17].
ǫnnur 88.12 [594.13].
mǫg- 78.17 [518.17] 33.21 [196.18].
mǫsni 87.29 [590.2].
nǫglvm 32.7. 8 [188.8. 9].
nǫsvm 32.13 [188.16].
rǫkþv 14.9 [104.19].
-rǫst 43.32 [262.21].
reyrǫz 43.13 [258.12].
sǫmv 91.23 [612.25].
skǫll 7.1 [58.8].
stǫcr 96.15 [646.14].
þrǫm 96.10 [646.3].

et si quæ alia omisimus, quod facile in tanta rerum diversitate fieri potuit. In aliis omnibus *av* scribitur.

Et cum hic de his literis *o*, *ǫ*, *av*, ubi de *av* diphthongo non agitur, agamus, e re duximus esse, hic statim adjungere alienum usum harum literarum, qui sane memorabilis videbitur. Primum igitur *av* pro *a* producto in *avgustus* 61.8 [374.19], pro *o* producto in *laúg* 65.19 [410.2 cfr. adn. 2] et in *favtvm* (= *fótvm*) 36.17 [214.1], deinde *ǫ* multifariam usurpatum est:

1, pro *a* producto, propter *v* sequens immutato (*ǿ*):

hǫlfr 83.1 [547.12].
ǫli 83.29 [554.2].
ǫna 58.28 [362.14].
ǫnni 58.31 [362.18].
vǫpn 69.8 [439.1].
þrǫndr 87.33 [591.5].
vǫn 16.4 [114.3] 17.22 [122.2] 21.32 [144.4] 24.7 [152.26] 38.2 [220.10] (cfr. *vðn* 55.16 [344.18]).

2, pro *ę* per *v* sequens immutato, quod his temporibus *ø* solet scribi:

ǫrindi 91.23 [612.24].
ǫx 67.32 [430.6] 76.29 [506.23].
hallfrǫðr 68.2 [432.1], in quo fortasse pro *ey* stat.

kǫmr 29.30 [176.24] 33.17 [196.1].
nǫkkvor- (aliqui) persæpe, pro quo tamen semel *navkkv-*, sæpe *nokkv-* scribitur.
rǫkkr 66.7 [414.14].
rǫrv 37.14 [218.1].
sǫkqva- 16.8-9 [114.10].
sǫri 64.3 [398.1].
sǫrvi 53.17 [334.22].
sigrǫþar 72.23 [466.18].

Etiam *av* invenitur pro *ø* in *hnavggvingr* 80.15 [532.6], *stavckver* 7.8 [58.19], *tavgvm* 11.24 [88.17] 19.10 [130.15]; *o* denique semel inventum est in *gloggvıngr* 80.15 [532.6].

3, *o* producto *(ó):*

isǫlfr 87.28 [589.16].
ǫr 31.29 [186.5].
ǫþvl 3.32 [40.14].
bǿgvm 6.28 [59.19].
bǫndvm 80.5 [530.14].
hǫll (tumulus) 87.14 [586.7].
hordǫmr 31.35 [186.16].

Huc addere libet, quod pro *o* brevi semel usurpatur in *hǫrfa* 33.34 [200.2].

4, pro *o* producto, propter *i* sequens immutato, pro quo plerumque *æ* scribitur, semel *e* (*dema* vide supra), semel œ (*brœðir* 4.33 [46.18]):

ǫgi 99.19 [668.13].
ǫri 72.26 [468.4].
ǫrr 80.17 [532.9].
ǫstiz 42.32 [254.4].
ǫþi 82.25 [544.14].
bergmǫra 42.4. [246.16].
bǫnir 70.20 [450.7].
bǫti- 68.32 [436.12].
gǫir 82.36 [547.8].
gǫli 47.12 [284.1].
grǫnnar 73.18 [474.19].
grǫþir 75.15 [498.7].
hǫnir 56.11 [352.3].
mǫrar 49.13 [300.9].
sǫki- 40.30 [234.10].
sǫmstr 67.24 [428.6].
sǫnis 72.23 [466.19].

5,pro *ey:*

ǫmþit 76.33 [508.9].
sǫþinn 35.19 [208.20].

6, pro *u* brevi:

halvǫr 2.4 [28.20].
mǫnnlavgv 31.22 [184.18].

e

semper propria significatione usurpatur, nisi in *-glefa* 51.36 [324.3] *-megð: fregðar* 72.10 [462.21] *verv* 13.22 [100.22], ubi pro

littera *æ* stat (vide paulo supra). In nomine Sialandiæ scribitur: *selvnd* 2.17. 19 [30.19. 40.3] et in *gettvz* 8.4 [64.8]; pro œ semel usurpatum invenimus: *déma* (exemplorum) 15.9-10 [110.7]. — Pro *e* brevi et producto aliquoties *æ* scribitur, vide exempla supra sub *æ* allata. Semel *ę* pro *e* scriptum est in *helblindi* 44.22 [268.5], nisi sit nomen ab *hæll (calx)* deducendum. — In fine vocabulorum pro *i* posteriorum temporum haud ita raro scribitur; hic exempla, quæ collegimus, damus:

a, substantiva:

akille (dat) 39.21 [226.14].
atburðe (dat) 11.15 [86.24].
avre 9.31 [76.8].
barþe (nom) 86.33 [585.5].
borðe 18.15 [126.9].
bloþe 5.9 [48.17] 7.8 [58.19] 16.6 [114.5].
dæme 15.5 [110.1].
deile 19.23 [132.25].
ectore 40.4 [228.8].
elle 55.32 [348.6].
fagnaþe 25.36 [160.19].
fære 23.5 [148.19].
garþe 82.30 [546.1].
gvlle 10.13 [80.1].
gome 15.36 [112.21; bis].
heiðe 61.13 [376.2].
heite 92.3 [616.17].
hende 67.32 [430.4].
henne, persæpe abbreviatum ƀe aut ƀne, etiam haud raro ƀı invenitur.
himne 5.19 [50.7] 33.30. 31 [198.21. 23].
hloe 83.34 [555.2].
hranner 76.7 [500.16].
koste 57.3 [354.21].
manne 5.13 [48.23] 6.16. 25 [54.20. 56.13] 81.8. 21 [536.13. 538.7] 82.29 [544.19] 93.13 [624.19] 97.4 [652.7].
mikillæte 17.16 [120.18].
morne 25.36 [160.20].
moþroe 86.33 [582.4].
nafne 16.14 [114.17].
naglfare 6.16 [54.20].
narfe 31.17 [184.11].
ofote 83.34 [555.6].
ogloe 70.31 [452.14].
oske 3.14 [38.2].
sære 20.27 [138.14].
sæte 17.17 [120.19].
skipte 96.5 [644.14].
skynseme 11.13 [86.22].
-sparre 16.1 [112.21].
-staþe 16.5 [114.5].
svanne 81.9 [536.12].
sveine 70.15 [448.15].

(at *sveini* 70.14 [448.12].)
tiþinde 15.5 [108.20] 18.19 [126.19] 19.4 [130.5].
pistilbarþe 83.10 [549.16].
þrumheime 12.14-5 [94.16 cfr. adn.].

b, adjectiva:

fleire 11.4 [84.15] 13.13 [100.4].
vhelgare 10.32 [82.22].

c, verba:

dagaþe 25.36 [160.20].
hefe 15.8 [110.4].
kome 18.23 [128.3].
eyþande 69.2 [438.9].
raþande 1.28 [28.1].

e etiam aliquoties in adverbiis et adjectivis in *ligr (legr), liga (lega)* desinentibus invenitur scriptum, sed exempla infra sub littera i dabimus. *e* semel pro *ey* et aliquoties pro *ei* invenitur, vide infra.

e producto sæpe apex superscribitur, et in his quidem vocabulis:

blés 28.5 [170.11].
davflén (pravum) 85.18 [569.13 cfr. adn. 19].
él- 51.14 [318.13].
ér 33.11. [194.2].
gimlé 3.21 [38.13].
grésiarni 26.12 [162.16].
grét 37.16 [218.4]. 84.5. [556.19].
hél- 64.28 [402.21]. 94.6 [630.6].
hlér 52.9 [326.8].
léc 2.32 [34.11]. 76.8 [500.21].
lét 60.2 [368.9]. 78.16 [518.11].
méldropum 6.21 [56.6].
mél- 102.8. 9 [686.14. 15].
rétt post 89.30 [602.18] sæpius.
sénior 77.29 [514.14].
sér 24.37 [156.22]. 63.4 [392.15].
sét 25.16 [158.18]. 28.3 [170.9].
sétt 60.31 [372.7].
sétta 88.3 [592.17]. 91.9 [610.24]. 93.8. 28 [624.11. 626.22].
slétt- 34.25 [204.19]. 92.33 [622.16]. 93.2 (bis) [622.26. 624.1]. 98.26 [662.22].
svéc 76.26 [506.13].
tér 42.11 [248.22]. 91.36 [616.8].
vé 16.5 [114.4]. 52.24 [330.7].
vérulfr 84.36 [565.3].
þér 23.30 [152.7].

é scribitur pro *ey* in *ére* 75.3 [490.3]. Pro *é* interdum *ie* invenitur in eodem vocabulo: *iel* 52.11 [326.16] 56.5 [350.13].

ø

littera, quæ efficitur, cum *e* propter *i* sequens immutatur, plerumque per *e* scribitur, interdum per *ǫ* (exempla vide supra sub *ǫ*, nro. 2), raro per *av* (exempla vide eodem loco).

o

pro se ipso et præterea sæpe pro *ǫ* (vide exempla supra) scriptum est. In terminationibus plerumque *u* scribitur, sed aliquoties et in his exemplis invenitur *o*:

ætlon- 81.6 [536.9].
ǫko- 23.30 [152.6].
oðro aliquoties.
eggiom- 84.36 [565.6].
eigno 92.15 [620.1].
eigot 9.11 [72.19].
ero 92.11 [619.27].
eyiom 79.19 [526.23].
eyro 18.19 [126.18].
iþior 94.8 [630.12].
ivo 49.8 [298.10].
onnor 82.33 [546.5].
ofo 52.6 [324.8].
oloz 6.3 [52.24].
bero 67.24 [428.6].
bleio- 86.26 [580.14].
bloðgo 8.5 [64.11].
dryckio 24.22 [154.23].
fvllo 92.10 [618.14].
freyio 53.22 [336.7],
frovor 12.31 [96.20].
-gavflo 83.26 [553.8].
-gefion 47.12 [282.20].
halfor 54.7 [338.16].
-hendor persæpe post 94.24 [634.4].
hofoð 46.32 [278.7].
hlogo 15.30 [112.12].
hverio 93.25 [626.19]. 94.9. 23 [630.14 634.3].
hveðro 69.1 [438.8].
kyqvom 59.13 [364.19].
qviknon 8.1 [62.24].
lofon 101.34 [684.18].
mario 70.14. 15 [448.12. 15].
merloð 75.25 [496.12].
miðjo 105.13. [712.21].
molo 52.19 [328.20].
mvgþo 49.14 [300.9].
mvndo 15.17 [110.18]. 27.29 [168.21].
-nefior 87.7 [584.12].
nio 52.18 [328.16].
nokkvoro aliquoties.
samstǫfon 88.25 [596.14].
samstofor 102.13 [688.7].
siglo- 87.3 [583.11. 13].
sio 6.27 [56.17].
solo 10.13 [78.25].
syior 86.36 [583.3].
skvlo(-t -m) semper.
toko 31.2 [182.15].
troio semper.
vafor- 58.33 35 [362.21. 23], alias *vafr-*.
vino 55.31 [348.4].
þotto 54.7 [338.16].
þvlo 74.2 [480.7].

In mediis syllabis aliquoties inusitate usurpatur:

fogl- 15.4 [108.19]. 23.10 [148.26]. 52.3 [324.8]. 74.23 [486.6].
gotthormr 58.11 [360.16].
goþ aliquoties juxta *gvþ*.
kiopta 52.8 [326.6]; de littera *o* hic ambigi potest, nam similitudinem quandam cum *ǫ* habet.
mon 18.25 [128.8]. 62.26 [390.2].
mvndilfore 6.23 [56.10, ex *-færi* ab ipso librario puncto sub *æ* et *o* superscripto correctum].
svaþilfori- semper.
troll- 42.29 [252.20]. 47.15 [284.8]. alias *travll-*.
vafþroþnir 4.16 [44.9].

Præterea scribitur *o* in *orind-* (pro solito *ey*) 30.18 [180.7] et in *orviti* 10.36 [84.5]. Pro *o* brevi semel *ǫ* et pro *o* producto sæpius eadem littera invenitur, vide supra sub *ǫ*.

O producto sæpe apex superscriptus est:

iþrótt 24.6 [152.25].
ióc 4.5 [42.8].
ióð 81.19 [538.5]. (?)
ó- (neg.) 29.2 [174.10].
ók 29.28 [176.21]. 70.1 [446.3]. 72.18 [464.16].
ómi 11.8 [86.9].
óþ 37.19 [218.9].
ór aliquoties.
ótt 90.10 [606.4].
ótta 42.34 [254.10].
óvmc 18.22 [128.2].
bióttv 75.30 [498.7].
bók 39.6 [224.7].
bót 95.29 [642.11].
dó 29.23 [176.15].
dólgr 42.28 [252.20].
dóm- 12.3 [91.1]. 20.6 [134.27].
drótt- 88.34 [598.2] et post hoc sæpius.
dvraþrór 9.21 [74.12].
fór sæpe.
fót 46.12 [276.4]. 82.12 [542.9].
gómr 82.10 [542.6].
gnótt 101.27 [684.2]. 104.36 [710.6].
hóf 37.34 [220.4].
hófv 96.33 [650.10].
hlóðvt 68.3 [432.5].
klóm 36.7 [212.10].
liótt 104.35 [710.3].
mór 74.4 [480.14]. 87.15 [586.12].
mórar 76.19 [504.10).
mót sæpius.
móð 32.6 [188.6].
nór 86.30 [581.11].
nótt sæpius.
-ró 85.14 [568.13].
ró (= ero) 33.10. 14 [192.22. 194.15].

róa 27.17 [168.4].
róm 82.10 [544.5]. 92.15 [620.2].
rót 8.22.23 [68.16. 17].
séniór 77.29 [514.14].
sónar 37.26 [218.18].
sótt 81.15 [536.21].
sótti 45.5 [270.15].
stór- persæpe.
tıón 42.7 [248.5; fieri hic potest, ut apex litteræ *ı* sit revera superscriptus].
tóm 94.20 [632.21].
þór- persæpe.
þrór 11.9 [86.14].

œ

littera, quæ efficitur cum *ó* per *i* sequens immutatur, sæpissime *æ* scribitur, semel per œ, semel per *e*, aliquoties per *ǫ* exprimitur (vide sub *æ* et *o*).

i

semper pro se ipsa et altera littera *j* semper usurpatum invenimus. Forma infra versum prolongata interdum conspicitur et maxime initio versus aut novæ partis; præterea ubi non expectes, in:

fjoll 76.14 [502.17].
j 54.1 [338.6].
jliar 28.12 [170.21].
jllvm 82.26 [544.15].
kljfr 98.30 [664.8].

In terminationibus *-ı* et *-ir* (quod abbreviatur sæpissime ʾ) scribitur, ubi minus, exempla collegimus sub littera *e*. Interdum insolita ratione scribendi *i* extat, cujus rei exempla hæc collegimus:

firir (pro *fyrir*) plerumque scribitur, *fir* semel 4.21 [44.23] abbreviatur *f*ʾ fere vicies et quinquies. *fyr* semel invenitur 66.13 [416.13]. *fyrir* 71.14 [456.9]. 88.31 [596.19]. 105.10 [712.13].

ifir scribitur plerumque, *yfır* fere tricies.

skilld- (a verbo *skulu*) pro solito *skylld-* 17.30 [122.14]. 21.22 [141.14]. 27.20 [168.8]. 99.35 [672.12].

tiggi (rex) plerumque pro *tyggi* vetustiore forma.

þikk-, pro *þykk-* (in verba *þykkja* δοκεῖν), quod tamen fere octies invenitur.

In adjectivis et adverbiis, in *-ligr* desinentibus, *i* solita scribendi ratio est; interdum etiam *-leg-* scribitur, et exempla, quæ invenimus, hæc sunt:

a, adjectiva:

framlekt 89.33 [602.23].
grimleg 14.21 [106.12].
gvðleg 9.6 [72.9].
svaslekt 10.28 [82.15].
vndarleg 19.4 [130.5].

b, adverbia:

froþlega 7.14 [60.14]. 10.26 [82.12].
gnoglega 7.32 [62.17] 18.24 [128.6].
leynilega 59.14 [364.21-22].
skyndilega 23.3 [148.16].
skynsamlega 21.27 [142.22].
stórlega 23.15 [150.8].
vandlega 90.2 [604.6].
varlega 26.27 [164.11].
vndarlega 10.19 [80.17] 18.25 [128.7].
vtarlega 28.32 [174.2].
þarflega 35.28 [210.10].
þverlega 38.9 [220.20].

i inusitate insertum invenitur in: *fliugia* 18.20 [126.21] 55.12 [344.11] *gefianda* 43.25 [260.18] *gierþv* 30.19 [180.8] *giæti* 61.16 [376.7]. — I inusitate omissum est in:

flya 63.31 [396.11].
forneskv 71.22 [456.21-22].
gnya 7.9 [58.22].
sæka 32.18 [188.23].
skyvm 88.4 [593.6].
vengvm 10.21 [80.21].

ie pro *é* scribitur vide supra.

i producto sæpissime apex nullus superscribitur; plerumque ponitur, ut *í* littera a sequenti, v. c. *m, n,* similibus, dinoscatur, cujus rei exempla hic afferre ad rem non duximus. Producta significatio litteræ est in his vocabulis:

dís- 47.6 [280.16] 81.19 [538.5].
farsíðr 86.36 [582.18].
fícmoinn 85.32 [573.3].
hlíð 82.31 [546.2].
hríms 4.7 [42.11].
í sæpissime.
íss 4.4. 7 [42.6. 11].
kíll 86.4 [575.6].
líðmelldr 52.18 [328.18].
líf 6.1 [52.21] 9.13 [72.25].
lík 87.6 [584.8].
lítt 94.26 [634.9].
rínar 94.35 [636.8].
ríc 51.25 [320.20].
rít 85.27 [571.15].
síð 40.16 [232.2].
sík 86.3 [575.2].
sín 104.27 [708.6].

skíðblaðnir 20.33 [140.1].
skír 12.21 [94.25].
stíg 102.32 [692.15].
svíðr 76.25 [506.8].
tíð 77.14 [510.22] 92.29 [622.8].
títt 22.37 [148.11] 26.18 [162.25] 63.7 [392.21] 64.30 [404.1].
tíþindi 5.24 [50.18].
tír 46.12 [276.3] 79.21 [528.4] 80.4 [530.11].
víg sæpe.
vígriðr 32.18 [188.23].
vík 86.3 [575.2] 88.20 [596.8].
vín 104.27 [708.7].
þvilík 73.3 [470.19].

u.

Littera *u* breve et productum sine exceptione per *v*, quod aliquoties infra versum elongatur (anglosaxonicum) scribitur. Semel *u* invenimus in *quoþvz* 56.17 [352.12]; in vocabulo *gvþ-* jam *v* jam *o* scriptum est sine discrimine certo. In omnibus terminationibus cum nominum tum verborum *v* plerumque scribitur; ubi *o* inveniatur, p. XX-I indicavimus. Aliquoties *v* pro *y* scriptum invenimus *drvckiu* 19.17 [132.4]. *fvlgþi* 78.31 [522. 25]. *fnvsto* 66.18 [418.3]. *gvlta* 74.21 [486.4]. *lvþir* 16.23 [116.7]. Rursus *y* pro *v* invenitur in *byrstinni* 55.9 [344.7]. *syndr-* 9.11 [72.17]. *syrtr* 32.15 [188.19]; jam *þrvm (heimr)* jam *þrim-* jam *þrym-* scribitur 12.20 12.12. 18 [92.21. 23. 94.16]. Semel *ov* pro *v* scriptum est in *vavlsovngar* 1.19 [26.10]. Aliquoties *v* apex pronuntiationis causa superscriptus inventus est, quæ exempla hic dabuntur:

v́- (neg.) 9.13 [72.24].
v́r 4.7 [42.11].
v́t (ipsum per se et in compositis) persæpe.
v́tan 52.4 [324.10].
bv́it 22.26 [146.23].
brv́n 98.25 [662.19].
brv́na 30.1 [178.9].
brv́þr 12.21 [94.23].
dv́k 20.36 [140.7] 55.5 [342.25].
dv́nn 80.23 [532.17] 84.18 [560.2].
dv́fr 8.12 [66.18].
dv́þ- 26.15 [162.21].
hv́m 86.1 [574.10].
hv́mr 75.33 [498.16].
hv́s 22.9 [144.23] 48.7 [288.6].
hrv́n- (= *rv́n*) 104.10. 16 [704.10. 706.5].
hrv́t- 77.13 [510.21].
rv́m 32.12 [188.14] 94.11 [630.22].

rún 81.20 [538.6].
rún- 103.21 [698.9] 104.6. 21. 25 [702.22 706.17 708.3]. cfr. *hrún-*.
-rúnnar 48.27 [292.20].
skúr 53.23 [336.7].
túns 98.25 [662.19].

y.

Littera *y*, quæ aut *i* aut *o (u)* propter *v* aut *ı* sequens immutato efficitur, plerumque scribitur, ubi originis suæ causa scribi debet, quod tamen maxime ad *y* posterius pertinet. *Y* prius invenimus tantum in *myklv*, quod occurrit fere decies, et in *sannyndi* 39.9 [224.11]. Pro *v* aliquoties stat, vide sub *v*. Pro *y* interdum *i* scriptum est, vide exempla supra sub *i* allata; interdum *v* scribitur, vide paulo supra. Longum *y* apice interdum significatur:

ýmr 33.9 [192.21].
ýtvm 40.17 [232.3].
býr 12.3 [92.1] 13.16 [100.9].
brýtr 103.8 [694.22].
hýski 5.3 [48.3].
kýr 4.26 [46.7].
kýrr 84.33 [564.5].
kýs 36.19 [214.3].
nýtr 102.15 [688.15].
rýmr 82.21 [544.6].
rýðr 90.27 [608.14].
sýr (Freyjæ nomen) 16.18 [114.23].
sýr 74.21 [486.4].
snýr 42.16 [250.13].
strýkr 94.13 [632.2].
týr fere duodecies.
þýntan 67.29 [428.19].
þrýmr 82.21 [544.6].

Jam ad diphtongos animum advertamus. Hic

au

primum nobis occurrit, quod semper *ꜹ* aut *av* scribitur. Et propriam vim habet et sæpe pro *ǫ* usurpatur (vide supra), semel pro *ey* stat, vide infra. Apex in his vocabulis superscriptus invenitur:

ávkinn 90.6 [604.15].
ávr- 9.27 [76.9] 62.16 [386.11] 83.33 [555.4] 87.10 [585.10].
ávr (=ǫr) 95.28 [648.8].
ávsker 87.11 [585.12].
ávstr- 27.24 [168.13].
ávxa (= oxa) 27.32 [168.25].
ávð 96.29 [648.19].
-baváta 14.2 [104.7].
bravát sæpissime.
dravþ 4.11 [42.18].
favgr 12.22 [96.2].
flavg 38.20 [222.13].
gavk 77.14 [510.22].

gav́r (=gør) 97.32 [656.22].
hav́k 76.10 [502.3] 90.6 [605.15].
hav́s 5.14 [48.25] 11.29 [90.6].
hav́ð 44.17 [266.19].
hrav́str 12.36 [98.4].
hrav́t 22.13. 27 [146.2. 24].
lavǵ (= lóg. lág) 65.19 [410.2].
-lavǵv 31.22 [184.18].
lavń 93.26 [626.20].
lavśt 14.34 [108.8].
lavt́ 87.15 [586.12].
navt́ 59.7 [364.12].
ravń 94.35 [636.11].
ravśt 94.1 [628.19].
ravśt 94.30 [634.19].
ravt́t 16.16 [114.20] 54.13 [340.5].
ravð́- 96.30 [648.19] 99.23 [670.3].
skavt́ 46.3 [274.16].
stravḱ 23.9 [148.25].
stravḿ 43.1 [254.19] 105.22 [716.3].
þav́ 93.29 [628.4].

ey.

Cum *av* propter *i* sequens immutatur, efficitur diphtongus, quæ vulgo *ey* scribitur, et ita in codice nostro plerumque exprimitur. Interdum *æy* scribitur:

fræyıa 12.27 [96.11].
hallfræyðr 66.4 [414.8] (etiam: *-freyðr*, et ita quidem plerumque, bis *-froðr*).
kæyra 6.26 [56.15].
læysti 2.16 [30.16].
mæyıar 9.7 [72.11].

Pro *ey av* scribitur in *bavgþi* 25.19 [158.22], *e* in *hleta-* 80.36 [534.17], *é* in *éri* 75.3 [490.3], *ev* in *levþing* (?) 14.32 [108.5] et *dvnevr* 9.21 [74.11-12], *o* in *orind-* 30.18 [180.7], et in *hallfroþ-* 71.32 [458.26] et 72.1 [460.15], *ǫ* bis, vide supra. *ey* scribitur interdum pro *ø*, ut in *steyckvi-* 100.31 [676.24], et in *eyxar-* 66.33. 34 [420.16. 18], *reyri* 27.24 [168.14], pro *ei* (per *v* antecedens immutato) *veyk* 64.8 [398.9] et *veykan* 80.10 [530.21]. Semel *oðreyris* scribitur 37.8 [216.15. alias *-rer*]; ter *keypt* (= *kjapt*) 33.1. 4 [192. 4. 9] 75.10 [492.1]. — Apex supra *y* producto scribitur in:

eýkivm 43.8 [256.20].
eýro 18.19 [126.18].
breýtt 88.9 [594.8] 90.18 [606.19] 95.8 [638.5].
freý- 32.30 [190.16] 77.24 [512.20].

ei

pro se ipso semper usurpatur; pro hac diphtongo aliquoties *e* simplex scribitur:

beti 82.35 [546.9].
gera 70.31 [452.15].
geri 74.11 [484.2].
helagt 70.19 [450.5].
međs 9.26 [76.6].
repi 82.7 [542.1].

Sæpissime apex *e* vel *i* superscriptus est, sed fieri potest, ut in nonnullis vocabulis distinctionis solius causa stet:

eíc- aliquoties.
eín- (*eitt*) aliquoties.
eítr 28.20 [172.11].
beín 82.15 [542.13].
geír- 32.27 [190.13] 47.16 [284.10].
geít 18.29. 33 [128.13. 19].
greín aliquoties.
greízlv 104.14 [706.1].
heím aliquoties.
heín 37.32 [200.1] 45.20 [272.15].
heít 63.10 [394.1]. 93.5. 17 [624.6 626.2].
leík- (ipsum per se et in compo-positis) aliquoties.
leír- 45.35 [274.10].
leít 42.35 [254.12].
-reífan 96.33 [650.10].
-reíp 87.9 [585.4].
reíđ 11.26 [90.1].
seím 98.9 [660.4].
seínar 90.22 [608.3].
sleít 27.23 [168.11].
steíg aliquoties.
steín 37.19 [218.8].
sveít 80.22 [532.15].
teígr 65.17 [408.18].
-teíns 44.17 [266.19].
teítr 92.3 [616.17].
tveím 101.20 [682.9].
veít 11.34 [90.13] 34.1 [200.6].
veítt- 45.23 [272.20] 105.3 [710. 12].

Hac vocalium examinatione absoluta, affirmari in universum potest, harum litterarum usum satis esse sibi constantem, paucis exceptis, quorum nonnulla perparvi momenti sunt. Præcipue vero monemus, litterarum *æ* et œ aperte nullam distinctionem librario notam fuisse, nam quod œ interdum significatur, id factum est, quia librarius in hac re exemplar, quod exscribebat, imitatus est. Secundo monemus, librarium plerumque recte inter vocales breves et productas discernere. Apex nunquam vocali brevi adjicitur, nisi interdum, cum longa fit per positionem, quam vocant, ut in: *grésiarn ýmr prýmr pýntan* similibus, et præterea aliquoties in vocabulis, quæ librarius non intellexit, ut *svéc álínmunni* (43.10 [258.2], in quo certo *á* præpositionem videre sibi visus est);

fortasse *káf* (vide supra) pravum est. Hinc vero de multorum vocabulorum quantitate, de qua adhuc viri docti multum dubitarunt, certum judicium nobis fingere possumus, velut: *fárbauti* (de quo tamen vocabulo etiam aliunde judicare licuit) *líðmelldr dúnn* etc.

His unum quoddam vocabulum obstare videtur, *-rún* vel *hrún-* in *runhendr*, nam certum omnino est, *v* hic breve fuisse; hæc igitur anomalia ignorantiæ librarii imputanda est, qui vim propriam vocabuli non perspexerit itaque *rvn-* a *rún* (littera, runa) derivaverit. Cfr. etiam verba Gislasonii in Aarböger f. nord. Oldkh. og Hist. 1875 p. 107. cfr. p. 162—4.

Postremo hic in universum monemus, nos errores apertos librarii aut varias verborum formas in strophis occurrentes, a librario ignoranti depravatas et prave scriptas, omnino non respexisse. Qui errores meri sunt, postea omnes collectos dabimus.

Jam ad consonantes transibimus.

a, litteræ labiales:

b solito modo semper fere usurpatur; inusitate pro *f* post *l* in *fjalbrs*: *gialbra* 47.7 [282.4], *þialbi* 21.21 [142.12] 46.1 [274.13]. In *kimla-* inseritur interdum (*kimbla-*).

p plerumque usitate usurpatum invenitur. Duplicatur in *apptr* 12.14 [94.1] 43.8 [256.21]; unum pro duobus scribitur in *gulltops* 44.6 [264.20], *klypt* 98.2 [658.12], *nepr* 33.21 [196.19]. Pro *f* scribitur in: *þioðolpr* 51.9 [316.18], quæ lectio tamen non omnino certa est, *þvrptv* 57.5 [354.25]; pro *þ* scribitur bis *fs*: *leifstr* 86.16 [578.3], *hnefstvm* 104.33 [708.22], de quo tamen dubitari potest. (Pag. editionis 68.1, ubi *skirfir virfir* impressum est, nos *skirpir virpir* 8.14 legimus). Pro *þ* interdum scribitur *f*:

aftr 23.17 [150.10].
eftir 6.18 [56.1] 89.4 [598.14].
divft 23.1 [148.13].
hafta 72.31 [470.1].
hneft- aliquoties juxta *hnept-* (semel *hnefst-*, vide supra).
skarft 95.32 [642.16].
tofter 12.21 [94.24].

f et **v** plerumque solito modo usurpantur, interdum inter se commutantur, ut inveniamus *hafa* pro *hava*, *sæfar* pro *sævar*, *æfi* et *ævi* similia, in quibus tamen *v* prævalet. *f* semper formam anglosaxonicam habet, nunquam latinam; *v* sæpe infra versum elongatur, quæ etiam est forma anglosaxonica. Ubi *f* debuit scribi, ibi interdum *v* stat:

halvǫr (pro *halfur*) 2.4 [28.20].
havit 52.19 [328.21].
horvinnar 61.32 [378.20].
-kleyvis 101.30 [684.6].
rova 101.34 [684.18].
skilvingr 11.10 [86.15].

Semel invenimus *f* pro *m* in *naf* 31.14 [184.6].

m simplex et duplicatum fere semper solita ratione adhibetur. Pro duplicato interdum simplex scribitur ut in *fimtan* 80.24 [532.19], *gams* 74.32 [488.6], *grimr* 101.13 [680.17], *grimleg* 14.21 [106.12], *grimð* 82.7 [542.2], *ramr* et *ramt* sæpius, at *rammrar* 51.25 [320.19], itidem *skamt*, *skemt- skemra*, similia. *m* scribitur in *samnat* 33.2 [192.5] et *simfiotli* 60.23 [370.12]; geminatur in *skalaglamm* (semper) et *framm* 62.14 [384.29].

b, litteræ dentales.

De **d** non est, cur multa verba faciamus; in *vinbelgi* 6.29 [56.19] omissum, in *ad* 62.14 [386.1] pro *t* scriptum est. Cæterum solita ratione usurpatur. In neutro genere adjectivorum et participiorum plerumque *t* stat; exceptionem interdum liber præbet, ut in *etit* et *etið* 24.2. 3 [152.19. 20], porro semel in *kastað*, *litið*, *ritað*, *þrotið*, ut in nonnullis libris posterioris ætatis, qui constanter *ð* pro *t* scribunt. Interdum inusitate *t* scriptum est pro *ð*, ut in:

blotvt 64.16 [400.7].
fagnat 26.1 [160.23].
hervt 71.11 [456.3], at *heruð* 71.12 [456.4].
hvndrat 11.24 [88.16] 19.10 [130.14] (*hundroð* 19.11 [130.17]).
lit (pro *lið*) 62.13 [384.20].
skavpvt 5.30. 33 [52.3. 13. juxta *skopvþ* bis eadem pag.].
skolot 12.33 [96.24].

Item in *drottqvætz* 97.5 [652.10]. Ad *d* pro *t* scriptum est in *stadtv* 3.10 [36.18].

Inseritur *t*, ubi non debuit, in:

laustn 21. 13 [140. 25] 56. 22 [352. 18].
snytz 24.15 [154.12].
stnyrti- 80.17 [532.9].

Omittitur in *syskin* 6.26 [56.14]. *siþars* 92.26 [622.3, nisi error forte sit], *ausker* 87.11 [585.13]. Duplicatur, ubi simplex esse debuit, in:

attli 59.11 [364.18].
ætti 57.36 [358.22].
gottnvm 97.24 [656.6].
settr 28.11 [170.20].
þrvttinn 55.29 [346.22].

Simplex pro duplicato in sequentibus invenimus:

iprot 41.12 [238.20].
dethent 91.3[610.14] 95.17[640.14].
drotni 51.19 [320.6].
drotning 49.27 [304.4] 60.3 [368. 11].
hátr 99.23 [670.1].
hitaz 23.20 [150.15].
kavtrinn 25.21 [158.24].
matk- sæpissime.
matþv 12.2 [90.20].
natbols 22.7 [144.20].
þot 102.5 [686.10].

Pro *t* scribitur *th* in *vithkar* 4.15 [44.3]. In nomine Guttormi jam *tth* jam *th*, quod prævalet, scriptum est. De *ts* infra agetur.

Inter *þ* et *ð* plerumque certa ratione discernitur, et id quidem ita, ut *þ* initio syllabæ stet et post siglum quodlibet, quamvis syllabam claudat; ita scriptum est *fiol-þi*, *ior-þina*, *keyr-þi*, *dvl-þiz* etc., et *f(ro)þ* [1], *f(ri)þr* etc., at *varð*, *iorð* similia. Sed quamquam, si locorum innumerabilem multitudinem computaris, hoc discrimen princeps prævalet, tamen exceptiones multas et varias regula patitur; ita invenimus: *iðvnnar* juxta *iþvnnar*, *baþmr*, *borðc* (pro *borþc*), *breiða* juxta *breiþa*, *drekþv*, *dreymði* juxta *fylgþi*, *fegrþ*, *kallað(er)* juxta *kallaþ(er)*, *meiði*, *meðan*, *moþgv*, *reiði*, *skilði*, *varþ* juxta *varð*, *viðri*, *þaðan* juxta *þaþan*. In verbis conjugationis, quam mollem vocant, præteriti prima persona sing. plerumque in *-þa* vel *-ða* desinit, raro in *-ta*, qualiscumque vocalis radicis est, ita scribitur:

[1]) hic signa parentheseos siglum solutum notat.

sagþi, at *raktiz* 42.31 [252.25]; porro: *drekþv*, *dreymði*, *dvalþiz*, *dunði*, *fylgþi*, *gapþi*, *keyrþi*, *lagþi*, *skilði*, *steikði*, *steypði*, at *hleyptı* etc. In participiis etiam scribitur *ð*, ut in *hulðr*. In nominibus, quæ ab adjectivis derivata sunt, *ð* (aut *þ*) vulgo scribitur; talia sunt verbi causa: *grimð*, *lengð*, *sæmð*, *-semð*, et in *svavlð* 64.18 [400.12].

Præterea monendum est, in *havlþar* semper *ð* vel *þ* scribi; porro scribitur *ð* in *steinðors* 52.33 [332.6], et, quod satis memorabile videri potest, in articulo suffixo, ubi tamen *t* anteit, in *hasætið* 7.27 [62.9]. Postremo pro *þ* *th* scriptum invenitur in nomine Thoris quinquies 11.21.25 [88.10. 90.2] 25.35 [160.18] 35.8 [208.5] 46.21 [276.16].

s

plerumque solita ratione scribitur et quoad formam et quoad usum. Simplex *s* in verbis, quorum radix *ss* proprie continet, ante *t* scribitur, ut *hvesti*, *misti*; similis generis sunt *hvasligvm* 42.35 [254.13], *hvast*, *hrosþjofr* 83.34 [555.9]. In genitivis, in *-is* desinentibus, plerumque simplex scriptum est, geminatum invenimus in *qvasiss* 41.31 [244.21], *qvæþissins* 102.7 [686.13], et præterea in *iarskoss* 44.12 [266.12]. Error est certo, cum in *bvrtin* 54.26 [342.2] omissum est (?), etiam in *bestr* 8.19 [68.11], alias *beztr* (*bazt-*) scripto, quod hoc loco certo per dittographiam, nam antecedit *mestr*, effectum est. In genitivis, in *-s* desinentibus, *z* sæpe scribitur (*muspells* juxta *muspellz*), vide de hac re amplius infra. Raro simplex *s* invenitur pro *z (sk)* in verborum formis passivis (*lavks* 2.36 [34.18]), vide amplius infra. Interdum pro *rs* geminatum *ss* scriptum est, ut *besserkir* 63.21 [394.20] alias *ber-*, *þuss-* (gigant-) aliquoties, sed *þurs-* sæpius. Littera *x*, ex *ks* vel *gs* composita, semper solita ratione usurpatur; semel *lags* 86.17 [578.9] et semel *laks* 86.24 [580.5] inventum est pro *lax*.

n

simplex et geminatum usurpatas formas (*n*, N) habet, et plerumque proprie stat. Simplex extat sæpe ante *d* et *t*, ut in *senti* 53.33 [336.21], *rendi* 31.13 [184.5], *þyntan* 67.29 [428.19] etc. Simplex etiam sæpe scriptum est in fine, præsertim in articulo suffixo

(nom. et accus. masc. sing.). Sæpe duplex, ubi non expectares, scribitur, præcipue ante *d* ut in *fvnndv* (*fannz*; non semper), *lanndz, ganndalfr, vinndalfr* 8.9 [66.4. 5], porro in *enn* (= *en*) 4.7 [42.12], *likinng* 1.31 [28.5], *hvinnverski* 2.30 [34.5], *mannz, tekinn* (fem.) 68.8 [432.17]. Simplex interdum pro geminato, ut in *iotvn* (nom.) 4.16 [44.9] et in *-kyngi* 21.1 [140.9], *hinig* 62.22 [388.8] etc. In præterito verbi *egna* litteræ *gn* permutatæ sunt, ut *engdi* pro *egndi* stet 39.17 [226.10], Pro *d n* scribitur in *amlona* 52.19 [328.21] Pro *m n* in *kenpur* 80.8 [530.19], *skvnpr* 87.33 [591.4] scriptum est. Omissum est in *iarskoss* 44.12 [266.12], in *iarsiv* 48.13 [288.22], in *gvgni* 41.23 [242.12], interdum in *hrugnir* pro *hrvngnir*. Semper unum in *manvit* scribitur.

l.

Hæc littera simplex et geminata fere plerumque proprie usurpata est. Ubi non debuit, origine vocabuli respecta, interdum et maxime ante litteras *d* et *t* geminatur, ut in *ǫlld-* (etiam *ǫld-*) *elld* juxta *eld*, *balldr* juxta *baldr*, *galldr- fallda, kallt* et *kalldr, salltr, sellda, selltr, skalld* juxta *skald* (quod tamen prævalet), et plura talia, quæ omnia huc transcribere non attinet. Unum, ubi duo scribi debuerunt, scriptum invenimus in:

almikit 28.13 [172.2].
alt, juxta *allt,* interdum.
dæligr 45.35 [274.9].
fylltiz (at *fyllt*) interdum.
gamal 60.2. [368.9].
halvarðr 67.22 [426.24].
heimdalr 44.5 [264.19] et *-dalar* sæpius. De hoc vocabulo monere juvat, secundum leges antiquissimas sonorum, in nominativo recte unum *l* scribi potuisse (ut *alr* in codicillis Reykjaholtinis), sed hæc enuntiatio effecit, ut etiam unum *l* in cæteros cásus irreperet.
snild juxta *snilld.*
travlkonur 7.4 [58.14].

Geminatur *l* in *miollnir*, tamen *miolnir* semel inventum est 34.13 [202.15]. Præterea monendum est, per assimilationem haud solitam duplicari in *frilleifs* 61.7 [374.18, cum *fripleifs-* alibi semper scriptum sit]. Postremo memoramus, duplicatum *l* et *ll* et ⌊ scriptum esse.

r.

Solita et vulgari ratione plerumque usurpata hæc littera invenitur. Formam triplicem habet, *r* vulgare sæpissime, sed post *ð* et *o* scribitur *ꝛ*; denique infra versum sæpe elongatur, præsertim cum in fine stat. Rejectionem interdum in fine post *nn* patitur, ut in *brenn* et *renn*. Omissa etiam est in *-busti* 43.34 [262.26], *fysta* 98.13 [660.12], *myrks* 22.4 [144.15], et sæpe in nominativis, ut in *þór* et in superlativis, ut in *siþarst* sæpissime. Raro insertum est, ubi non debuit, ut in *barðmr* 87.13 [586.2] et in *fyrstvz* 48.20 [290.13]. Interdum pro *r* nominativi *ur* invenitur, vide infra. Simplex scribitur in *kyrþv* 76.13 [502.13]; duplicatur interdum ut in *siþarri* et *síþarra*. Etiam in *þeirra* sæpius et in *þeirri* semel duplicatur; cæterum in his et similibus formis simplex plerumque secundum originem est.

c, litteræ palatales:

g

solita ratione plerumque scribitur cum simplex tum geminatum. In *bygð* et *bygþi* et aliis formis huc pertinentibus semper unum pro duobus scriptum est; etiam in *trygð* et *trýgt;* porro in: *-legs* (a *leggr*) 64.32 [404.7] 65.11 [408.5], *legz* (= *leggsk*) 31.5 [182.20], *-vigs* (pro *viggs*) 67.34 [430.10]. Pro *k* scriptum est in *skengt* 104.27 [708.7] et in *þig* 24.13 [154.8]. Omissum est in *fleyianda* 51.31 [322.14], *hlæia* 36.21 [214.6]. Pro *g k* (*q*) interdum scriptum est, præcipue in syllabis derivatoriis ut *-agr, -igr, -ligr* ante *t*, id est in nom. et acc. neutri gen. talium adjectivorum; ita repperimus:

vndarlikt 6.35 [58.4] 34.18 [204.5].	*heilakt* 9.29 [76.11].
framlekt 89.33 [602.23].	*kvnnikt* 2.24 [32.13].
gavfvglikt 35.10 [208.9].	*rikvlikt* 9.14 [72.25].
gersimlikt 16.15 [114.18].	*svaslekt* 10.28 [82.15].

Præterea ubi minus expectares, scriptum invenitur in: *fylkink* 96.25 [648.9], *þægilic* 63.8 [392.23], *sakt* 10.35 [84.2]. Pro *gg* scribitur in *hlítstyks* 41.8 [238.5].

k

tribus modis scribitur aut *k* aut *c* aut *q*. Inter *k* et *c* nullum discrimen fieri videtur; tamen sæpius in fine vocabuli (*ec oc sic* etc.; at *þak*), quam in medio aut initio (tamen *col*), stare videtur; duo *k* sæpissime (non semper) *ck* (interdum *kc*) scripta sunt. *q* ante *v* semper stat. Interdum, ubi non debuit, geminatur:

eckr 11.26 [90.1] 12.29 [96.17].
ecktore (cum alias *ek-* scriptum sit) 40.4 [228.8].
sticklanda 96.33 [650.11].
teckr ter.

Unum pro duobus sæpius invenitur:

okrer 62.6 [382.12].
beks 90.11 [606.7].
blaks 98.6 [658.22].
drakt 26.20 [164.1].
drekr 8.25 [70.5].
drekþv 5.2 [48.2].
drvkner 18.32 [128.18].
fekz sæpius.
flokstiorar 79.33 [530.2].
frakland 1.18 [26.9] 79.2 [522.16].
griklands 70.6 [446.14].
rakr 65.32 [412.15].
rekna 22.33 [148.6].
stǫcr 96.15 [646.14].

Omissum est in *þyrslingr* 86.22 [579.15]. Postremo monendum est, in *ragnarǫkr* semper unum *k* scriptum esse. Ubi *k* pro *g* stet et *g* pro *k*, paulo antea memoratum est.

h.

De littera *h* non multa sunt quæ dicamus. Omissum semper est in *lutr* (cfr. tamen *jarþhlvtr* 72.35 [470.13]) et præterea interdum ante *l* (*laupa* [semel], *liop* [sæpe], *leypr* [semel], *lvþer* (= *hlyðir*) 16.23 [116.7]) et ante *r* (*ræddiz, ræddvz, ræddr, ross,* [omnia semel]) et in *gvllringar* 29.32 [178.2] et in *elskvginn* 16.20 [116.2]. Nomen gigantis, de quo agitur p. 166—170, modo *Hýmir* modo *Ýmir* (hoc sane sæpius) scriptum est [1]. In nomine *Gunnloð* interdum *h* ante *l* inseritur ut 49.26-7 [304.3] et 51.23 [320.14]. Inusitate additur in *halda* 3.25 [38.21].

---

[1]) Vide tractatum Gislasonii „Om Navnet Ýmir“ in Vidensk. Selsk. Skr. 5. Række hist. og fil. Afd. 4de Bind. XI.

z,

quod proprie habet vim τοῦ *ts*, ut in *meizlvr*, in genitivis singularis masculini et neutri generis sæpissime pro *s* simplici scriptum est post *ll, nn, d, ð, t,* (*allz, mannz, garþz, landz, loþz*). In verborum forma passiva -*z* plerumque scribitur; interdum etiam *st, zt, tz, zc, ðzc,* sed de his vide infra. In superlativis adjectivorum et adverbiorum scribitur varie *st, z, tz, zt;* in terminatione -*astr* plerumque *z* pro *s* invenitur (tamen: *fagrskioldvþvstvm* 96.8 [644.23]), in neutris et adverbiis aut -*az* (*framaz, hvitaz* etc.) aut *zt* (*lengzt, akafast tiþazt*) aut *st,* sed hoc raro. In terminatione -*str ztr* sæpissime scribuntur, et in uno atque eodem verbo (ut *fegrstr* et *fegrztr*). In specie memorare licet, et *æztr* et *ætztr,* et *beztr* et *betztr* scriptum esse, etiam *nezta, ellztr* , *betz* (= *bezt*) 104.23 [706.23], *sitz* 101.17 [682.3], *hætztrar* 69.11 [440.6], *rikastztr* 61.9 [374.21], *heingez* (= *hengests*, 1.14 [26.2]).

Nomina:

Pauca sunt, quæ de nominum declinatione adferenda habemus. Formæ duplices ut *sakar* et *sakir* hic ut in aliis libris ejusdem fere ætatis reperiuntur, cæterum omnes formæ usitatæ sunt; præcipue hic nominare volumus vocabula, in quibus *r* terminativum aut thematicum *vr* plene et abbreviate scriptum est:

digvrleiks 15.15 [110.16].	*ravkvrs* 31.25 [184.22],
fætvrner 47.24 [284.22].	*ræfvrs* 92.4 [616.19].
hafvr- 21.27[142.22]44.25[268.9].	*tryggvr* 48.19 [290.9].
hendvrnar 21.31 [144.2].	*vonvþvr* 69.33 [444.17].

Pag. 44.28 [268.13] invenitur forma genitivi *heimdala,* qui fortasse error est pro -*dalar*. P. 47.27 [286.1] *manvðr* scriptum est, quod in editione minus recte in *mánaði* correctum est. Pag. 70.19. 20. et *girkia* et *grikkia* invenitur. P. 85. 25 [570.1] *spiǫʀ* (= *spiǫrr*) scribitur, qui certo error est, nam *spjǫr* alias est plurale tantum neutri generis.

Adjectiva:

De his fere nihil irregulare adferimus. De terminatione super-

lativi vide supra sub *z*. Præcipue monemus, formam *baztr* interdum inventam esse.

Pronomina:

Nomin. pluralis *vér* aut scriptus est abbreviate *ver* aut plene *vær*. — Nom. sing. fem. pronominis tertiæ personæ trifariam scribitur *h°*, *hō*, *hon*, quæ omnia ad *hon* (vocali brevi) recedunt. — In pronomine demonstrativo primo (*sá*) plerumque unum *r* scribitur in *þeiri*, *þeirar*, *þeira*; interdum vero duo inveniuntur *þʀa* (sæpius), *þeiʀi* (plene semel 89.7 [598.8]). — Pro *þessvm þeima* ter invenitur 89.9 [598.22] 92.28 [622.7] 104.4 [702.19].

In *hvárr*, pronomine indefinito, dat. sing. neutri generis *hvorv* scriptum est (non *hvárv*) 49.12 [300.3]. Pron. indefinitum sing. masc. gen. *engi*, *engan*, *ongan*, acc. sing. fem. gen. *enga* et *onga*, dat. *ongvm*, *avngvm*, *engvm* etc.; etiam *v* inserto *ongvar* invenitur. Forma gen. sing. *enskiss* bis reperitur. — Denique pronomen, cujus princeps forma *nekkverr* est, varie scriptum est. Formae, quæ ad nominativum *nakkvarr* recedunt, rariores sunt; invenimus *nakqvarr* 30.13 [178.27], *nakqvarn* 35.16 [208.16] 30.4 [178.13] 30.27 [180.26] etc. Frequentiores sunt formæ, quae ad *nǫkkvor*- recedunt, plurimæ, quæ ad *nokqvor*- (in quibus *o* primum vim litteræ *ǫ* fortasse tenet). Sine *v* invenimus paucas formas ut *nokqorn* 31.15 [184.8], *nockvra* 25.12 [158.12], *nockvt* 25.9 [158.8], *nokcors* 23.31 [152.9]. De articulo finito monendum est, formas, quæ ab *hinn* et quæ ab *enn* derivantur, promiscue usurpatas inveniri sine certo discrimine.

Verba:

Quæ de his monenda habemus, haud multa sunt. De terminatione imperfecti supra egimus. Primæ personæ præsentis et præteriti interdum *c* sive *g* (= *ek*) additum invenitur, ut in:

ætlac 59.1 [364.1].
fęc 15.23 [112.3].
hafþac 26.12 [162.16].
heyrþac 63.4 [392.16] 74.4. 5 [480. 13. 19].
megac 26.7 [162.9].

mvnac 15.17 [110.19].	*mvndac* 24.33 [156.15] 46.17 [276.10].
mvndag 25.16 [158.17].	

In temporis præsentis indicativi secunda persona verbi *skulu skal* invenitur 11.18 [88.5]; nota tertiæ personæ raro omissa est in *renn* et *brenn*, item in *vil* ut 3.9 [36.15] 102.8 [686.14]. Aliquoties forma *byggv-* in præsenti occurrit juxta *bygg(ɉ)-*, quod plerumque usurpatum est. 3. persona plur. pro 2. pers. semel occurrit (*þickia*) 24.16 [154.14], vel quia ante subjectum suum (*þit*) locum tenet. 3. pers. plur. præs. verbi *vera* fere *erv,* alias *ero* 90.31 [608.24] scripta est. Præs. infinitivi verbi *megv* semel *mega* invenitur scriptum 23.19 [150.13]. In infinitivo verbi *fljúga* inseritur *ı* (*fliugia* 18.20 [126.21] 55.12 [344.11]); etiam scribitur *gefianda* 43.25 [260.18].

In præterito indicativi *i* invenitur in *gingv* (?) 37.1 [212.14], *o* in *troðv* 60.4 [368.12] et *qvomv* et *qvoþvz,* *ǫ* in *sǫri* 64.3 [398.1] 105.2 [710.9]. 3. pers. plur. præt. a verbo *vera* semper *vorv,* cum plene scriptum est, non *voro.* Præterea nominandæ sunt formæ *hangþi* 59.16 [365.25]; præter. infinitivi a *búa* invenitur scriptum: *bioggiv* 96.25 [648.8]. In præterito conjunctivi *v* invenitur inusitate in *qvæmi* sæpius et *vyrþi* 55.11 [344.10].

Terminatio formæ mediæ, quæ proprie *-sk* est, plerumque *-z* scripta invenitur; exceptiones tamen multas habet hæc regula, quas hic omnes dabimus, nisi quæ nos fugerint. Raro *sk* (*sc*) ipsum reperitur:

fæsc 91.26 [614.6].	*ravfsk* 79.12 [524.21].
hofsc 3.24 [38.19; ita enim in codice aperte scriptum est, quamquam *c* similitudinem cum *o* habet.] 72.7 [462.10].	*ryðsc* 76.29 [506.23].

Huc pertinet scribendi rara ratio: *zc:*

heitvmzc 11.5 [84.17].	*vazc* (= vásk) 17.28 [122.12].
seðzc 91.26 [614.7].	

Deinde rationem *tz* scribendi, quæ rarissima est, si exempla, in quibus *t* ad ipsam radicem verbi pertinet, exemeris, invenimus in

solis *setz* (= *sésk*) 13.1 [98.5] 34.25 [204.18], *snytz* (juxta *snyz* et *snyzt,* quæ omnia in una atque eadem pagina conspiciuntur 24.15 [154.12]. At *zt* sæpius invenitur:

dvelzt 20.16 [136.16].
fazt 25.26 [160.4].
firrizt 94.7 [632.14].
fullseðiazt 98.29 [664.4].
gerzt 11.17 [88.4].
qvazt 27.27 [168.18].
snyzt 24.19 [154.17].
vannzt 26.27 [164.11].
venzt 99.5 [666.2].

Semel *st* invenimus *berst* 32.30 [190.16]. Hinc elucet, *zt* (*st*) in formis monosyllabis præcipue inveniri. *s* inventum est in *lavks* 2.36[34.18].

Postremo separatim de verbo *gera* (*gøra*) agetur. Primum monemus, participium passivi sæpissime plenis litteris scriptum esse aut *gor-* aut *gıor-* aut *gǫr* aut (raro) *gavr,* unde certo concludendum est, vere *gør* aut *gıør* sonuisse, ut sicubi abbreviate *gϟ-* scriptum fuerit, id *gør* legendum erit; hæc sententia ea re etiam confirmatur, quod *giorva* et *gϟva, nygiorvingar* et *nygϟv-*, et *giorð* (subst.) invenimus. Porro hinc certo concludi posse videtur, *gϟþv,* quod semel scriptum est *gıϟþv, gørþv* legendum esse, item *atgϟvı atgørvi.*

Quod ad particulas, quas vocant, attinet, tantum monebimus, *vmb* bis scriptum esse 2.3 [28.19] 3.2 [34.21]. Particula negativa præfixa plerumque scribitur *v* (*v́*), sed haud raro *o* sonat:

ofegri 34.19 [204.6].
ofægrvm 59.22 [366.8].
ofroþlega 10.26 [82.12].
ogoðr 73.28 [478.5].
óhapp 29.2 [174.10].
ohneppan 72.21 [466.11].
ohreint 12.4 [92.3].
oqviðnom 33.21 [196.12].
olest 104.35 [710.2].
olitill 99.21 [668.18].
omaka 6.37 [58.7].
onyt- 54.30 [342.9] 54.34 [342.14].
osanir 34.7 [202.2].
osætt 36.36 [216.5].
osiðr 93.11 [624.15].
osorg 77.9 [510.14].
oskornvm 32.8 [188.9].
oskyllt 73.2 [470.18].
osvipt 103.9 [696.2].
osviðra 9.24 [74.25].
otali 104.14 [704.24].
otrvliger 21.10 [140.21].

otvistar 95.18 [640.3].
ovorvm 103.19 [698.5].
ovæginn 75.16 [494.2].
ovitr 80.16 [532.8].
oþioð 77.31 [514.20].
oþyrmer 68.1 [430.19].

Abbreviationes vel sigla, quæ liber præbet, pleraque usitata et vulgaria sunt. Perpauca, quæ minus vulgaria sunt, hic adnotabimus:

r terminativum per ˀ, quod vulgo *er* significat, interdum scriptum est: *vit*ˀ 2.23 [32.12], *heit*ˀ 3.31 [40.12], *hrafnblai*ˀ (fortasse error) 60.30 [372.5]. Ejusdem generis videtur esse *mankindi*ˀ (ita in codice videtur legendum esse) 6.3 [52.24 cfr. not. 15. p. 53]. Hoc idem siglum etiam pro *eır* invenitur in *þeir* 24.14 [154.10] et pro *ær* in *færa* 45.10 [270.23]. — *kona* (-*v*) abbreviatur *ɔa ɔv* 53.34 [338.3] 55.30 [348.2]. *Konungar* per litteras *kk* virgula superne trajectas semel 71.2 [454.13] scriptum est. Postremo littera runica ᛘ pro *maðr* in *bogmaðr* 13.29 [102.14] usurpata semel inventa est.

Errores a librario commissi permulti inveniuntur, quorum sane multi, sed minime omnes in editione significati sunt. Omnes, quos collegimus, hic dabimus, ut inde melius librarii fides cognoscatur, et monemus, hic ut alias stropharum rationem nos non habuisse, quarum quia errores non librarii inscitiæ scribendi sed deficienti intelligentiæ sive difficili lectioni exemplaris, quod exscribebat, imputandi sunt.

I. Transpositio litterarum invenitur in:

ianf- 29.32 [178.2].
iarþa ðrændr 70.31 [452.13].
davckaflar 10.4 [78.8].
dryt 18.27 [128.11].
felska 18.13 [126.4].
gefl 51.23 [320.14]; hic etiam *e* pro *o* falso scribitur.
hofþvit 27.32 [168.25].
hlofr 63.32 [396.12], quo in vocabulo etiam *r* omissum est.
mavgr 11.11 [86.18].
nenfdar 19.2 [130.2].

II. Dittographia in:

allt gott 33.30 [198.22].
at 27.2 [166.3] pro *er*, quia *þat* sequitur.
hvern 25.24 [160.1] pro *hverr*, quia *einn* antecessit.
eleiv 51.23 [320.13].

er 13.4 [98.10], quia *fyrr* anteit.
oklom 36.7 [212.10].
vlfriðr 13.5 [98.12].
bavgs bis scriptum 47.13 [284.4].
biorgr 5.31 [52.6].
blyflvgvr 9.33 [76.24].
doms-sins 8.36 [70.18] pro *dom-sins.*
drekþv þv 5.2 [48.2].
fætvm 29.25 [176.18], quia sequitur *sinvm.*
fianddr 76.25 [420.5].
fiorlauslar 47.28 [286.3].
firing 43.11 [258.5]; quia antea *þikling* stetit.
gæta 13.17 [100.11]; pro hoc enim scribendum est *gætir,* non *ok* antecedens in *at,* ut in editione factum est, mutandum, nam librarius, scribens *gæta, enda* antecedentis non oblitus erat.
ginnivnga 47.1 [278.20].
gerþv bis scriptum 7.29 [62.12].
gvnntamigr 18.17 [126.13], *hroðigr* enim sequens librarius meminerat.
greirrinn 55.2 [342.22], quia *gripum* antecessit.
hafi 30.24 [180.20] pro *haldi,* quia *hefir* mox sequitur.
haller 33.21 [196.21], sequitur enim *allir.*
hamr 33.17 [196.2], quod librario melius ad *fram* in eodem versu respondere visum est, quam *harmr.*
heimsteið 33.22 [196.22].
hvrskarlar 84.19 [560.9].
hræþa 15.22 [112.2, adn. 4] repetitum ex antecedente *hræða.*
kiœlarhœll 87.11 [585.10].
komer 9.25 [76.25], antecessit enim *hefer, er* utrobique abbreviato.
lavk 17.14 [120.16] bis scriptum.
lala 27.18-19 [168.5].
liðr 16.36 [118.10] pro *líð, r* repetitum ex verbo paulo antea scripto; sed fieri potest, ut *líðr* ex [genuina] lectione *líðc* ortum sit.
mœla 61.25 [376.21], *þœr* antecessit.
mærðr 72.17 [464.15]; *hróðr óðr* antea scriptum erat.
mvnv 21.11 [140.22] pro *mvni.*
naglfal 33.13 [194.10]; etiam *fölr* suam ad rem habuit vim.
ne 96.7 [644.21], *er* sequitur.
nokkvornr 72.18 [464.16].
sem 96.1 [644.7] pro *se,* quia *sam-* antea scriptum erat.
sons 44.17 [266.29], pro *son(r),* quia inter *-teins* et *Óðins* stetit.
slillingar 80.8 [530.19].
taka bis scriptum 56.29. 30 [354.6] cfr. adnot.

varð 54.17 [340.13] pro *varr*, quia *varð* antecesserat, quod librarius *vaʀð* scripsit, de ipso *varr* cogitans.

III. Siglum incuria omissum est in:

avðligar 78.27 [520.21].
iafgott 20.30 [138.22-3].
iafhár 21.9 [140.20].
vd 9.24 [74.23].
vta 7.28 [62.10].
bragniga 105.8 [712.8].
drotnig 60.3 [368.11].
gisligv 12.10 [92.17].
helmigi 92.21 [620.17].
hendigvm 94.25 [634.6].
hverig 44.21 [268.3].
hveðrvgs 33.20 [196.13].
kerligar 81.16 [536.23].
kennigar 44.32 [270.1-2] 67.1 [422.2].
nǫf 16.16 [114.20].
nefd- 17.4 [118.19] 29.11 [174.24].
setnig 72.15 [464.12].
spyrnig 18.10-1 [124.21].
tvgl- 7.8 [58.19] 51.3 [316.1].

IV. Litterae, syllabæ, tota verba omissa:

a, litteræ:

almikit 13.11 [98.22].
all 38.18 [222.11].
æsloð 84.25 [561.15].
elldinvm 5.19 [50.5-6].
iaþar 41.13 [240.1].
iarþa 93.2 [624.1].
vtgarð 23.13 [150.4].
vtgaþa 24.20 [154.19].
ydrasil- interdum.
bygþ 6.4 [54.3].
fogit 82.28 [544.18].
fora 14.19 [106.9].
forvm 11.24 [88.17].
fothvataz 22.4 [144.16].
fva 16.10 [114.12].
ganlat 14.19 [106.9].
gvllhiam 32.28 [190.13].
hafvrins 21.27 [142.22].
hallfavðr 41.2 [236.5].
hirmenn 24.24 [156.2].
hlapa 58.18 [360.27].
hrofr 64.8 [398.9].
hvarteggia 64.29 [402.23].
kifi 21.23 [142.16].
kyrr 33.12 [194.7].
losalfar 10.2 [78.5].
meni 61.34 [380.3].
moc 24.28 [156.9].
moð- 8.28 [70.5].
nioðr 12.11 [92.18].
nesbagga 22.21 [146.15]; alias enim *nest-* scriptum est.

norþi 5.16 [50.2].
ragnas 68.29 [436.2].
refhvor 94.12 [630.26].
rek 93.5 [624.6].
segi 9.36 [78.2].
seldiz 25.20 [158.23].
skavþvþ 5.20 [50.2].
skallfifla 38.25 [222.21].
skiodinn 46.2 [274.14].
styfr 98.32. 33 [664.13. 14].
valaskiaf 10.8 [78.14].
þa 32.19 [190.1],
þicki þa 19.24 [132.25]; hic certo legendum est *þickia þa* vel *þickia þo*.

Præterea *n* in terminationibus vel siglum, quo *n* notatur, sæpissime, ut supra commemoravimus, omissum est, quod longum erit hic enumerare.

b, syllabæ:

frey 16.15 [114.20].
ginnvngaþ 8.21 [68.15].
havfleic 4.6-7 [42.11].
skiþa 1.30 [28.7].

c, vocabula:

á 27.13 [166.19].
af 57.7 [356.1].
at 29.26 [176.19].
at hann 19.33 [134.14].
eigi 9.28 [76.10] 21.6 [140.16] 23.20 [150.15] 26.12 [162.16].
ek 11.34 [90.14].
er 43.33 [262.25] 55.16 [344.19] 93.33 [628.10].
er þat 23.30 [152.7].
dag 4.29 [46.11] 22.3 [144.15].
hafa 15.6 [110.1].
hamar 54.34 [342.15].
heimar 17.15 [120.17].
hondin 60.14 [368.28].
kenna 44.12 [266.10].
koma 46.30 [278.3].
loki 24.6 [152.25].
minnr 27.33 [170.1].
til 1.34 [28.11].
þat 1.28 [28.1].
þeir 37.13 [216.23].
þér 26.17 [162.23].

V. Errores falsa lectione orti aut intelligentia deficienti:

af monnvm 6.1 [52.21] pro *af menn*.
altær 52.9 [326.8].
at 21.32 [144.4] pro *ok*.
orðta tal 36.33 [214.23].
færri 14.35 [108.9].
mensætt 68.13 [432.24].
megi 34.13 [202.14].

mey 33.8 [192.15].
ræfr 11.25 [88.20].
vavtn 9.6 [72.10].
verr annarr 51.35 [324.2].

VI. Siglum pravum invenitur in:

kvikqverdi 6.14 [54.16].
verðr 7.12 [60.11] pro *veðr*.
þr (= *þær*). 7.34 [62.19].

VII. Litteræ pravæ scriptæ sunt in:

brvnnz 27.33 [168.26].
gangi 56.20 [352.16].
kalld 30.24 [180.19].
halfrynis 81.1 [536.2].
hattanda 88.14-15 [594.17].
veþaaði 54.21 [340.19].

VIII. Supervacaneum invenitur *var* 45.32 [274.5, cfr. adn. 3].

Hic statim addere libet errores quosdam, in editione ipsa inventos, cum editores nostra ex sententia codicis verba minus recte legerint aut intellexerint. In ed. 544.1 legitur: *Mál heitir ok orð ok orðtak snilli,* ad quod in adnotatione additum est: *ok orð, add. supra lineam Reg;* hoc quidem recte se habet, vide cod. p. 82.17. Sed librarius, qui paulo antea *ok orð* scripserat, certo hæc ipsa verba ita non addidisset, nisi diversam sententiam habuissent. Legendum igitur est: *Mál heitir ok orð ok orðtak ok orðsnilli,* quod etiam in codice 1 e β invenitur, ut nulla dubitatio relicta sit. Pag. 508.14 *fljott* editum est, et quidem recte sec. conjecturam, non sec. codicem, qui hic habet *ott* (76.34). *f* in editione p. 156.6 additum est, sed non necesse fuit. In cod. Reg. [53.1] *arvm* non *vorvm,* ut editum est [332.17], exstat. Quod ed. p. 278. adn. 8. *bravr* in Reg. legit, id non recte fit, nam codex *bravr* (46.34) præbet. Certo etiam *blaskiða* 103.12 [696.9] in codice legendum est, non *-skíðu*. In ed. p. 290.4 *Fornjóts* editum est, quasi esset lectio Regii, sed non est, habet enim codex [48.18] *fornıotz,* quod ad *fornatz* Wormiani propius accedit. Codicis pag. 67.21 legitur *mavgr,* sed punctum, delendi signum, litteræ *v* subscriptum est; *mögr* sine adnotatione editum est [426.22]. In codice, pag. 69.17, certo legendum est *sıarraks,*

non *snarr-*, ut editio 441. adn. 17. vult. Quod ad *valmar* [388.17] pertinet, in codice [62.24], ut ex tabula Volumini tertio addita prima, videre licet, *val,mar* scriptum est, quod aperte suam habet vim. Quod editum est *austan* [172.24], quasi in codice exstaret (28.30), id minus recte se habet; certe primum ita scripserat librarius, sed ipse in *vestan,* quod cæteri habent libri, aperte correxit. — Postremo putamus codicis verba *sv át* (3.31) minus recte in editione [40.12] in *svát, hann* statim addito, correctum esse; nam *sv át* idem est atque *sú átt,* ea plaga, ɔ: plaga meridionalis, ut nulla correctione hoc loco opus fuisse putemus.

Quod ad duo carmina, codicis ultima, pertinet, nihil fere habemus, quod adferamus; tam accurate ab editoribus, supra laudatis, edita sunt. Perpauca rectius sive melius legere potuimus. Sic *fr ðr* (= *froðr*) plane legimus. In *helldir* (str. 16.5) apex litteræ *e* superscriptus est, et sæpius apicem in editione omissum esse animadvertimus, quod fieri non debuit. In str. 23. neque *gniþo* neque *grimþv* neque quicquam aliud scriptum est, nisi *gɪoꝛþv*. In carmine proverbiorum *griplur* certum est; non *griplvt* exstat.

Eadem manu, atque noster codex, exaratus est alter, qui historiam Olavi Sancti regis continet, in collectione Arna-Magnæana sub nro. 68 formæ maximæ asservatus. Jam si utrumque comparaverimus, inveniemus, rationem scribendi multis in rebus diversam esse, unde, quod maximi momenti est, concludi potest, librarium nulla sua orthographia usum esse, sed exemplar Eddicum, quod exscribebat, secutum esse. Ex hoc exemplari in suum omnes formas verborum, quæ antiquiores habentur, litterarumque, quæ ejus tempore obsoluerant, ut ϱ = ǿ in *hϱlfr*, *ϱli*, *ϱna* etc., transtulit, unde collegendum est, archetypum ejus per medium fere seculum xiii scriptum esse. Et quod carmina sæpissime gravissimis erroribus laborant, id inde factum est, quod exemplar verisimiliter multis locis lectu difficillimum fuit. Cum codex rursus plurimas formas scribendique rationes re-

centiores præbeat (vide supra), non audemus eum antiquiorem judicare, quam factum est in prologo tomi I p. vi., ubi „seculo ut videtur decimo quarto ineunte exactus" dicitur.

Quamquam codex variis ex causis reprehendi potest, tamen est pretiosissimus et summa reverentia dignus; monemus tantum, eum Grotticinium, carmen summæ auctoritatis, maximam partem carminis Bjarnii de Jomensibus piratis, carmen proverbiorum solum præbere, et si cum cæteris codicibus Eddæ nostræ comparetur, multo pleniorem esse.

Editionis fundamentum hic codex factus est, ut ordo capitum rerumque semper servatus sit, nisi quod frustulum quoddam transpositum est, vide I 224, annot. 2., collatum cum I 230, annot. 1. Ratio scribendi multum, ut fuit captus temporum, quibus prima pars operis nostri edita est, immutata est, ut ex comparatione inter editionem et nostram descriptionem satis apparebit.

2. Codex Wormianus, isl. *Ormsbók* interdum vocatus. Quæ de historia libri celeberrimi comperta habemus, hæc fere sunt. Anni 1628 die 4. septembris Arngrimus Jonae, ille litterarum islandicarum maxime strenuus promotor et quasi novus pater, hunc librum Olao Wormio, Dano, litterarum id temporis peritissimo, misit. Si ex verbis ipsius Arngrimi: „Eddam et conjunctam Skalldam, quia meus codex est, D. Wormio libenter concedo, quamcunque volet diu" [1]) proficiscaris, putandum esset, Arngrimum re vera Olao librum utendum, non dono, misisse, quanquam Wormius verba ejus, ut sane potuit, ita intellexit, quasi sibi dono liber missus esset. Arngrimus librum a Gudbrando episcopo Thorlaci filio, materteræ filio, sine dubio acceperat. Constat enim episcopi librum olim fuisse, nam in imo margine pag. 147 monogramma Gudbrandi

[1]) Epistolæ ad Ol. Wormium I 301; cfr. I 166.

ipsum, quam figuram liber *Jonis Borgfirdingi*, *Ágrip um prentsmiðjur og prentara á Íslandi* inscriptus, pag. 15 adn. 1 exhibet. Supra hanc figuram conspicitur: *Jon Sigm*[1]), quod sine dubio *Jon Sigmundarson* valet. Hic *Jon* est *Jon* ille nobilis legifer Islandiæ septentrionalis et occidentalis, de quo vide *Safn til sögu Íslands og íslenzkra bókmenta*[2]). Natus est ca. 1460, et mortuus est an. 1520. Ejus ex filia nepos Gudbrandus episcopus fuit, unde apparet, librum Gudbrando per hereditatem cessisse. Unde Jon Sigmundi f. eum acceperit non constat, sed collegendum est, librum ex parte Islandiæ septentrionali oriundum fuisse, et fortasse ipsis Thingeyris, ut putat G. Vigfussonius[3]), exaratum. Librum Arngrimus ante an. 1609 nactus erat, nam hoc ipso anno Magnus Olavi filius, pastor Laufasensis, illam Laufasinam Eddam suam secundum codicem ab Arngrimo communicatum constituerat[4]) (v. infra). Item Björn Skardsaensis libro usus erat[5]) antequam O. Wormio, an., ut jam dictum est, 1628 missus est. Annis 1628—1654 librum possedit O. Wormius, qui hoc anno defunctus est. Et ipse et multi alii docti viri his annis multifariam ad scopos suos libro usi sunt.

Ita Wormius librum communicavit Stephanio, quem repetit an. 1646, hic autem Johanni Corvino, scholæ Slaglosianæ rectori, eum utendum dederat[6]). Item Stephanus Olafi f., postea pastor Wallanesensis, „a Wormio codicem Eddæ islandicum MS, quem ex donatione Arngrimi habuit, Eddam fecit Latinam"[7]). Wormius sine dubio librum compingendum et folia, ubi ipse codex defecit, chartacea inserenda curavit. „Paucis annis" ante 1641 Sveno Jonæ filius,

---

1) Nota litteræ *m* superscripta non satis clara est, sed consimillima est litteræ *t*.

2) Tom. II 100—107. Hist. eccl. Isl. IV 322. 344.

3) Corp. poet. bor. proll. xlv.

4) Ep. ad Worm. I 354. 358.

5) Corp. poet. bor. xlv.

6) Ep. I 269.

7) Edda, ed. Resen. l. 3.

postea pastor Bardensis, discipulus Wormii, librum a tenebris purgaverat, da qua re Wormius ita: „dixit (ɔ: Sveno) vero se ad hanc rem uti urina humana, qua abluenda erat membrana, cælo frigoribus maxime horrido; plura non addidit; ego nondum expertus sum“ [1]). Non credas librum unquam tali tractatione eguisse, cum litterae satis magnæ et claræ sint, sed vere Svenonem ita librum tractasse, argumento est, quod folia, maxima ex parte alba et pura, aperte vestigia ablutionis præ se ferunt, quare multæ litteræ et verba in marginibus scripta deleta sunt. Folia chartacea perscripta sunt, curante Wormio, ab ipso Svenone et fortasse aliis, sed de hac re plura infra. Wormio defuncto (an. 1654) liber filii ejus Wilhelmi factus est, qui an. 1633—1704 vixit. Hic, ut pater, librum liberaliter viris doctis utendum dedit, ut ipsi Resenio, qui hunc librum editioni suæ se adhibuisse narrat [2]). Item Th. Bartholinus codice c. an. 1680—90 usus est, quod ipse testatur [3]); notandum hic est, Bartholinum narrare, odam, *Grottasöngr* dictam, istis temporibus codici, recentiore manu exaratam, adsutam fuisse [4]). Etiamnunc in libro talia folia asservantur, sed non adsuta sunt. Biennio post obitum Wilhelmi Wormii, ejus filius, Christianus, librum Arnæ dono dedit; ab hoc tempore igitur inter pretiosissima cimelia collectionis Arna-Magnæanæ fuit et semper erit.

Quæ codex continet, sunt:

1, *Edda,* proprio usu verbi, pag. 2 (nam pag. 1 omnino scriptura caret) — 82 et 139—150 (Clavis metrica Snorrii mutila). Nonnullis locis mancus est liber; quæ extant, ita editioni nostrae respondent: 2—73.20 = 1—350; 73.20 — 82 = 392.7 — 464.10; 83 —119 = II 2—248 (tractatus grammatici quatuor); [119—138 folia chartacea sunt, de quibus infra]; 139—150 = 606.11 [*hams*] —704.3

---

[1]) Ep. I 199.

[2]) Edda, ed. Resen. k 1, cfr. l 4.

[3]) Antiquitates danicæ p. 127.

[4]) Ibid. p. 324—5.

[*glaða*]; [sequuntur duo folia chart. 151—4]; 155—156 melos antiquissimum Eddicum, *Rígsmál* dictum, continet ab initio usque ad stropham 48; a Buggio in *Norræn fornkvæði* litteratim editum est; in solo hoc codice carmen invenitur. Deinde pagg. 157—166 chartaceæ et vacuæ sunt. Deinde duo folia membranacea sequuntur, quæ, Wb significata, in tomo II 495—500 edita sunt; tres tantum paginæ perscriptæ sunt, ultima aut ab initio vacua aut, quod potius crediderimus, litteris deletis; fragmenta quædam sacri carminis de Maria et stropha quædam, de quibus omnibus infra agetur, recentiore manu scripta sunt.

Pleræque paginæ marginalia quædam isl. et latina præbent, quæ partim nugæ sunt neque quæ huc transcribantur digna. Ex his igitur maxime libet hic dare:

1, *skri*fa *þ*v *s*n*ar*t ept*er* h*enn*e eddv in imo margine paginæ 19.

2, er *þe*tta vond bok at skılıa in summo marg. pag. 28.

3, fa *þ*u mıer apt*ur* meydom in imo marg. pag. 29.

4, Gunlaug*ur* Ormss. m*ed* eigin hond in imo marg. pag. 76.

5, log skꝛa *þess*i litil eꝛ s*em* lydeꝛ megu sıa | letꝛid b*er* hu*n* iott a sier *ok* leingi mu*n* s*vo* sta in summo marg. pag. 88

6, B*e*ne ficiatori Glombæensi | Dño Sæm̄do Chari mitti | tur chartula in imo marg. pag. 95.

7, Pag. 120 maxima ex parte litteris perscripta est; quarta tamen pars paginæ a summa usque ad mediam anterior nullas litteras unquam habuisse videtur, sed albior est quam cæteræ partes; id inde factum est, quod aperte charta æquæ magnitudinis, olim superglutinata et litteris, quæ nunc absunt, perscripta, avulsa et amissa est. Versuum, qui inveniuntur, vix dimidia pars restat; manus satis deformis haud antiqua fere ad medium seculum xv. pertinere videtur. Versus laudem poeticam Virginis sanctæ continentes ad carmen pertinuerunt, quod *Máríuvísur* dictum invenitur in collectione Arna-Magnæana in nro. 711b formæ quartæ pag. 61 seqq., cfr. 711a p. 33 seqq., et in 713, formæ qu. pag. 80—81. Textus versuum interdum diversus est. Arnas in libro 711a variantes lectiones perscripsit, unde videas, eum qua-

drantem chartaceum supranominatum nunc amissum, habuisse. Ad calcem versuum hæc eadem manu scripta exstant:

. . . . *illa erv ſkrifvd aꝼ þer marıa mín*
ſęl

(i. e. tui [versus laudatorii], beata Maria mea, inscite scripti sunt). Deinde diversa manu scripta est stropha, dimetro composita, quam SnE. II 234—6 præbet. Hic *flýter* pro *fæðir* in 3. v., *spenner* pro *spenr* in 4. v., *edle* pro *æði* in 7. v. scriptum est. Juxta hanc stropham eadem manu scripta legitur semistropha ex carmine Eddico, *Hávamál* dicto, quæ in editione Buggiana strophæ 43. posterior est pars; hic ita se habet:

Ovınar
ſınſ. ſkylde
eínge maður,
ovína, vınur vera.

In posteriore margine legitur *maztin'*.

Infra stropham *Huxan flyter* etc. quædam hexametra scripta sunt latina et hæ glossæ:

attrahe. tıl drag ſuſtenta ſtyd *ſtimula ſtíng*
Vaga mozbıda *ſexta*
reikandı ꝭ ꝭ, *ſıuklata.* *setta*

8, Pag. 167 imo margine scriptum est:

Suo ſeıgıa ſumer menn at ærin ſie ſkılníng ok ooo uz peſſari bok eddu. . . . .

Ultima pagina (170), quæ continuationem antecedentis paginæ ab initio haud dubie continuit (vestigia enim litterarum deletarum præbet), nunc præbet versus islandicos de sancta Maria, qui versus in AM codice 713 formæ quartæ, pag. 87—89 etiam inveniuntur, eadem manu, atque qui pag. 120 de eadem leguntur, scriptos. Infra hos versus stropha, dimetro composita, scripta est, quam integram Vigfussonius in Corp. poet. bor. dedit [1]).

[1]) Proll. pag. xlv adn. 1.

Gunnlaugur Ormsson (vide sub nro. 4) est ille Gunnlaugus, filius Ormi legiferi, qui Leyningi in prædio Eyfjordensi habitavit, Gudbrandi episcopi et Arngrimi docti contemporaneus. Inter Arngrimum et Gunnlaugum valuerit usus familiaris necesse est, nam Arngrimi uxoris frater Petrus filiam Gunnlaugi in matrimonio habuit [1]). Gunnlaugus verisimiliter librum ab Arngrimo communicatum quondam habuit, et aut ipse aut alius quis nomen scripsit [2]). Quæ *lǫgskrá* (vide sub nro. 5) significetur, non patet. — Sæmundus Chari (vide sub nro. 6) sine dubio est Sæmundus Kari filius (*Sæmundr Kársson*), præpositus Glaumbæensis, qui 1556—1638 vixit [3]). Conjiciendum est, ei librum etiam communicatum esse.

Prima pars codicis, pagg. 1—120, nihil umquam amisit. Constat ex quaternionibus septem, quorum sex octona folia habent, ultimus sex sola. Pars secunda, pagg. 139—150, ex quaternione sex foliorum constat, sed hic sine dubio primum et octavum amissum est, initium et finem Clavis metricæ continentia. Tertia pars ex uno folio constat, de qua nihil certum dici potest. Quarta pars ex duobus foliis cohærentibus constat. Gudbr. Vigfussonius adnotavit, duo folia intus deesse, quod verisimile videtur. Igitur quatuor folia absunt ex quaternione, duo prima et duo postrema. Vigfussonius putat [4]), codicem olim novem quaterniones continuisse, quod fieri potest ut rectum sit, si folium, quod *Rígsmál* continet, ex nona fuit, sin minus, et id nobis quidem probabilius videtur, codex ex decem saltem quaternionibus constitit, ut maxima pars nonæ et decimæ amissa sit. In transitu monendum est, folium, in quo *Rígsmál* scripta sunt, postremum in libro locum tenere debere.

---

[1]) J. Esp. Ísl. Árb V. 15.

[2]) Notandum est, J. Sigurdsonium in Dipl. Isl., I 724, cfr. p. 150., conjecisse, in libro AM 50 formæ oct., *[Gunlogur] Ormsson* legi fortasse posse, ut esset ille Leyningensis. Sed *Ormsson* vix legi potest et nomen, quoad manum, multum differt.

[3]) Prestatal og prófasta pag. 160. Cfr. Annales Espolinianos aliquot locis.

[4]) Corp. poet. bor. proll. xlv.

Singulis paginis versus bini et triceni; sex solis singuli et triceni (1. 8. 39. 111. 168. 169). Duodetriginta habet pag. 143; quinque et viginti 91. pag., quattuor solos 54. pag., reliqua parte omnino vacua relicta. Litteræ inter quinquagenas et sexagenas vario numero singulis sunt versibus. Satis magnæ sunt et omnino perspicuæ, ut nullus fere codex facilior sit lectu. Litteras majusculas, novas partes incipientes, plerasque non scriptas reliquit librarius; nonnullas atramento nigro aut viridi pinxit. Quæ adhuc ex codice restant satis bene conservata sunt; nonnulla tamen folia aliqua ex parte putredine laboraverunt quondam, ut jam lacera sint. Talia sunt: fol. 12., 19—22., 25—30., 40.—43., 51., 55—6., 58., 70.—5 et 84—5.

Jam ad internam transibimus codicis descriptionem.

a.

Hæc littera solito modo usurpata invenitur. Inter *a* breve et productum persæpe discrimen factum est, ita ut, ubi quantitas significata est, productum *a* per *á* (raro) *ꜳ*, *ꜳ́*, *a a*, *á á* scriptum sit; in posteriore parte libri fere constanter ita. Hoc nunquam fit, nisi cum littera re vera longa est et eo tempore, quo codex scriptus est, fuit. Hinc ergo, quod suam habet vim, videmus enuntiationem variorum vocabulorum, ut *aalfa* 15.21 [72.16], *ꜳlfs* 149.28 [692.6], *bꜳllæygs* 57.1 [322.3], *chám* 3.8 [6.21], *faarbaut-* 49.8 [268.17] 55.19 [308.16], *hꜳls* 42.28 [220.7], *maalmr* sæpe, *sága* 22.11 [114.9], *skaald* persæpe, *ván* (*vaan*) aliquoties (alias semper *von*), *vaala* 23.8 [120.9], *vaalkat* semper, *vaander* aliquoties. — In *baztr* *a* scribitur 15.11 [20.13] 26.15 [138.3] et sæpius. Pro *ǫ* scribitur in *akuþórr* aliquoties, ut 18.2 [90.2] 27.5 [142.5] 29.13 [152.6] et in *erfiðaðu* 6.3 [18.16]. *a* per *u* sequens mutatum per *ǫ* et *o* innumeris locis scriptum est et per ȯ rarius, et nullo fere discrimine, ut eadem vocabula utroque modo expressa sint, ut *ǫrlog, orlog, orlǫgum; nofn nǫfn; ollum, ǫllum; troll trǫll* etc. etc. Post *ı* (*iorð-*) et *v* (*voll-*) et ante *l* *o* prævalet. Per *au* scribitur in *mautu-* 28.8

[146.17]. Littera *ǫ* semel pro *ó* usurpatur in: *bǫguna* 40.20 [210.4]. *á* per *i* immutatum (*ę́ æ*) sæpissime per *æ* exprimitur; interdum per *ę*, ut in:

ęfa 10.7 [40.1].	*sę-* 18.16 [92.13] 42.16 [218.11].
ęserner 37.25 [190.11].	*vindlęs* 139.11 [608.9]. (?)
mętum 79.18 [436.13].	*vęgðar* 79.2 [434.2].

Sæpe etiam *e* invenitur, ut in *frenda* 49.5 [268.10] *ventu* 2.31 [6.7] etc. Per hanc litteram (*æ ę*) etiam *ó* propter *i* immutatum semper scriptum est, nunquam per *ǫ*. Etiam invenitur pro *e* in *ęfzt* 2.22 [4.20] et in *fęlund* 8.29 [30.9], quod *fælund* paulo post 8.28 [32.3] fortasse minus proprie scriptum est. Pro *é* invenitur *æ* in *hæler* 142.17 [630.6], pro *e* in *flæstu* 26.2 [136.4]. Postremo loco monendum est, *æ* sæpissime pro *e* brevi et præcipue quidem in diphthongis *æi* et *æy* inveniri.

e

et breve et productum solita ratione semper fere exprimitur. In fine vocabulorum et in syllabis extremis *-ir*, *-in* et in articulo suffixo fere semper *e* scriptum est; haud tamen raro regula exceptionem patitur, qua in re nullum certum scopum librarius secutus esse videtur. In terminatione adjectiva et adverbiali *-ligr -liga*, *i* plerumque scriptum est, *e* etiam haud raro. Unum et triginta talia vocabula invenimus, quorum fere 17 adverbia sunt, et inter hæc ipsa quædam, ut *akaflega*, *einkanlega*, *utarlega*, *froðlega*, *gnóglega*, fere semper ita scribuntur. *e* productum per *e* fere semper scribitur; interdum *ie* invenitur, ut in:

liet- (*a láta*) persæpe.	*sier* (verb.) persæpe.
*liett-*10.27 [42.17] 31.1 [158.24].	*sieð* (part.) persæpe.
riett- 16.23 [78.22].	*tiez* 56.22 [318.19].
sier (dat.) persæpe.	*viel-* 20.13 [104.12] 36.7 [182.14].

é perraro inventum est, ut in: *lén* 15.25 [72.25] et *sém* 3.9 [8.1] *e* inusitate scribitur in *starkeþi* 47.27 [258.23]. Invenitur etiam in

vetter 5.22 [16.21]. Pro *ei* scriptum est in *drefðiz* 2.3 [2.4], *veli* (poeta) 147.2 [668. adn. 9). Pro *æ* (œ) interdum invenitur, vide supra, ut pro *e* sæpissime *æ*.

i

usitate scribitur plerumque, ut in adjectivis in *-igr* et *-ligr* desinentibus, de quibus vide supra. In terminationibus et articulo suffixo *e*, ut supra diximus, solita scribendi ratione invenitur; interdum tamen *i* scriptum est, ut in:

vnnir 10.7 [38.24].
drygir 15—16 [74.16]·
greinir 12.19 [54.4].
miklir 19.6 [94.22].
missir 37.29 [190.18].
smíðaðir 4.9 [10.24] etc.

In verbo *þykkja* *i* pro *y* semper scriptum est. Sæpe *i* inseritur, ubi in vetustioribus libris vix invenitur, ante *e* (*ie* pro *é*; vide supra) et post *g* et ante *e* (*æ*) sæpe, ut in:

agiæt- plerumque.
gieddan 48.8 [262.16].
giæfu 140.20 [617.19].
giæzka semper.
giæt- persæpe.
kiæla 13.9 [56.19].
kiæmi 28.23 [148.19]. 74.4 [394. 10].

i per *v* sequens interdum in *y* mutatur in *myklu(m)*.

o

persæpe pro *ǫ* scriptum est, vide supra sub *a*. In *verolld* semper, in *nokkur-* et *von* (interdum *vân*) fere semper, in *hon, honum, voru* (verb. et pronom.) semper, ubi plenis litteris, scribitur. In terminationibus *-u*, *-um* plerumque *u* scribitur; interdum inventum est *o*, ut in:

asyniornar 22.10 [114.7].
evo 2.3 [2.3].
festo 11.26 [48.22].
hornino 30.10 [156.13].
halfo 25.26 [134.19].
toko 18.18 [92.16].
troio 6.13 [20.7] et sæpius.
vero 19.28 [100.22].

Persæpe inter *o* et *v* cernere difficillimum est. *o* scribitur in *vmoguligt* 5.21 [16.29], fortasse pro *ǫ* in *konnostv* 4.17 [12.11] et *nokkorer* 22.31 [118.2]. Pro *o* producto semel *ǫ* scribitur in *bǫgvna* 40.20

[210.4]. Præfixum negativum *u (v)* plerumque scribitur; fere undecies, ut mihi visus sum invenisse, *o* scriptum est, et id quidem ita, ut nullam regulam librarius sit secutus.

u et *v* distinctu persæpe difficillima sunt et sine ullo discrimine scripta videntur. Duplicatum semel invenimus in *v́v́tstrandir* 150.11 [696.8]. Præfixum negativum *u (v)* plerumque, ut paulo supra memoratum est, scribitur.

y

antiqua ratione scribendi usitatum invenitur, nisi in verbo *þykkja*, quod *i* habet. Præpositio *fyrir* aut *fyr*ʿ aut *fyrer* (sic plene 38.11 [194.1]) scripta est, sed ubi abbreviatur *ꝼ'*. De *y* in *miklu(m)* supra (sub *i*) dictum est.

Diphthongi:

au

(*av*, raro *ꜹ*) semper usitate usurpatur, et nunquam pro *ǫ*, nisi in *mautu-* (vide supra). In vocabulo *troll* aut *o* aut *ǫ*, semel *ꜹ* scribitur 13.25 [60.4]. Notandum est, in *lauð* semper *au* scriptum esse; item cognomen poetæ cujusdam *mauraskalld* 75.29 [406.4] sic scribitur, quæcumque origo vocabuli est; item in *haulldr*, *lauðr*, *ravkn*, *ſtav*, *tuau* constanter. Hæc diphthongus ob *i* mutata per *æy* et *ei* (hoc rarius) scripta est et solita quidem ratione. Pro singulari *y* scribitur in *neyrði* (pro *nyrðri*) 4.13 [12.4]. Semel *ei* pro *ey* inventum est in *Fræıv* 49.23 [270.22], qui fortasse error librarii est.

ei

simili modo persæpe *æi* scriptum est. Ante *ng* nunquam scribitur, nisi in *eingi* (pronomine). Pro *ei* scriptum est simplex *e* in *veli* et *drefðiz* (vide supra).

Postremo in universum animadvertendum est, apicem productis

litteris haud raro superscriptum esse, et maxime quidem litteræ *aa* et *i* (ut ab aliarum litterarum partibus dinosci possit). Ante *ng* nunquam apex, productionis signum, inventum est, nisi forte supra *i*, quod hic nullam vim habet.

Labiales:

b

contra rationem scribendi solitam in *fialbrs* : *gialbra* 51.20 [282.4] invenitur.

f

formam *ꝼ* fere semper habet; semel *f* in *floð* 2.8 [2.10] invenimus. Ante *t* plerumque, ut assolet, *þ* scriptum est. Interdum tamen *f* inventum est, ut in:

eftra 27.13 [112.18].	*loft* 26.16 [138.9].
driftum 148.3 [676.11].	*skialfti* 27.27 [144.20].
gafti 22.3 [112.18].	*toft-* 18.28 [94.24] 48.25 [266.12].
hefter 47.29 [260.6].	

Pro *þ* ante *n* semel invenitur in *drefna* 44.12 [226.15]. Pro simplici *f* scribitur interdum *fv*, ut in verbo *hafva* (*hefver*), *drifva*, interdum solum *v* (*arvi* 41.24 [214.17], *arva* 46.7 [244.12], *athævi* 12.21 [54.7], *graf-* et *grav-*, *halv-* et *half-*, *hava* et *hafa*, *sevar* et *sæfar* etc., *sleva* 22.5 [112.22], *sivia* 37.2 [186.10], *sevaði* 44.17 [226.23], *þialvi*).

p

usitate adhibitum est, nisi in casibus jam exceptis; per *fs* in uno vocabulo scribitur: *hnefst-* 150.10. 20. 30 [696.5. 698.20. 702.10].

Præter ea, quæ jam de *v* adlata sunt, etiam notamus, persæpe hanc litteram in *því* (dativo) excludi, ut *þi* plene scribatur, quæ enuntiatio vulgaris, ut hodie, illis temporibus sine dubio erat. Ante *o* invenitur interdum, ut in: *voden* 4.26 [12.26], *vorðit* persæpe, *vox* 4.28 [14.2] 11.5 [46.1] etc.

Dentales:

d

molle semper *đ* scribitur. Ubi *d* pro eo invenitur, ibi librarius lineam transversam addere oblitus est, nam diversam enuntiationem omnino non significat. Plerumque, ubi solet, exstat scriptum. In terminationibus tamen aut *đ* aut *t* invenitur, ut in *hofuđ* et *hofut*, *veriđ* et *verit*; fere semper *đ* scriptum est, ubi pænultima in *t* desinit, ut in *heitiđ*, *skiptiđ*, at *etiđ* et *etit* 29.20 [152.19. 20]. Articulus separatus et suffixus jam *(h)iđ* jam *(h)it* est. In terminationibus præteriti verborum debilium semper fere *d* et *t* secundum hodiernam Islandorum enuntiationem invenitur. *đ* interdum et præcipue post *l* invenimus, ut in: *dæmđi*, *dræymđi*, *dvalđi*, *fylgđi*, *helđi* (10.21 [42.7]), *hlæypđi*, *munđi* (23.29 [124.7]), *skilđi*, *talđi*; præterea in participio *talđr* et in subst. *fiolđi* et *holđ*- et *lengđ*. Postremo *at* et *hvat* persæpe scripta sunt *ađ* et *hvađ*. Pro *t* scribitur *đ* in *bauđtu* 79.5 [434.7], *-kvæđt* 148.5 [676.16], *stođt* 32.9 [164.14 adn.], *tíđt* 28.21 [148.15]. De **d** nihil est, quod disputemus.

t

interdum pro *đ* in terminationibus (vide supra) usurpatur, ut in *efnat*, *iafnat*, *hundrat*, *spottat*, *skrifat*, *tignat* etc. Simplex in *natura* 2.19 [4.15] 4.29 [14.6] et *matkaztr* 13.21 [58.17]; geminatum in *dættr*- 15.23 [72.22] 57.7. 14 [324.2. 19] 59.9 [338.9], *lett* 5.23 [16.22]. Alias, ut hodie, adhibitum invenitur.

Palatales:

g

simplex pro geminato in *bygđ*- (a verbo *byggja*) semper invenitur et præterea in *trygđ*- *(trygt)*. Omissum est, ut solet, in *mart*; insertum est in *laufæygiar* 59.21 [340.11]. Pro *k* secundum recentiorem enuntiationem inventum est in *sig* 3.31 [10.9] et persæpe in *miog*. Pro *g* interdum ante *t* scriptum est *k*: *otrvlikt* 28.12

[146.25], *gǫfvglikt* 40.9 [208.9], *kunnikt* 9.2 [32.13] 32.22 [166.11]. Sæpe pro *g* molli *gh* invenitur, præcipue in *dagh*, semel in *hugh* 5.11 [16.1], præterea in adverbiis et adjectivis, in *-lega*, *-ligr* desinentibus: *furðulegha* 2.24 [4.25], *gersemlegha* 7.15 [24.16], *haglegha* 12.5 [50.18], *manndomleghum* 6.11 [20.5], *skynsamlegha* 27.14 [142.22], *vandlegha* 4.5 [10.18].

k

simplex et geminatum solita ratione scribitur. Pro *k* semel *c* invenimus in *sculason* 57.17 [326.14], at *kk* sæpe *ck* scribitur. Cæterum in uno atque eodem vocabulo *k* et *kk* sæpe usurpatur, ut in *drekti* 2.6 [2.7], *drecktu* 11.18 [48.2]. In dat. sing. masc. et ntr. adjectivi *mikill* persæpe *kk (ck)* scriptum est, semper in verbo *þikkja*; at simplex in *drukner* 24.24 [128.18], *fekz* 22.3 [112.19], *sektiz* 33.19 [170.16]. Interdum *q* invenitur ante *v* scriptum est: *qvað* etc.

h

litteræ hic locum damus. Neque de ea longi erimus, nam solito modo fere adhibita est, nisi quod interdum omissa est ante *l* et *r*, ita semper in *lvtr*, interdum in verbis *hlaupa* et *hleypa*, ante *r* in: *ty raustr* 19.9 [98.4], *raut* 34.27 [176.10], *ræddir* 33.17 [170.12], *ræslu* 27.19 [144.6], *rossa* 26.6-7 [136.12], *rungner* 49.17 [270.11] etc. Interdum post *g* molle inseritur, vide supra.

Liquidæ:

De **l** nihil est, cur disputemus. Solum monemus, ante *d* semper duplicatum scribi, ubi *d* cum antecentibus litteris unam syllabam efficit, idemque fieri in *mjǫllnir*.

m

in *fram(m)* modo simplex modo duplicatum, ante *t* in una syllaba plerumque simplex (*skemtun*, *fimta* etc.), pro *f* in *samnat* 88.3

[192.5], pro *fn* in *iambreiðar* 27.26 [144.19], *iamgnoglega* 24.17 [128.6], *iamlangt* 2.19 [4.14], *iammikit* 26.19 [138.23].

n,

ut solet, scribitur; geminatur in uno atque eodem vocabulo: *fanz* 2.12 [4.3], at *finnz* 6.12 [20.6]. Cæterum sæpe ante *d* et *t*, ubi in radice *n* duplex est, unum invenitur, ut in *ginti*, *kendi*, *spenti*, similibus. Fortasse error est *kunandi* 29.14 [152.9] et *sanleikrinn* 4.2 [10.15]; *kven* sic bis scriptum est 58.17. 20 [334.13. 19], cum alias *kvenn-* scribatur. Duplex, ubi non oportuit, scriptum est in *æyvinndr* 60.31 [346.8]. *en* (= sed) plerumque *enn* scribitur, *en* (= quam) plerumque uno *n*.

r

solita ratione usurpatum est. Ante *st* superlativi interdum inseritur, ut in *siðarst-*. Additur interdum in *með (meðr)*, ut 9.15 [34.20] 139.17 [610.5 adn.]. Simplex pro duplici semel in *þessara* 3.10 [8.3] invenimus. Extrusum est in *bustin* 59.31 [342.2], *þystr* 30.9 [156.9]. Assimilationem persæpe in vocabulo *þvrs* patitur. Scribendi rationem *þersum*, uno loco per siglum vulgare litterarum *er* (16.20 [78.6]) effectam, diversam enuntiationem non putamus significare; adeo inusitata est.

Sibilantes:

s

in terminatione gen. sing. *-(i)s* semper fere simplex scribitur, nisi in *rikiss* etc. et in *gress-* 31.26 [162.16; cfr. *grés-* cod. Reg.]. *s* pro *r* interdum in *þvrs* (vide supra) scriptum est. *s* in vocabulo *vaster* invenitur 33.5 [168.17]. Pro *s* sæpe *z* scribitur in terminationibus post *ll* et *nn* et *t* et *ð* (*allz*, *mannz*, *loptz* [et *lopz*], *heingestz*, *borðz* etc.). In superlativis modo *st* modo *z* modo *zt* scriptum est, ut nullam regulam librarius secutus sit (*neðsta* 9.19 [36.10], *viðaz*, *efzt*, *fremztr* etc.), cfr. sub *z*.

z

sæpe pro *s* simplici scriptum est, interdum pro *st*, ut jam diximus. In terminatione verborum reflexiva plerumque *z* invenitur, interdum *st* et *zt*, et præcipue in monosyllabis formis, ut *bræyzt* 3.6 [6.18], *falst* 36.1 [182.4], *forst* 47.14 [256.2], *sezt* 23.13 [120.18], 40.19 [210.2], at *váz* 23.22 [122.12]. Pro *ds* scribitur in gen. *vinnz* 18.16 [92.12]; *dz* scribitur in *nefndz* 17.15 [84.15], *grænlendzki* 149.20 [686.17].

x

usurpatum est, ut assolet, et nihil est, cur amplius de hac littera dicamus; solum monemus, *gs* pro ea scribi in *lags* 36.1 [182.4] et fortasse sæpius.

De vocabulorum formis non multa sunt, quæ præcipue exhibeantur. Acc. plur. *syni* sæpius inventus est. Forma nom. *kongr* semel scripta esse videtur 78.27 [432.15] initio capitis. Exstat enim *ongr* sine signo sigli, initiali non scripta. P. 27—8 [146.3] invenitur forma *lætum*, quæ fortasse illis temporibus usurpata est. 1—3. pers. sing. præs. verbi *hafa* semper *hefi*, *hefer* scripta est. *renn* et *brenn* sine *r* finali interdum legitur. Impf. verbi *hjalpa* semel *híalp* 44.10 [226.11 adn.] invenitur, quam formam hic in dubium cur vocemus nulla est causa. Verbum *gøra* semper in omnibus suis formis *io (iǫ)* habet, unde apparet, siglum ˀ in hoc verbo, ubi scribitur, cum *io* æquivalens esse, nec omnino *er* significare; nam sæpius plenis litteris quam abbreviate scriptum est. In participio perfecti etiam *io* semper legitur, nisi in neutro, quod *gort* fere semper scribitur (*giort* 37.12 [188.11]), quod diversam enuntiationem significare videtur. In adverbio *giorfa*, in substantivis *atgiorvi*, *nygiorving* *io* scribitur.

Errores a librario commissi pro magnitudine libri perrari sunt. Quos adnotavimus, huc transcribemus, ut eorum natura prodeat.

1, Litteræ omissæ sunt in:

annas 43.26 [230.12], pro *annars*, quia *as-* mox sequitur.
a pro *at* 37.12 [188.11].
austr pro *austri* 14.22 [64.20].
eit pro *eitt* 9.27 [36.23].
æitkvika pro *æitr-* 10.19 [42.4].
bergrisa pro *-risar* 18.3 [90.4] quia *kenna* sequitur.
fyrst pro *fyrsti* 12.15 [52.21].
fly pro *flyr* 6.2 [18.14]; antecessit *þa*.
gef pro *gefa* 24.19 [128.9].
helld pro *helldr* 28.9 [146.19] quia antecessit monosyllabum.
hit pro *hitt* 9.32 [38.9].
hvaða pro *hvaðan* 14.15 [62.22] per dittographiam *hvaða*.
kanaði pro *kann-* 7.2 [22.16].
klæða pro *klæðaz* 28.29 [150.3] antecesserat enim *standa*.
landskiapta pro *-skialpta* 36.27 [184.31].
leggi pro *leggia* 29.28 [154.8] antecessit *þialfi*.
lok pro *loki* 37.20 [190.2]; antecessit *ok*.
lvt pro *lvti* 2.2 [2.2].
neyrði pro *-ri* 4.13 [12.4]; cfr. cod. Reg., qui eundem errorem præbet.
sege pro *seger* 8.29 [32.3] *Bragi* sequitur.
sind pro *sindr* 10.20 [42.5].
storfetara pro *-aðra* 49.17 [270.11] quia *stor* anteit.
tva pro *tvau* 140.10 [614.12].
vakat pro *valkat* 141.30 [626.3].
vi pro *vil* 46.28 [250.19], antecesserat *oleifi*.
þa pro *þar* 6.3 [18.15].
þaða pro *þaðan* 16.8 [76.19] *koma* sequitur.
þanga pro *þangat* 15.10 [70.12] *ríða* mox ante exstat.
þæytir et *þæytti* pro *þr-* 30.15 [156.19] 49.19 [270.15] et hoc pro *sótti*.
þega pro *þegar* 60.12 [342.24].
þiaz pro *þiazi* 40.29 [210.19] 41 6 [212.11].

2, Siglum omissum est in:

hvt pro *hv*ᛋ*t* 10.22 [42.8].
volldunni pro *v*ᛋ*-* 3.7 [7.26].

3, Vocabula omissa sunt hæc:

af 14.17 [64.1].
hann 17.15 [84.15].
kvað 46.31 [252.2].
spratt 32.26 [166.20].
taka 49.22 [270.21].

4, Dittographia, præter jam allata exempla, etiam invenitur in *af af* pro *at af* 20.17 [104.20], *fiorturnum* pro *fiot-* 21.16 [110.9].

5, Supervacaneæ litteræ et vocabula:

að 27.6 [142.7 adn.], *hofz* pro *hof* 40.12 [208.14], *sy-ynd* 141. 26 [624.19]; versus in *sy* desinit et proximus in *ynd* incipit.

6, Pravum est *fara* pro *farinn* 78.28 [432.15], et contracta sunt *lia* pro *la hia* 43.11 [222.9], *skaþ* pro *skallskaþ* 43.22 [230.5]. Prava est sententia cod., quam p. 6. adn. 3 præbet.

Cæterum monemus, errorum in strophis nos non rationem habuisse, et tractatus grammaticos nos leviter percurrisse, quia omnes littera tenus alio loco editi sunt, ut ratio scribendi inde facillime perspiciatur, sed fere nullum est discrimen inter eos et alias codicis partes.

De foliis chartaceis hæc tantum monenda sunt. Pagg. 61—72 (*sú er sǫk — við fróða mjǫl*, 352—392.7) a Dano quodam scriptæ sunt, quia errores, ut *havendum* [352.17] pro *hondum* (*haundum*), quos nullus Islandus commisisset, inveniuntur. Pagg. 121—138 [464.11—606.11, *Hvernig — hams hans*] Svein, Jonis filius, postea præpositus Bardensis, scripsit. Pagg. 151—154 (quarum duæ postremæ litteris carent, 704.4—716.12) ab eodem, a quo 121—138, scriptæ sunt. Pagg. 157—166 omnino nullis litteris perscriptæ sunt. Omnia, quæ his foliis scripta exstant, sine pretio sunt, nam a nullo nobis ignoto codice orta sunt; aut ex cod. Regio, aut ex exscripto hujus libri originem trahunt.

Quod ad ætatem codicis ipsius pertinet, propter constantem ejus scribendi rationem, neque eam ita recentem, non audemus infra posteriorem partem seculi XIV detrudere; fortasse etiam medio fere exaratus est, ut fere æqualis sit codicis Regii, nam multo junior certo non est.

3. **Codex Upsaliensis,** *Uppsala-edda*, ut islandice nuncupatur, tertius est codex Eddæ optimus summæque auctoritatis. Asservatur in collectione Delagardiana, quæ ad bibliothecam Univer-

sitatis Upsaliensis pertinet, sub nro. 11 formæ quartæ. Membranaceo albo involucro compactus est. Involucro et ante et post impressum est Comitis de la Gardie nominis monogramma, sub quo *N. 11*, litteris aureis. Titulus toti libro papyraceus præscriptus est talis: „EDDA ET SCAL|DA| (hæc antiquiore manu) Codex Membranaceus | (cura Ionæ Rugmanni Islandi) | cum collectione Steph. Joh. Stephanii? (hic versus manu Jonis Sigurdsonii) | in Sueciam translatus | ab | Illustr. Com. Magno Gabr. Dela Gardie | R. Su. Cancellario cet. | Bibliothecæ Upsaliensi | Dono datus | An. 1669.“ Folio verso contentum libri ita exstat:

„Pag. 1. *Formáli.*
„ 3. *Gylfaginning.* (Göranssons Edition stannar vid pag. 35 hujus codicis).
„ 35. *Bragarædur.*
„ 36. *Skaldatal.*
„ 48. *Ættartölu* (sic) *Snorra.*
„ —. *Lögsögumanna tal.*
„ 51. *Skalda.*

Examinavi mense Mart. 1834.
I. H. S.“

Litteræ bibliothecarium Upsaliensem I. H. Schröder significant.

// Codex totus conservatus est, ut ab origine fuit.

Quæ de historia codicis scimus, perpauca sunt. Ut ex titulo videre licet in Sueciam a Jono, viro Islando, qui sibi cognomen Rugmanni, de *Rúgstaðir*, prædio in Islandia septentrionali sito, postea adscivit (nat. 1636, denat. 1679), portatus fertur. An. 1658 in Sueciam primum Jon venit, secum nonnullos libros portans, sed triennio post, an. 1661 in Islandiam, ut libros manuscriptos collegeret, missus est; hoc itinere librum ergo paraverit necesse esset, si fecit. J. Sigurdsonius vero suspicatus est, olim fuisse Steph. Stephanii, cujus vidua bibliothecam mariti mortui Comiti M. de la Gardie vendidit. Hinc sequeretur, ut codex noster Stephanii prius fuisset, et scimus Stephanio codicem quandam Snorra-Eddæ fuisse.

In epistolis enim Wormii[1] legimus Stephanium ita disserentem in litteris quibusdam ad Wormium d. xvi. Maji 1639 datis: „Jam avide exspecto judicium tuum de EDDA mea. Et quidem enixe abs te contendo, ut diligenter perscribas, in quibus consentiat, aut discedat á tuo meus codex, in quibus etiam excedat ac superet, & quanto in pretio sit ponendus, ut nunc se habet tam mutilus & corrosus. Certe, qui donavit, M. Brynulphus magni fecit.“ Idem codex a Wormio „tantum κειμήλιον“ vocatur[2]. Porro judicat Wormius, suo cum Stephanii libro collato[3], eos „maxime“ discrepare „tum ordine, tum rebus“. Hæc omnia in rem quadrant. Nam corrosus, ut postea videbimus, multis in locis est, et mutilus eatenus, quod non omnia, quæ cæteri præbent codices, habet, ut Thorsdrapam etc., itaque de discrepantia Wormius jure verbum fecit. Neque in epistola sua de hoc libro ad Lagerbringium ullum de historia ejus Ihrius, neque in epistola ad Troilum, quæ responsum ad Schlözeri invectivos commentarios continet, in Bref rörande en Resa till Island, Upsalis 1777 impressa, fecit; et quæ affert de codice, haud magni momenti sunt. Omnino statuendum est, nostrum codicem Stephanii, antequam in Sueciam ad M. de la Gardie devenit, fuisse. Jam Stephanius ipse dixerat, se codicem a Mag. Brynulpho, qui est Brynjulfus episcopus Suenonius, dono accepisse. Sed scimus Brynjulfum, cui episcopatus Scalholtensis a civibus suis oblatus erat, an. 1638 autumno peregre profectum, hiemen proximam Hauniæ moratum esse, vere, mensis Aprilis initio, Holsatiam ad regem conveniendum profectum, redeuntem Soram ad Stephanium „amicum suum“ (c. die XX ejusdem mensis) pervenisse[4]. Die xvi. Maji 1639 Stephanius ad Wormium (vide supra) de codice suo scripsit; hæc inter se tam bene congruunt, ut non possimus pro certo non habere

---

[1]) I 183.

[2]) Epist. Worm. I 184.

[3]) Ibid. I 232.

[4]) Vide Árbækur Íslands VI 94—95.

Brynjulphum hoc ipso itinere Stephanio librum dedisse. Sine dubio codicem secum ex Islandia absportavit, sed unde eum nanctus sit, non liquet. Ex marginalibus, quæ huc et illuc inveniuntur haud ita multa, perpauca haurire licet, quæ historiam codicis ante-Brynjulfianam illustrare possint.

Imo margine pag. 92 eadem manu, qua codex scriptus est, extat litteris occultis *Gxñbr. b. mkc* i. e. *Gunnarr á mik*, Gunnar me possidet [1]). Sine dubio hoc est nomen possessoris ejusdemque scriptoris, sed qui fuerit, reperire nobis non contigit. Pag. 64 imo margine *þorlakr prestur a mig* = Thorlacus presbyter me possidet; manus est seculi xvi sive xvii, ut fortasse ab eo Brynjulphus librum acceperit, sed qui fuerit, nescimus, neque rem conjectura assequi possumus. Sed cum multa sint, quæ documento sunt, librum cum familia Sturlungorum arte cohærere, statuendum videtur esse, eum in Islandia meridionali scriptum esse. Primum J. Sigurdsonius et eum secutus Müllenhoffius probare conatus est [2]), partibus, pagg. 43—50 insertis, nisus, codicem Egilis Sölmundi filii fuisse ipsumque a Snorrio originem traxisse, postea interpolatum esse. (Recensus poetarum etiam in uno codice Heimskringlæ inventus est, sed hic plenior est, sed haud multum hæc res valet [3]). Neque negaverimus ita se rem habere. Etiam solus est codex, qui Snorrii ipsius nomen præ se fert, cum tali titulo inscriptus sit: „*bok þessi heiter edda. hana hever ſaman ſetta ſnorri ſturlo ſ*“ [4]). Ita sine dubio statuendum est, librum cum familia Sturlungorum arte cohærere, et ab aliquo Snorrii prognatorum scriptum esse, sed qui fuerit, nescimus. *Gunnarr*, qui possessor libri nominatur (v. supra), nobis ignotus est. In annalibus Islandicis ad an. 1319 legimus, Jonem murtum (filium ipsius Egilis

---

[1]) De his et sequentibus vide Smästykker, udg. af Samfund til udgivelse af gml. nord. litt. p. 186 seqq.

[2]) Deutsche Altertumskunde V 166. Cfr. Dipl. Isl. I 498—9 et imprimis Sn. E. III 246—8.

[3]) Tom. I p. 498—506.

[4]) Tom II p. 250.

Sölmundi filii) et Gunnarem *rásvein* cum mandatis e Norvegia in Islandiam venisse. Fieri potest, quamquam affirmari non potest, ut hic idem sit atque nostri codicis possessor, siquidem Jonis amicus fuit; cfr. genealogiam, quæ in patre Jonis finitur. Verisimile videtur, hunc codicem aut ex libro ipsius Snorrii aut ex apographo inde facto descriptum esse. Ubi postea usque ad 1638 fere fuerit, id nescimus. Amplius de hac quæstione alio, ut speramus, loco disseremus. His de historia codicis monitis, jam ad libri transibimus descriptionem.

Totus liber ex septem plagulis constat (56 foliis [1]), quarum prima decem folia, ultima sex continet, reliquæ omnes octona. Primum folium ab origine vacuum plane fuit, ultimum maxima ex parte, nam rectum decem versus solos præbet. Tria prima et duo ultima omnino incolumia sunt, cætera omnia rimis et foraminibus magis minus laborant et maxime quidem paginæ 61—66 (cfr. Stephanii verba: „tam corrosus"). Nihilo minus bene conservatus esse dici potest, ratione aliarum rerum habita. Lacunas nullas præbet, nisi dimidiam partem pag. 42, pagg. 43—50, in quibus Thorsdrapam Eilifi librarius scripturus erat, sed cum exemplar, quod hoc carmen contineret, non haberet, ipse has paginas, dimidia pag. 42 et 47, duabus partibus pag. 49, 50 tota exceptis, aliis rebus complevit: Recensu poetarum paginas 43—47, genealogia Snorrii et Recensu legiferorum 48 et trientem paginæ 49. In vacua parte p. 42 quædam nugæ posterioribus et diversis manibus scriptæ exstant, inter quas maximi momenti est initium carminis de Rigo (*Rígsþula*) tale: *ar quadu ganga* (manu sec. xv). P. 47 tres figuræ inveniuntur, duæ virorum, tertia feminæ, p. 49 figura feminæ, p. 50 figura, quæ in Tomo III tab. iiij picta invenitur. Plures etiam figuræ hic et illic pictæ sunt, ut folio primo verso vir ornatu episcopali, supra quem scriptum est: *„Hier er vnder prijamus konvngr"* (hic Priamus rex est), p. 46

[1]) Cfr. quæ manu sec. xvi ultima pag. exstant: *„It. blod þessarar bokar allz | fiorttan og xl og þar at avk þa|v env idstv begia vegna"*.

imo margine, figura viri et feminæ pectus tenus. Pag. 72 vir equo vectus, ad quam figuram hæc verba manu longe posteriore quam ejus, qui figuram pinxit: *her rıdur* | *madur* | *ȷon magur* | (hic equitat aliquis, Jon affinis mi!). Pag. 109 ad calcem libri figura viri et feminæ. Omnes hæ figuræ eadem manu, quæ non est librarii, pictæ sunt. Marginalia huc et illuc inveniuntur, quorum nonnulla, quæ maximam nobis vim habere visa sunt, jam attulimus, pag. 12., ubi nomina Odinis in SnE II 266 adn. 1 impressa, exstant, 13. 18. 19. 28. 29. 36. et 37 (versus ex cantilenis, ut videtur), 38. 39. 41. 42. 43. 54. 64. 72. 73. 76. 78. 80. 82. 84. 92. 93. 94. 96. 106. 107. 109. 110, quorum quædam illegibilia plane sunt. Huc accedunt versus quidam prima pagina alio loco a nobis editi. Hæc omnia huc transscribere non visum est.

Totus codex eadem manu scriptus est, marginalibus plerisque exceptis. Paginæ fere omnes duodetricenos versus præbent. Exceptæ sunt: 48. 88., quæ vicenos septenos, 87., quæ viginti quinque, 93., quæ duo et viginti, septem alienis additis cryptographis, 42., quæ viginti, 92., quæ undeviginti, septem cryptographis additis, 72., quæ sedecim, 49., quæ duodecim, 109., quæ decem, 89., quæ octo, circulo litterarum addito, 91., quæ sex, figura litterarum quadrata addita, continent. Versus circa 45 litteras fere præbent. Litteræ scriptæ sunt atramento nigerrimo nitidissimo, ut conspicuæ sint. Sinistrorsum fere omnes magis quam solet inclinant, pleræque usitatæ formae. Omnes tituli atramento rubro picti sunt, itemque omnes litteræ initiales, et hæ quidem interdum nigro commixto; quædam etiam viridi.

Quæ codex continet, hæc sunt: 1, *Formáli,* Prologus 1—3.18 (Ed. II 250—3). 2, *Gylfaginning*, ludificatio Gylfiana 3.19—35.11 (Ed. II 253—293). 3, *Skáldskaparmál,* Dictio poetica 35.12—42.20 (Ed. II 293—301). 4, *Skáldatal,* Recensus poetarum 43—47 (Ed. III 259—69). 5, *Áttartala Sturlunga,* Genealogia Sturlidarum 48.1-19. (Dipl. Isl. I 504—6). 6, *Lögsögumannatal,* Recensus legiferorum 48.20—49.12 (Ibidem 500—1). 7, *Skáldskaparmál,* Dictio poetica, continuatio 51—87.16 (Ed. II 302—363). 8, Tres strophæ

87.17-25 (Ed. II 363). 9, Tractatus grammaticus 88 —92.19 (Ed. II 364—69; in „Islands grammat. litteratur i oldtiden", Havn. 1886). 10, *Háttatal,* Recensus metrorum, Snorrii, 93—109 (Ed. II 369—96).

Hinc videre licet, totum codicem jam editum esse, et ita quidem editus est, ut pauci accuratius magisque verbo tenus. Nam ubique ratio scribendi et capitulorum dividendorum diligentissime in editione observata est. Itaque non necesse est hoc loco uberiorem descriptionem orthographiæ dare; capita tantum tangemus, lectores ad ipsam editionem relegantes.

Vocales solita ratione usurpantur, sæpe tamen ita, ut, sicut in codice Regio, vocales similes inter se commutentur, ut *e* et *i*, *o* et *u* in terminationibus vocabulorum, quod est temporum circa et post 1300. Accentus, productæ litteræ plerumque signum, perraro exstat, et imprimis supra *a*. Inusitate supra *a* brevi exstat, ut in *hám* (dat. sg. ab *hamr*). Notandum etiam est, per *a* productum scribi *vestrfál, ránna* [13.5 = Ed. 266.26]. Supra *e* interdum accentus exstat, ut in *-géþr* [54.19 = 309.23], *géta* [15.17 = 260.3], *méé* [39.25 = 298.25]. Supra *i* interdum exstat, ut ab aliis consimilibus litterarum ductibus dignoscatur. Cfr. tamen exemplum 90.20 = 367.3. Supra *o* perraro exstat, ut in *ónytt* [98.9 = 378.4], *ló* [24.7 = 280.30]. *æ* interdum in terminationibus pro *e* sive *i* usurpatur, ut in *askæ, kindær, naglfaræ; e* pro *a*, ut in *vendræþi*, pro *æ* sive *ę* invenitur, ut in *gezlo, agetr*, pro *y* in *nerþri* [2.7 = 251.33], *ę* pro *é* in *męldroþum*, *ę* pro *e* in *ręcker*, *ie* pro *é* in *hielldi* [5.10 = 256.2], pro *ę́* in *gietir* [11.25 = 265.1]. In terminatione adjectivorum *-ligr* semper *i* scriptum est; *fyrir* interdum *firir* scribitur. Particula negativa præfixa plerumque *o*, interdum *v* scripta est. In verbo *gøra io* plerumque scriptum est, cum plene; interdum per siglum, quod *er* sæpissime significat, expressum est. Pl. impf. ind. verbi *vera vorv* sæpe plene scriptum est. *av* interdum pro *ö*, ut in *havfþv, havfuð,* invenitur, qui sonus sæpissime per *o*, imprimis post *i*, exprimitur. *ǫ* perraro invenitur, et uno quidem loco pro *ó* (*ǫk* = *ók* 31.15 = 288.31). Quoad consonantes,

eadem fere de his dicere licet ac de usu earum in cod. Reg. *ð* et *þ* sæpissime inter se in uno atque eodem vocabulo commutantur, ita tamen, ut *þ* plerumque in syllabæ initio exstet, sed haud raro ab hac regula discedatur (cfr. *gvþs* et similia). In terminationibus verborum, quæ ad flexionem debilem pertinent, imperfecti interdum secundum consuetudinem librorum antiquissimorum *-ða* sive *-þa* scriptum est. *ð* etiam pro *t* interdum scribitur in terminationibus, et maxime cum *t* antecesserit, cfr. quæ supra dicta sunt de cod. Reg. *g* et *k* simplex interdum, ut in *bygþ-*, *drekt*, invenitur. Raro, ubi antiquioribus temporibus non adhibitum est, insertum est, ut in *margt*, *meygja* (15.22 = 270.14), *freygia* (19.9 = 274.16). *q* interdum ante *v* scriptum est. Pro *f* *v* interdum, ut in *hafa*, *yfir*, *ofan*, similibus invenitur. Excidit *v* in *keykt*, *kóþvz*. *h* interdum ante *l* (*lut-*) et *r* (*raki*, saliva) omissum est. *j* interdum pro *í* (præpositione) scribitur, cæterum semper *i* adhibetur. *l* duplicatur ante *d* (*verolld*), at simplex in *mœlnir* pro geminato invenitur. *m* ante *t* (*grimt*) simplex scribitur. *r* sæpissime pro syllaba *-ur* scriptum est, quod vacillantem labantemque enuntiationem declarat; vide de hac re Gislasonium in Njála II 91. Additur interdum in *með(r)*; omissum interdum est in *fyst*, similibus. Assimilationem semper patitur in *þuss-*. *s* semel inusitate additum est in *laxs* gen. sing. (32.4 = 289.21). *z* simili ratione usurpatum invenitur atque in cod. Reg., et in genetivis substantivorum et in superlativis et in verbis. Perraro errores librarii, neglegentia, ut in cod. Regio permulti, effecti, inveniuntur (ut e. g. *hravst fast* pro *hraut fast* 25.24-5 = 282.25; cæterum ad editionem correctam adnotationesque lectores relegantur). Versus tamen, ut etiam aliqua ex parte in cod. Regio, multifariam depravati exstant, unde videre licet librarium ne hilum quidem poeseos antiquæ intellexisse.

Hinc certo colligendum est, codicem iis temporibus scriptum esse, cum enuntiatio linguæ islandicæ mutari et labefactari cæpta esset, et verisimiliter paulo ante codicem Regium, id est, circa an. 1300, quod convenit cum ratione in prologo Tom. I p. vi et Tom. II p. vii inita. — Quæ hujus codicis bona sint, alio loco dis-

putabimus. Hic tantum monendum est, Recensum poetarum, genealogiam, casu et fortuitu eum continere, præter quam quod, quod maximi momenti est, ei tractatus grammaticus quidam (II) haud parvi pretii insertus est. Ipse contextus libri multis quidem et gravibus mendis laborat, sed sæpissime genuinas lectiones præ cæteris præbet; im primis versus horribili modo sæpissime corrupti sunt.

4. **Fragmentum Arnamagnæanum**, 748, formæ quartæ. Hoc fragmentum Arnae Magnæo Halldor Torfii filius, pastor Gaulverjabæensis (mort. an. 1705), an. 1691 dono misit, quod ipse Arnas in libro 435 a formæ quartæ p. 64. testatur. Hic Halldor sororem habuit Ragneidam, quam in matrimonio Jon Einarsnesensis, filius Sigurdi legiferi habuit. Jam folio fragmenti 15. recto, margine imo transverse aliquot nomina scripta sunt, quorum primum *herra Sigurdur* est; quibusdam nomen loci additum est ut *Ardal, Horni, Hvanneyri, Síðumúla,* quæ omnes sunt villæ Borgarfjördenses aut Myrenses [1]). Videtur igitur liber in Borgarfjördo sec. 17. fuisse, et colligi jam posse videtur, librum ipsius Sigurdi legiferi (an. 1676 mort.) peculium fuisse; post ejus obitum filii Jonis librum verisimiliter factum esse, ejusque uxorem Ragneidam, supra memoratam, fratri Halldori codicem dono dedisse. Plura de historia codicis vix erui possunt, nam nulla præbet marginalia, quæ de tali re quicquam loquantur. Perpauca quidem sunt, et quæ exstant, nullius pretii sunt, præter nominum recensum nuper laudatum, et versum quendam subrusticum talem (fol. 8 margine interiore):

Edda er god og orda frod
Vnderstoll til kuæda
Sækier þann med snilld hana kann
Sialldan orda fæda [2]).

---

[1]) Cfr. Íslendingadrápa, ed. a Th. Möbio. Kiel 1874 p. 9.
[2]) = *fæð*, paucitas.

Fragmentum, quale nunc exstat, ex 28 foliis formæ quartæ constat, ut 6 primi quaternionis sint, duobus, tertio et sexto, amissis, 8 secundi, qui cum primo olim non cohæsit, 8 tertii, secundum continuantis, 6 quarti, tertium continuantis, duobus ultimis abscissis et amissis. Primus quaternio continet carmina quaedam ex Edda Sæmundi, quæ vocatur (v. paulo infra), cæteri partem tractatus grammatici, partem Dictionis poeticæ, alia. Sed hæc omnia unum librum olim sine dubio effecerunt; ejusdem formæ sunt, eadem manu scripta sunt, nam quod in eo hæserunt quidam ambigentes, quod primus quaternio litteras majores, quam cæteri, præbet, id nihil facit discriminis, nam litteræ, quamquam majores, eandem ipsam speciem præbent; adde quod ratio orthographica per totas codicis reliquias una atque eadem est. Nulla igitur est causa cur diversos librarios putemus. Litteris minoribus in altera parte librarius usus est, ut membrana plus capere posset. Versus continet paginatim primus quaternio aut 27 (bis) aut 28 (semel), aut 29 (quinquies) aut 30 (bis) aut 31 (bis); fere 40—50 litteras versus continent. Atramentum, quo librarius usus est, nigrum omnino est, ut litteræ perquam claræ in utraqua parte libri sint. Tituli capitum et carminum item litteræ initiales rubro et viridi colore picta sunt, excepto titulo carmini Haukiano de Islandis superscripto, qui niger est. In marginibus, ut assolet, *v* littera, versum in textu significans, sæpissime conspicitur. Præterea signum quoddam, similitudinem quandam cum *S* præbens, in parte grammatica conspicitur. Prima, quæ hanc notam præbet, pagina, est fol. 9 b ubi ante versus novem stat, scilicet in quibus nova paragraphus a vocabulis *Vm aftekníng, I aftekníng, Vm viðrlagning stafs, Vm viðrlagning samstofu, Vm stafaskipti, I stafa snuning, Vm stvndar viðrlagning, Vm stvndar afdrátt, Vm lioðs greinar skipti* incipit [1]) fol. 96. Occurrit quater fol. 11 a, semel fol. 12 b, quater fol. 13 b; octies fol. 14 a. Alterum occurrit signum, ab hoc diversum, similitudinem quandam cum Y habens, fol. 7 a bis, fol. 10 a

[1]) Ed. II 405—6.

ter, 10 b ter decies, 11 a octies, fol. 11 b undecies, fol. 12 a ter decies, fol. 12 b octies, fol. 13 a semel, fol. 13 b quinquies, fol. 14 a semel. Unum atque idem significare hæ notæ vix possunt, cum eadem pagina inveniantur commixtæ. Prior igitur novae paragraphi sive particulæ significandæ causa addita videtur, non memoriæ causa, quæ litteræ illuminandæ essent, posterior, si inspexeris, nonnisi ante versus vocabula latina continentes conspicitur, ut hæc significet videlicet; fol. 7 a ad versus nomina grammatica isl. continentes adscripta est. Ubi versus vocabula latina continentes sine hoc inveniuntur signo, id factum esse incuria librarii judicandum est.

Quæ hoc fragmento continentur, sunt:

Primus quaternio continet: carmen *Hárbarðsljóð* a str. 19,7 usque ad finem, fol. 1 a — 1 b, 17; *Balldrs draumar* 1 b, 17—2 a, 11; *Skírnis mál* 2 a, 11—2 b (manca in fine); *Vafþrúðnismál* 3 a—3 b, 22 (in capite manca); *Frá Hrauðungi konungi* (ɔ: *Grímnismál*) 3 b, 23—5 b, 25; *Hymiskviða* 5 a, 25—6 b, 25; *Frá Níðaði konungi* (ɔ: initium Völundi carminis) 6 b, 26-28. De his omnibus consule editionem „Carminum septentrionalium antiquorum“ Buggianam, prolegomena pag. XIX sqq.

Apparet, unum folium inter secundum et tertium, finem *Skírnismál* et initium *Vafþrúðnismál* continens, periisse, ut quaternio septem ex foliis constiterit, quod sane irregulare est, sed alius ordo cogitari non potest.

Secundus quaternio ex octo foliis constat, sed nihilo minus duo folia desunt, quod tertium fuit et septimum; continet tractatus grammatici-poetici cujusdam finem, qui editus est in Sn. E. II 397 et in „Den tredje og fjærde grammatiske afhandling i Snorres Edda“, Hauniæ 1884, pag. 159. In membrana octo versus et noni minimam partem implet. Deinde sequitur tractatus grammaticus, qui tertius vocatur 7 a 9—14 b 5. [Sn. E. II 62—188. 397—427. Den tredje og fjærde gramm. afhandl. i Snorres Edda 33—119] cum duabus lacunis. Tum sequitur, rubro titulo superscripto, ipsa

Dictio poetica cum permultis diversarum rerum nomenclaturis 14 b 6 —28 a 1 [Sn. E. II 427—494.9] nulla lacuna interjecta. Deinde sequitur „vestium" et aliarum rerum nomina 28.2-9 [Sn. E. II 494.9-23]. Deinde versus latini duo inveniuntur tales: euphonia est bonus sonus ut nobiscum et non cum nobis | vel quum littera scribitur et non pronunciatur ut circum amicta. Postremo 26 strophæ cum initio 27. carminis Haukiani de Islandis: *Islendinga drapa. Havkr valdisar sun orti,* quam accurate edidit Th. Möbius. [1])

Quod ad orthographiam hujus codicis attinet, satis sit, lectores ad accuratam ejus editionem in hujus operis tomo secundo p. 397 —494, et ad editionem carminum in *Norræn fornkvæði* a Buggio curatam, imprimisque ad ejus descriptionem in præfatione p. xix—xxii. Hoc loco monemus, *æ* pro *e* sæpissime usurpatum esse, itemque accentum plerumque recte superscriptum esse. *ę* et *ǫ*, item ꝁ (*k* geminatum) sæpissime occurrunt. Omnino præbet codex orthographiam stabilem et correctam, quæ librarium rei litterariæ gnarum et scitum, et sectorem scholæ, a grammatico illo anonymo, cujus scriptura de litteris prima in tomo secundo edita est, institutæ, fuisse testetur. Itaque codex certo non inferioris ætatis est, quam c. 1300, ut pro recto habendum sit, quod in prologo Tomi I p. viii a Seviris Arnæ-Magnæanis disputatum est, librum „seculo xiv. ineunte vel antea exaratum" esse. Hoc fragmentum egregium vocari merito potest, nam præter aliquot carmina Eddica nobis etiam asservavit maximam partem carminis Haukii de Islandis, quod, nisi hic exstaret prorsus amissum esset. Item contextum tractatus grammatici, quem continet, et Dictionis poeticæ multifariam corrigendi nobis opem fert. Damnum igitur maximum est, quod totus liber nobis non est asservatus.

5. **Fragmentum Arnamagnæanum,** 1eβ. Ita signatum est, quia in numerum 1 collectionis Arnamagnæanæ, formæ

[1]) Íslendingadrápa Hauks Valdisarsonar, ein isländisches gedicht des xiii. jahrhunderts. Herausgegeben von Th. Möbius. Kiel 1874.

maximæ, irrepsit, ibique locum per longa tempora obtinuit. Sed cum Arnæ factum est, non ita fuit. Nam hoc fragmentum, cum antecedente, 748, conjunctum, ab eodem, pastore Halldore Torfii filio, Arnas accepit, ipsumque formæ quartæ, non maximæ, est. Itaque suo loco jam restitutum cum 748 conjunctum posthac asservabitur. Ubi codex scriptus sit, non plane apparet. Nam nullum nomen in marginibus invenitur, quod conclusionem facere sinat. Sed et ex ipsius verbis Arnæ fragmentum unacum 748 ab eodem eum accepisse scimus, et genealogiae tales, quas totas hic inserere nobis visum est, ad calcem fragmenti exstant:

hvam ſtvrlv .ſ. var ok Sighvatr ok þordr ok Sveinn ok dætr he|lga ok vígdíſ. helga var .M. þeira egilſ. Solmundar ſonar ok gydu . vigdiſi attí | Geller at bríanſ læk þeira .d. var Þordiſ er attí Gislí markus .ſ. ok þorvnn [1]) *er | atti ey|víndr| þreſtr þorar|ínſ .ſ. | þadir þorlei|þſ | enſ h|aga.*

ædam var þader ſeth .þ. enos .þ. kamanſ .þ. Malalíe .þ. þhared| .þ. enon .þ. matvſalem .þ. lamech .þ. noa. Noe var .þ. iaþedſ | iaphanſ .þ. iechimſ .þ. ciprvs .þ. cretus .þ. celíus .þ. satvrnus í krit| .þ. ívpiter .þ. dardanvs .þ. eríkoníí .þ. creas .þ. Ilívs .þ. lam|edon. Príami havþvt konvngſ i troio .þ. þeira ectorís ok alexandri. Mvn|on .e. mennon het konungr einn í troío hann attí troam .d. priami konvngſ. þeira .ſ. var | tror er vær kavllvm þor hann var .þ. loríka. hanſ .ſ. het eredeí hanſ .ſ. vengeþor| hanſ .ſ. var víngener. hanſ .ſ. meda. hanſ .ſ. magní. hanſ .ſ. seſef. hanſ .ſ. bedvígg. hanſ .ſ.| attra. hanſ .ſ. trínam. hanſ .ſ. cremeth. hanſ .ſ. ſkialldvn er vær kavllvm Ski|olld. hanſ .ſ. Biaþ. er vær kavllvm bíar. hanſ .ſ. Godoloþ. hanſ .ſ. þinnr. hanſ .ſ. þrıa | laþ. er vær kavllvm þridleiþ. hanſ .ſ. odinn. hanſ .ſ. Skiolldr .þ. þridleiþs | .þ. þridþroda er red þyrer danmavrkv þa er kriſtr var borenn. þro| di var .þ. herleiþſ .þ.

---

[1]) Hoc et quæ sequuntur in margine exteriore exstant.

havarſ handrama. .þ. þroda enſ þrækna .þ. | vemvndar vitra .þ. oloþar .m. þroda þridſama .þ. þridleiþſ .þ. þroda | þrækna .þ. ingiallz ſtarkadar þoſtra .þ. hrærekſ. ſlavngvandbavga | .þ. þroda .þ. halþdanar .þ. hrærekſ hnoggvandbavga .þ. harallz | hillditannar .þ. hrærekſ .þ. þorolþſ voganeþſ .þ. vemvndar ordlokars | .þ. valgardſ .þ. hraþnſ heímſka .þ. iorvndar goda .þ. vlþſ av | rgoda .þ. ſvartſ .þ. lodmvndar .þ. grimſ .þ. svertíngſ .þ. vígdísar [*.m.*] *svrlv* (sic) *í hvami .þ. ſnorra þroda . í reykiaholtí .þ. þordisar |* [*.m. gv*[*dzunar .M. ingibiargar .M. Jonſ .þ. petvrſ.*

[*Stvrla ſ*] *hvamí*[1]) *.þ. |* [*helgv .m.*] *gydv |* [*Solmundar .d.*] *.M. |* [*helgv .m. ke*] *telſ |*[2]) [*kvelld*]*vlbr. var |* [*.þ. Skalla*]*grimſ |.* [*.þ. egilſ*] *.þ. þor |* [*steinſ .þ. h*] *ríþlv |* [*.þ. ſkula*] *.þ. þor |* [*dar .þ. b*] *avdvarſ |* [*.þ. gvdny*] *ar .M. |* [*Sighvatſ ok*] *ſno*ꝫ.[3])

Hæ genealogiæ, quæ omnes in membris familiæ Sturlidarum desinunt, satis superque declarant, librum aliquando ejus familiæ fuisse, et verisimiliter Petri Jonæ filii, cujus genus per Snorrium usque ad Adam reductum est. Sed cum hic Petrus sine dubio abnepos Thordisæ, Thorvaldi Vazfirdingi uxoris, fuerit, qui verisimiliter ipse in Vestfjördis habitavit, idcirco pro certo habendum censemus, codicem in Vestfjördis, Snorrii quodam prognato, fortasse ipso Petro aut patre curante, exaratum esse, et c. 1400 quidem, nam scripturæ genus et litterarum ductus totusque libri interior habitus vetustiorem ætatem respuit, et ipse Petrus eo tempore (c. 1400) vixerit necesse est. Ex Vestfjördis in Borgarfjördum postea videtur

---

[1]) Hæc, quæ sequuntur, in exteriore margine exstant, et manca sunt, parte folii extrema unacum litteris incuria mala desecta; sed sec. J. Sigurdsonium expleta sunt (vide Catalogum Arnamagnæanum). Cfr. Sturl. (1878) II 399.

[2]) „Cfr. Sturl. III 106" adnot. J. Sig. (Sturl. 1878 II 81).

[3]) Hæc omnia una atque eadem manu scripta sunt, quæ diversa est ab illa, quæ ipsum librum exaravit. Longa genealogia primum scripta est, deinde duæ particulæ.

delatus esse, ubi cum 748 conjunctus est. Fata posteriora jam exposita sunt.

Quæ supersunt ex hoc codice, impressa sunt in tomo II, pagg. 573—627. Sunt folia 13 formae quartæ quoad genus minimæ. Paginae numeros perpetuos, manu Jonis Sigurdsonii, gerunt. Singulæ paginæ varium numerum versuum præbent, et posterior quidem pars plures, quam prior. 28 versus præbet pag. 8; 29 versus pagg. 1, 4, 5, 6, 7, 9, 10; 30 versus pagg. 2, 3; 31 versus pagg. 14, 15, 16, 18, 23; 32 versus pagg. 12, 17, 19, 21, 22, 26 (ɔ: 8 + 24); 33 versus pagg. 11, 13; 34 versus pagg. 20, 25; 36 versus pag. 24. Versus præbent c. 50—60 litteras. Litteræ omnes nigro atramento pictæ sunt, et fere omnes majusculæ, quam assolet, parum elegantes, sed perspicuæ. Pleraque folia bene conservata rimis carent.

Quæ codex continet, hæc sunt: Prior pars, quinque foliorum, reliquiæ unius quaternionis tribus extremis foliis abscissis et amissis, partem Dictionis poeticæ a verbis: *[verol]ldu var iaþnþrækn* usque ad *þullauflug let þialla* [Sn.-E. I 362.19—428.14, II 573—590.], sed omittit Grotticinium fere totum et usque ad cap. 44 [Sn.-E. I 392]. Posterior pars incipit a verbis: *el ek solar baul,* et desinit, ut codex Regius, quocum in universum codicum asservatorum maxime facit, in nominibus solis [Sn.-E. I 466.2—593. II 590 —627]. Scribendi ratio clare perspicitur ex editione ipsa fragmenti. Hic perpauca tantum attingentur. *a* formam et clausi et aperti, ut ita dicamus, habet. In terminationibus *i* et *u* (non *e* et *o*) semper fere usurpatum est; pro *a* per *i* sequens immutato (*ǫ*) et *o* et *au* adhibetur; interdum etiam *ǒ* scriptum est; interdum *e* pro *ı* consonante invenitur; *u* pro se ipso vocali et pro *v* consonante semper usurpatum est, nisi initio vocabuli, (syllabæ et versus rarius), ubi *v* exstat. *a* productum per *i* sequens mutatum *æ* scriptum est. Productionis signum supra *æ* et *æ* duplicatum exstat; supra *i* etiam simplex scriptum est sæpius, sed, ut solet, quo facilius dignoscatur, vix litteræ producendæ signum. Quoad consonantes litteras, *ð* nus-

quam inventum est, sed pro eo aut *d* aut *þ* scriptum est, et hoc quidem persæpe, quem hujus litteræ usum librarius sine dubio ex archetypo in suum exemplar transtulit. In terminationibus persæpe *d* pro vetustiore *t*, interdum hoc pro *ð* scriptum est. *l*, ut assolet, geminatur ante *d* et *t*. Cæterum persæpe vocabulorum et litterarum pronuntiationem recentiorem præbet, sed his de rebus et aliis, quæ hic in censum veniunt, lectores ad ipsam editionem relegandi sunt. Hæc, quæ de orthographia diximus, et totus libri habitus monstrant, librum, ut antea commemoravimus, c. an. 1400 exaratum esse. Hoc fragmentum eatenus pretiosum habendum est, quod, cum Regio plerumque consentiens, facultatem Regii textus corrigendi, imprimis versuum, qui in hoc multum depravati sunt, nobis dat. Sed damnum est magnum, quod Grotticinium ibi non invenitur.

6. **Fragmentum Arnamagnæanum, 757.** Formæ quartæ. Asservatur in capsula unacum fragmento quodam minimæ formæ, ex duobus foliis constante (757 b) et particulam tractatus grammatici tertii continente, de quo vide Den tredje og fjærde grammatiske afhandling (1884), proll. pag. liv-lv. Ipsum fragmentum (757 a), de quo hic agitur, unde Arnas Magnæus acceperit, in scidula quadam in 739. 4° asservata docet, cum dicat, id fuisse Asgrimi Magni filii de Höfdi, poetæ isl., qui per medium sec. xvii vixit. Codex igitur verisimiliter in Islandiæ parte boreali olim scriptus est. Ex ipso fragmento nihil conjicere possumus, cum nullum nomen, nullum vestigium priorum possessorum præ se ferat. Est admodum laceratum, non uno folio incolumi, rimis plenum, totis particulis foliorum exesis, plerumque subnigrum, ut difficillimum lectu sit. Ex quattuordecim foliis constat, quorum novem prima unum quaternionem effecerunt, uno amisso. Totum eadem manu scriptum est litteris perexiguis. Litteræ initiales nunqnam scriptæ sunt, ut earum locus adhuc sit vacuus. Novæ particulæ significantur, a novo versu incipientes. Versus pagina-

rum singularum variant ita: p. 28 præbet 41 versum; p. 27 46; p. 7, 9, 10 v. 47; p. 1, 4, 8, 20 v. 48; p. 2, 3, 21 v. 49; p. 19, 24 v. 50; p. 23, 25 v. 51; p. 6, 13, 26 v. 52; p. 18, 22 v. 53; p. 5, 11, 15, 16 v. 54; p. 12, 17 v. 55; p. 14 v. 56. Singulis versibus circa 60—70 litteræ sunt. Aliquot paginarum imo margine versus fuisse apparet, sed ita deleti sunt, ut nulla littera adhuc clare conspiciatur. Hinc conclusum est, jure ut videtur nobis optimo, re vera hunc codicem rescriptum esse. Folia etiam tenuiora sunt, quam solet, unde factum est, ut facilius exederentur.

Quæ fragmentum continet, hæc sunt: 1, Tractatus grammatici tertii pars fol. 1—3 r. 4 v. (Tom. II 501—11, cfr. 62—110); tractatus in hoc opere multifariam abbreviatus et contractus est, ut B. M. Olsen probavit [1]. 2, pars Dictionis poeticæ fol. 3 r. v. 5 — fol. 8 r. v. 2. (Tom. II 511—551). Hic unum folium deest inter quintum et sextum (v. p. 534). 3, Collectio nominum, *nafnaþulur,* fol. 8 r, v. 3— fol. 9, ubi deficit aliquatenus manca (Tom. II 551—572). Cætera, quæ restant, non ad Eddam pertinent. Sunt: 4, posterior pars carminis, quod Strophæ sancti spiritus, *Heilags anda vísur*, vocatur, et ab Egilsonio an. 1844 in programmate Bessastadensi editum est, p. 52—6, et fere septemdecim strophas continet. Fol. 10. r, v. 1—v. 38. 5, *Leiðarvísan* (Itineris demonstratio), fol. 10 r. v. 39—11 r, v. 38, ibidem editum p. 57—70. 6, *Líknarbraut* (Via salutis), fol. 11 r, v. 39—12 r, v. 42 , ibidem editum p. 35—51. 7, *Harmsól er Gamle orti kanoki* (Luctus sol, auctore Gamlio canonico), fol. 12 r., v. 43—13 v., v. 18, ibidem editum p. 13—34. 8, *Máríudrápa* (carmen Mariæ), fol. 13 v., v. 18—14 v., v. 9. Primas undecim strophas Gislasonius in Speciminibus suis quadraginta quattuor (Fire og fyrretyve Pröver, Hauniæ 1860) p. 555—6 edidit. 9, postremo loco fragmentum carminis cujusdam de deo aut viro sancto, quod ita incipit: *Aldýran bið ek óra,* quod carmen antiquum quoddam in denominationibus poeticis componendis spirat.

[1]) Den 3. og 4. grt. afh. (1884) prol. p. liv—lv.

De ratione scribendi nihil est cur hoc loco uberius disseramus, cum totum fragmentum, quod ad Eddam pertinet, sua orthographia editum accuratissime sit. Notandum in universum est, *ð* in editione minus recte suis locis editum esse, nam membrana ubique *d* pro illo scribit. *a* per *u* sequens immutatum plerumque per ǫ exprimitur. *o* longo sæpius accentus superscribitur, interdum *gh* pro *g* simplici invenitur. Hinc et aliis similibus de causis non audemus codici tam antiquam ætatem dare, quam factum est in prologis tomi I et II, ubi ad medium seculum XIV refertur (Tom. I, p. VIII, II, p. IX)[1]. Nos potius putamus eum c. an. 1400, vel forte paulo antea scriptum esse.

7. **Fragmentum Arnamagnæanum, 756,** formæ quartæ. Hoc fragmentum Eddicum Arnas se scribit (in chartula, quæ unacum fragmento asservatur) an. 1705 a Brynjolfo Thordi filio accepisse duobus fǫliis exceptis, quæ „p. m. 113—153" significavit, i. e. nono et decimo; hæc se ante an. 1702 alicunde ex Islandia accepisse. Hic Brynjolfus Thordi f., cognomento Thorlacius, Hlidarendi habitavit et toparcha Arnesi aliquamdiu usque ad an. 1721 fuit. Verisimile igitur est, librum in terræ parte meridionali olim exstitisse; cæterum nihil est, quod rem aperte demonstret. Nam inter alias vilitates, ut: *edda er þetta,* fol. 17 a marg. imo, et stropham quandam fol. 12 b imo marg., quæ ita incipit: *ur eddu skalldid einatt tru eg od ad smjdi* etc., utrumque manu sec. XVII, tantum invenimus, aut eadem qua codex aut coæva certe manu scriptum: *þat giorer ek loneinn (?) marteinſ.,* sed quod nomen abditum hic lateat, comperire non potuimus. Fragmentum jam ex duodeviginti foliis constat formæ, quam potius octavam quam quartam nominares, quadratæ. Multum laceratum est, cum partim mures marginis interioris partem superne ederint, partim

[1]) Cfr. etiam „Fire og fyrretyve Pröver". Hauniæ 1860, prologum p. X.

putredo rimas huc et illuc effecerit. Nonnulla certe ex parte aut fortasse totus rescriptus fuisse videtur codex. Litteræ conspicuæ sunt et magnitudine sua et atramenti nitore; sed non ita elegantes sunt. Litteræ initiali fere ubique locus vacuus relictus est. Versus paginis singulis sunt: 26 fol. 10 r, sed hic versuum trium spatium vacuum est; 28 fol. 1 r, 7 r, 12 r, 16 r, 17 r; 29 fol. 2 r, 8 v, 9 r, 10 v, 11, 12 v, 13, 14, 15, 16 v, 17 v, 18; 30 fol. 1 v, 3 r, 7 v, 8 r; 31 fol. 2 v, 3 v, 4 r, 5 v, 6 v, 9 v; 32 fol. 6 r; 33 fol. 4 v, 5 r. Litteræ versuum fere inter 35 et 45 variant.

Quæ his fragmentis continentur, sunt: 1, partes Ludificationis Gylfianæ, a, a verbis *[lǫg]du þeir afla* usque ad *festina er,* 6 folia quaternionis primi, duobus amissis [Sn. E. I 62.14—112.14]; b, duo folia a verbis *skin biartara* usque ad *tiolldud med fo[grum]* (Sn. E. I 188.21—208.10). 2, finis Epilogi a verbis *fognimi enn satt var* usque ad *elenum* fol. 9.1-12 [Sn. E. I 228.6-22]. 3, partes Dictionis poeticæ a, *Nu skal lata heyra — Suo kuad þorvalldur blondu skalld,* fol. 9 (12 versibus primis exceptis) [Sn. E. I 230.17—244.8]; b, *jngí freyss at þingi — matt uínur milldíng drottar,* fol. 10—18 (Sn. E. I 312.16—448.16, excepta particula Sn. E. 352.1—392.7). Hinc efficitur, ut ex primo quaternione primum et ultimum (octavum) folium amissum sit, ex secundo terna a capite et a fine, duobus mediis solis conservatis, amissa, ex tertio primum et ultimum conservata sint, sex cæteris amissis, quartus totus conservatus. In Tomi I prologo pag. viii fragmentum hoc „seculo xv. scriptum, cum codice Wormiano fere in omnibus concordans“ esse dicitur. Et certe vetustior non codex est, si rationem scribendi respexeris, nam vocabulorum formæ ut *eg þig seigia ur* pro *-r* determinativo scribuntur, quæ res ut lectoribus magis appareat speciminis loco frustum quoddam, verbo tenus redditum, hic inseremus:

Suo er sagt í uolu spa. hatt blíes h . . . | dallr horn er a

lopti. mæler odin vid mimins hofud . ſ . . | lfur yggdrasels askur standandi ymur ed alldna tre. en ſotun losnar | Huat er med asum. huat er med alfum. gnyr allr ſotunheimr æ | ser eru a þingi stynia firi steindyrum. uegbergs uiser. uitu þer | eda . uat. Hrymur ekur austan hefizt lind firi. snyzt ſǫr | mongandur j iotun modi ormur knyr unner enn ari hlackar | slitur nai nid folur nagl far losnar kioll fer austan ko | ma munu musfelz um lǫg lyder enn loki styrer fara fifl | meger med freka allir. þeim er broder byleizt ſ fǫr Surtur | fer sunnan med suiga læfi skin af suerdi sol ual tifa. griot | biorg gnata. enn gifur hrata troda halir helueg. enn | himin klofnar. þa kemur hlinar harmur annar fram er odinn fer | uid ulf uega. enn bane belia biartur at surti. þar mun frig | giar falla angann. Geingur odins son uid ulf uega. ui | dur of ueg at ualdyre. lætur hann megi huedrungs mund | of standa. hior til hiarta þa er hefnt fodur. Geingr hinn | mæri mogur hlodyniar neppur af nadri . . idz okuidum | munu halir allir heimstod rydia er . f modi drepur | mid gardz ueor. Sol mun sortna ſock · · folld unnar | huerfa af himne heidum stiornur. geisar æimi ok alldur | nari. leikur har hiti uid himin sialfan. hier seiger enn so Ui | gridur heter uollur er finnazt uigi at. surtur ok hinn | suasu gud. hundrad rasta hann er á huériann ueg. sa | er þeim uollur of vitadur. þa mællti gangleri. hu | ad uerdur þa epter er brendur er heimur allur ok daud aull gudin etc. (Sn. E. I, 192.12—198.18).

Cæterum hoc fragmentum cum reliquis comparari non potest, cum nihil uberius aut peculiare habeat, quod in cæteris desit, sed persæpe lectiones secundum id aut corrigi aut corroborari possunt.

Priusquam ad cæteros codices chartaceos breviter enumerandos transeamus nobis visum est, hic statim addere **Synopsin** s. **Collationem** argumenti omnium **codicum** et **fragmentorum** membranaceorum, supra descriptorum [1]):

[1]) Numeri Arabici paginas editionis, Romani paginas s. folia librorum manuscriptorum significant.

Cod. Reg.	Cod. Worm.	Cod. Ups. T. II.		748 T. II.	757 T. II.	1eβ Tom. II.	756.
Tomus I.							
Prologus:							
	cap. 1, p. 2—$6_{,19}$	250—$251_{,25}$	c. 1.				
	cap. 2, p.$6_{,20}$—$10_{,22}$						
	— p. $10_{,22-24}$	$251_{,25-27}$					
	cap.3, p.$10_{,25}$—$12_{,11}$	$251_{,29}$—$252_{,5}$					
	cap. 4, p. $12_{,12-19}$	$252_{,5-7}$	c. 2.				
	— p. $12_{,19}$—$14_{,2}$						
	cap. 5—8, p. $14_{,3}$—$22_{,3}$						
	cap. 9, p. $22_{,4}$—$24_{,3}$	$252_{,5-17}$					
Restat ut de codice dicamus chartaceo, qui in bibliotheca Trajectensi 61 inter „Ævi medii scriptores historicos" asservatur. Hujus libri mentionem fecit Mr. C. L. Schüller Tot Peursum in „*De Berigten van het Historisch Gezelschap te Utrecht*" an. 1846. Librum J. Sigurdsonius ad manus olim, quo anno nescimus, habuit, eumque satis accurate descripsit, quam descriptionem inter scidulas ejus inventam hic sequimur. Scriptus est liber ante an. 1600. Itaque inter vetustissimos codices chartaceos habendus est. Maxime ad codicem Regium accedit, primum quod Grotticinium præbet, deinde quod sæpius iisdem erroribus (velut omissione vocabulorum) laborat. Rursus haud raro a codice discrepat, ubi lectiones Wormianas præbet. Cum orthographiam satis veterem præbeat, statuendum esse videtur, apographum esse cujusdam codicis membranacei, qui quasi frater codicis Regii fuerit, a communi archetypo ortus. Itaque satis insignis est et dignus esset, cujus lectiones a codicis Regii discrepantes diligenter colligerentur et in lucem proferrentur, ut inde contextus cod. Reg. corrigi et corroborari posset. Ut antea dictum est, primum folium codicis Regii abest. In hoc libro, de quo hic agimus, initium (mancum) prologi asservatum est, quod quia neque cum Wormiano neque cum Upsaliensi congruit, ut inde ortum esse non possit, inseremus. Verisimiliter cum initio Regii jam amisso maxima ex parte verbo tenus convenit. Scripturam secundum apographum J. Sigurdsonii accurate servabimus siglorum restitutione neglecta. Ita igitur est:

S. E. I 6.1. *þad sama spurdv þeir af gaumlum frendum sinum at siþan er talid voru morg hundrođ vetra þa var hin sama jord ok sol ok himintungl, enn gangur himintunglanna var oiafn, attu sum leingra gang en sum scemra. Af þuilijkom lutum grunadi þa, ad noccur mundi vera stiornari himintunglanna sa er stilla myndi gang þeira ad vilia sinom ok mynde sa vera rijkr miøg ok mattigur, ok þess ventu þeir ef hann redi firi hofud scepnunom, ad hann myndi ok fyrr verid hafa enn himintunglin. ok þat sia þeir ef hann rædur gangi himintunglanna. at hann mvni rada scini solar ok dogg loptzins ok auexti jardarinnar er þvi fylger ok slict sama vindenum lopzins ok þar med stormi seuarins. Þa vissu þeir eigi huar riki hans var. Af þui trudu þeir ad hann red ollum lutum á jordu ok j lopti himins ok himintunglum seuarins ok vedranna. En til þess ad helldr metti fra segia eda j minni festa þa gofo þeir nofn med sialfum ser ollum lutum ok hefur þessi atrunadr a marga lund breyz sva sem þiodernar sciptost*
S. E. I 6.19 *ok tungurnar greinduz. En alla luti scildo þeir jard-*
10.22. *legri scilningo þuiat þeim var eigi gefin andlig spekþin. Sua skilþo þeir at allir lutir veri smidader af noccuru efni.*

Verolldin var greind j þriar halfor fra sudri j vestr ok inn ad miþiardar sio sa lutr var kalladr affrika. Enn sydri lutr þeirrar deilldar er brunninn af solu. Annarr lutur fra vestri til nordrs ok inn til hafsins er sa kalladr evropa eda enea. Enn nordri luti er þar suo kaldur at eigi vex gras á ok einge bigger. Fra nordri ok vm austr holfor alt til sudrs þat er callat asia. j þeim luta veralldar er oll fegrd ok prydi ok eigner ok jardarinnar gull ok gimsteinar, þar er ok mid veroldin ok sua sem þar er jordin fegri ok betri ollum kostvm

8*

enn j odrvm stodvm, sva var ok mann folcit þar mest tignad af ollvm giptenom (!) spekinni ok aflinu, fegrdinni ok alls kostar kunnostinnar (sic pro: *kunnostum*).

Ner midre verolldinne var gort þat hüs ok herbergi er agetaz hefir verit er callat er troia þar sem ver kollum tyrcland. Þessi stadr var miclo meir gor enn adrer ok med meira hagleik á marga lund med kostnadi ok fongvm, er þar voru til. Þar voru xij konungdomar ok einn yver konungr, ok láu morg þiodlond til huers konungdomsins. Þar voru j borginni xij. hofod tungur. þessir hofdingiar hafa verid vm fram adra menn þa er verid
S. E. I 12.21 *hafa j veroldo vm alla mandomlega luti. Einn konungr*
22.4. (Cfr. Ups.). *er þar var er nefndr munon eda mennon hann atti dottr hofud konungsins priami su het troan, þau áttu son hann het tror ed(a) thor hann var at vp fæzlu med hertoga þeim er nefndr er loricus. Enn hann var x. vetra þa tok hann vid jofnonur (!) fodr sins. sua var hann fagr álitum er hann kom med odrvm monnum sem þa er fils (!) er grafid j eik har hans er fegra enn gull. þa er hann var xij. vetra þa hafdi hann fullt afl þa lypti hann af jordu x. biarnstockum ollum senn. Og þa drap hann loricum hertoga fostra sinn ok kono hans lora eda glora ok eignadi ser rijkit tracia þat kollom ver thrudheim. Þa for hann vida um lond, ok kannadi allar heims holfor ok sigrad (!) einn saman alla berserki ok alla risa ok einn inn mesta dreka ok morg dyr. j nordrholfo heims fann hann spakonv þa er sibil het er ver kollum sif ok fecc hennar. Eigi kann ec seigia ett sifiar hon var allra kvenna fegurst. har hennar var sem gull. þeira son loride er lijkr var fedr sinom. hans son var einridi hans son ving. hans son vingener. hans son modi. hans son mgi (!). hans son sescef. hans son*

heduig. hans son athra. er ver kollum annan. hans son
S. E. I 24.3. *urmann. hans son heremod. hans son scialdun [er ver scollom (!) sciold* etc."

Notabilis est congruentia in vocabulis scribendis inter Reg. et hunc librum *(lut-, halfor, gofo, á, e* pro *æ, o* in terminationibus, *þ* et *ð* æque promiscue; *th* pro *þ* in *thor* et *thrudheim*, cfr. supra), ut etiam inde concludi possit, inter hos libros quasi fraternam exstare necessitudinem. Hæc, quæ hic scripta sunt, codicis Regii unam fere paginam complerent, ut adhuc unius paginæ contentum plane absit. Fortasse prima pagina codicis archetypi nigredine et obscuritate litterarum tantopere laboravit, ut legi non potuerit.

De editionibus Eddæ nostræ, interpretationibus impressis et tractatibus de ea aut de partibus ejus non est cur disseramus. Satis sit ad Catalogos Th. Möbii, optime notos, lectores relegare, ubi omnia huc pertinentia accurate collecta inveniuntur.

Postremo rationem nostram in ipso opere conficiendo paucis reddamus.

Adnotationes ad Poetarum recensum a nro 58. scripsimus, ita ut quam proxime ad incohatum J. Sigurdsonii opus accederent quoad formam et tenorem. Diligenter omnia collegimus, quæ vitam poetarum et maxime eorum indolem et ingenium poeticum ostenderent et illustrarent. Locos, ubi strophæ carminave inveniuntur, quam accuratissime afferre conati sumus, qua in re haud mediocriter nos adjuvit, quod J. Sigurdsonii scidulas relictas ad manus habuimus, in quibus strophas secundum versus initiales collegerat plurimorum poetarum; ubique tamen ad fontes rediimus eosque perscrutati lima, quantum licuit, critica uti conati sumus. Quatenus vero id nobis contigerit, alii videant.

Indicem generalem ita instituimus, ut quam maxime in unum ea colligeremus, quæ ejusdem generis classisve essent. Sic equi, gigantes, gigantides, metra, nani etc. omnia in series singulas collecta sunt, ubique omnibus lectionibus variantibus diligenter conquisitis. Præterea inveniuntur nomina singula suis locis alphabeticis cum relegatione ad series. Metra tamen, Carmina, Figuræ orationis exceptionem passa sunt, quæ in solis seriebus inveniuntur sub titulis generalibus, quod nullam difficultatem in utendo indice afferre potest. Nonnullæ lectiones variantes etiam suis locis scriptæ sunt, nam omnes in ordinem referre non necessarium visum est, quia pleræque sunt errores, quos quærere nemini in mentem veniet. Suum quodque indicis vocabulum ordinem, ubi fieri potuit, continet chronologicum, de quo non est cur plura verba hic faciamus. Tertii tomi nomina itemque adnotationum tomi primi numeris tenus sunt inserta. Quam plenissimum indicem facere conati sumus, ut non insint soli numeri nudi, sed vocabularium quoddam rerum mythologicarum efficere nobis institutum fuit, Quinqueviris Arnamagnæanis probatum, quo major utilitas totius operis existeret. Nominum, ut equorum, gigantum, gigantidum, nanorum etc., islandicorum interpretationem, ubi vim verbi intellexisse nobis videbamur, addidimus, sed fatemur, fieri posse, ut nonnulla obscuriora minus recte intellecta et reddita sint, sed his conatibus nostris, sicubi erravimus, lectores probi ignoscant. Postremo monendum est, indicem non ad eas partes tomi II pertinere, quæ in tomo I et II 1—250 inveniuntur. Ejus loco collatio sýnoptica, in præfatione hac (p. lxxxi—xcvii) exstans, confecta est, quæ eadem utilitate, ut opinamur, erit. Neque nomina ex strophis in sermonem pedestrem redactis tomi III, 1—204 collegimus, ea vero, quæ in commentariis nova sunt nomina, collecta, ut oportuit, suis locis attulimus.

Quod ad codicum descriptionem attinet, longissimi de codice Regio fuimus, primum quia est fundamentum editionis ipsius, deinde quod nunquam antea plene descriptus est. Wormianus

autem codex sæpius descriptus est; præterea particulæ ejus tam accurate editæ sunt, ut inde, qualis sit, videre liceat. Codex Upsaliensis plurimaque fragmenta in hoc ipso libro accurate edita sunt.

Postremo nobis jucundum erit officium, omnibus, qui nos aliquo modo adjuverunt, hoc loco publicas gratias agere, in quibus præcipue Ludovico Wimmer, professori Universitatis Hauniensis, et Guilielmo Finsen, assessori Judicii summi Danici, duobus Quinquevirorum Arnamagnæanorum, qui opus nostrum summo favore semper complectebantur et amica consilia sæpius nobis communicabant. J. L. Ussingius, professor Universitatis Hauniensis, unus Quinquevirorum, quaterniones singulos inter corrigendum perlegit multosque errores in sermone Latino sustulit, pro qua benevolentia, nunquam defatigata, meritas gratias agimus. Bibliothecario Arnamagnæano, Christiano Kålund, dr. phil., summas gratias hic dicere non supersedemus, qui semper amice paratus ad succurrendum nobis fuit, ubi unius atque alterius rei notitia egebamus. Maximas denique gratias agimus bibliothecariis Holmiæ et Upsaliæ, G. E. Klemming et Annerstedt, qui intercedente bibliothecario Universitatis Hauniensis, Sopho Birket Smith, cui et ipsi gratias summas agimus, liberalissime permiserunt, ut aliquot codicibus, imprimis codice insigni Upsaliensi hic Hauniæ uti possemus, quæ res ad descriptionem codicum pleniorem reddendam haud parum valuit.

„Ignoscant, si quid peccavi stultus, amici.“

Scribebam Hauniæ an. 1886.

Finnur Jónsson.

COMMENTARII

IN CARMINA DIFFICILIORA, IN ORDINEM PROSAICUM REDACTA, QUÆ IN EDDA SNORRIANA OCCURRUNT.

AUCTORE

SVEINBJÖRNO EGILSSONIO.

SKÁLDSKAPARMÁL Tom. I, pag. 232:

1. *Arnórr jarlaskáld:* [a]Hrosta brim Allföðr þýtr: Nú hykk segja ýtum kostu slíðrhugaðs jarls[b]; síð lèttir mèr stríða.

a) *hrosti*, vas coquendæ cerevisiæ (Dan. *Roste*, Norv. *Ruste*); *hrosta brim*, humor vasis hordearii: cerevisia, sed cerevisia Odinis: poësis; *þýtr*, æstuat, fervet i. e. animus meus spiritu poëtico incalescit. — b) loquitur aut Rögnvaldum aut Thorfinnum, dynastas Orcadenses, quorum alterutrius obitum tristis recordatur.

2. *Hávarðr halti:* Nú er Ægis jódraugum arnar flaug of vángi; ek hygg at (þeir) þiggi heimboð ok bauga Hángagoðs[a].

a) ex volatu aquilæ concludit, se prospere pugnaturum, adversarios vero occubituros et ad Valhallam transituros; conf. Sig. kv. Fofn. 2, 20; Fornm. S. 3, 147—8; Sturl. 9, 217.

3. *Viga-Glúmr:* Herr með höttu Hánga-týs lattist at gánga fyrir brekku[a], þeim þóttit þekkiligt at hætta.

a) intelligitur clivus arenosus ab orientali latere sinus Öfjordensis, juxta tabernas comitiales.

4. ***Refr:*** Hollr Baldr stafna jarðar leiptra[a] kom mèr opt at helgu fulli Hrafnásar[b], er hniginn skáldi.

Interpretatio est incerta; historia deest.

a) *stafna jörð*, terra proræ et puppis, mare, *leiptr stafna jarðar*, fulgur maris, aurum, cujus *Baldr*, vir, amicus nescio qui poëtæ, hujusque Musæ attentus auditor, cujus obitum hic luget. — b) genit. a *Hrafnáss*, deus corvorum, Odin, cujus *full* (poculum, potus), poësis, carmen. Neminem offendet hic genitivus, qui contulerit Korm. 22, 1; Eyrb. 19, 1; Höstlangæ de raptu Idunnæ str. 4. Ne prorsus omittam lectionem Cod. Reg., *hrafna lar*, sumo h. l. *lár*, m., qualum, quasillum, et construo: *stafna lár jarðar leiptra er hniginn skáldi, opt kom hrafna Baldr mèr at helgu fulli*, i. e. carmen reclusum est poëtæ, sæpe corvorum deus mihi venit ad sacrum poculum; a *stafna lár*, vas proræ et puppis, navis, et *jarðar leiptr,* piscis terræ, serpens, vermis, item nanus (vide Ed. Sn. Tom. I, p. 62—64), navis autem nanorum est poësis, carmen; sed obstat huic interpretationi insolentia tum vocis *lár* in circumscriptione navium, tum appellationis *jarðar leiptr* de nano; præterea *hniginn*, apertus, hoc cursu orationis (nam de janua proprie dicitur); item *heilagt full,* nude de vena poëtica acceptum.

5. ***Eyvindr skáldaspillir:*** Ok jarðráðendr næmðu Sigurð fjörvi á Oglóe, hinn er veitti Farmatýs svönum[a] bjór[b] Haddíngja vals hróka.

a) i. e. corvis v. aquilis. — b) i. e. sanguinem, cerevisiam corvorum, ab *Haddingja val*, delectus Haddingi (insignis piratæ, v. Saxonem), milites; *hrókr H. vals*, pelecanus militum, h. l. corvus.

Tom. I, pag. 234:

1. *Glúmr Geirason:* Sjálfr Sigtýr var þar í sæki-álfi Atals dýra[a], guð stýrðu þeim byrjar þrafna[b] heima.

Nexus historicus latet.

a) i. e. bellatore, principe bellicoso, in quo Odin fuisse (i. e. cui præsens auxilio adfuisse) h. l. dicitur. — b) *byrjar þrafni*, navis; *þrafni*, vox mihi ignota, sed puto significare trabem, tignum, lignum, et idem esse ac *drafn* et *trafn* in Kormakssagæ cap. 11, 3; 27, 3; itaque trabs v. lignum venti: navis, ut *skíð veðrs*, in Ed. Sn. appell. navium. Similis sententia, qua dii naves bellatorum sibi amicorum regere dicuntur, occurrit in Scr. hist. Isl. I, 109. Ceterum aliter haud dubie hanc semistropham resolvit clar. F. Magnusenius, qui in Lex. Mythol. pag. 693 putat Odinem h. l. marina tempestate obvolutum procedere.

3. *Úlfr Uggason:* Víðfrægr Hropta-týr[a] ríðr at vilgi víðu sonar[b] báli; en hróðrmál líða mèr of hvâpta.

a) quid proprie significet *Hropta-týr* (quod h. l. Odinis nomen est), adhuc latet; vide Gloss. Ed. Sæm. Tom. I. sub voce *Hroptr*, it. Lex. Mytholog. Forte *hroptr* (incerta origine) est vir facundus, disertus, eloquens, et *Hropta-týr:* deus auxiliator facundorum (Hyndl. 3. de Odine: *gefr — — hann mælsku mǫrum, ok manvit fírum*). — b) Balderi. Ceterum pertinet hæc semistropha ad carmen *Húsdrápa.*

Pag. 236:

1. *Þjóðólfr enn hvinverski:* þar á sandi lá valr, vitinn enum eineygja faðmbyggvi Friggjar; (vèr) fögnuðum slíkri dáð.

Historia deest.

2. *Hallfröðr:* Snarr þiggjandi byrjar viggjar[a] spenr barr-haddaða þriðja biðkván und sik (með) sannyrðum[b] sverða.

Historia desideratur.

a) *byrjar viggr,* jumentum venti, navis, cujus *þiggjandi:* vir, h. l. princeps, rex. — b) *sannyrði* h. l. accipio eodem sensu ac *senna*, rixa, et *sannyrði sverða* = *sverða senna*, pugna; hoc magis placet, quam *sannyrði* (propr. vere dicta) de argumentis sumere, et *s. sverða* de jure armorum, etsi sensus idem maneat.

4. *Kórmakr:* Jarðhlutr, sá er bindr hún, eykr beinan día fjarðar breyti með enni-dúki. Yggr seið til Rindar[a].

a) Celeb. Magnusenius hanc semistropham construxit, transtulit et illustravit in Kormaks Saga, ed. Havn. 1832, p. 259—263. Mea sententia hi versus pertinent ad carmen aliquod encomiasticum, ut puto, in honorem Haraldi Grafeldi compositum. Certum est, Kormakum encomium scripsisse in Sigurdum, dynastam Ladensem (*Sigurðardrápa*, Hkr. Hak. Bon. c. 16), et in hujus filium Hakonem dynastam (Ed. Sn. Tom. I, 460, 5; 466, 3); et vero simile mihi videtur, eum etiam laudasse Haraldum Grafeldum, sub quo militavit et in Hibernia et in Bjarmia. Sed in hac semistropha construenda et explicanda ante omnia tenendum est, verba ultima: *seið Yggr til Rindar*, per se construenda et vertenda esse. Seilicet amat Kórmakus, quarto aut octavo versui adjicere epiphonemata quædam, sive sententias e mythologia aut veteri historia petitas, nullum cum ceteris versibus nexum habentes, v. c. *vèltu goð Þjassa; vá Gramr til menja* (Hkr. Hak. Bon c. 16); *fór Hroptr með Gúngni* (Ed. Sn. Tom. I, 242, 2); *komst Urðr at brunni* (ibid. 428, 3); *sitr Þórr í reiðu* (ibid. 466, 3), in quibus sententiis semper eadem constructio locum habet, dum verbum primo loco ponitur, subjectum secundo,

eodem prorsus modo atque in Clavi metrica Snorrii, str. 13: *stóð sær of fjöllum; skaut jörð or geima*, ex quo loco discimus, hanc variationem metricam dici *hjástælt*, et more receptum fuisse, has adjectitias sententias rem aliquam ex vetere historia (Snorrio: *forn minni*, veteres memorias) continere debere. *Jarðhlutr*, rex, sc. is qui terram distribuit (*hluta*, in partes dividere), i. e. qui certas regni partes præfectis suis distribuit administrandas; vel terræ dominus, possessor (*hljóta* sorte nancisci). *Binda hún*, his verbis describi puto insignes vires corporis, quasi apud veteres Norvegos specimen fuerit eximiæ virium magnitudinis et fortitudinis, ursi catulum quadrupedem constringere. Sic ursus grandior, a Skjöldo adolescente vinctus, præjudicium fuit futuræ fortitudinis, Saxo ed. Steph. p. 5. Et Haraldum Grafeldum ob corporis viriumque magnitudinem et multiplicem artium peritiam laudat Snorrius, in hujus hist. cap. 2. *Día fjörðr*, latex deorum, mulsum poëticum, poësis; *Día fjarðar breytir*, poëta, in qua acceptione vocis *Día fjarðar* consentientem mihi habeo Jonsonium, in vers. Njalæ p. 353, not. 6. *Seið Yggr til Rindar*, verbo tenus: Yggus (Odin) incantationem exercuit ad (conciliandam) Rindam (conciliandum Rindæ amorem), ut: *vâ til menja*, pugnavit ad (parandas) opes. His quatuor verbis indicatur mythus de amoribus Odinis ac Rindæ, de quo fusius agit Saxo Grammaticus, vide Lex. Mythol. p. 580—582.

Tom. I, pag. 238:

1. *Steinþórr:* Ek á at hrósa firnum[a] forngervum horna fors hlít-styks farms Gunnlaðar arma[b], ok þó litlum.

a) adv. idem quod *firna*, propr. dat. plur. a *firn*, n. pl., res mira. — b) *farms G. arma*, onus brachiorum Gunnladæ, Odin, vide Ed. Sn. Tom. I. p. 222, cjus *horna fors*, cerevisia Odinis, poësis, h. l. vena poëtica.

2. *Úlfr Uggason :* Hykk Valkyrjur ok hrafna fylgja þar[a] sigrunni, svinnum sylgs heilags tafns. Hlaut; innan svâ minnum[b].

a) *þar*, i. e. in exequiis Balderi, vide Ed. Sn. Tom. I, p. 176. Explicuit hanc semistropham celeb. Magnusenius in Laxdæla, ed. Havn. p. 389. Diu hæsi atque etiam nunc hæreo in construendis his quatuor versibus; quid dicam quatuor? tribus, inquam; nam persvasum habeo, quartum versum, utpote intercalarem, quantumvis obscurum, sibi soli esse reservandum. Igitur in his tribus versibus maximam difficultatem facessit τὸ *sigrunnr* quod alio loco occurrere non puto; non exhibent hoc vocabulum fragm. 748 aut 757 in Odinis nominibus, non Edda Lövasina in suo indice alphabetico Odinis nominum, adeo ut quis dubitare posset, an per se nomen Odinis sit. Verti per d a t o r e m v i c t o r i æ, derivans illud a *sigr*, victoria, et *unna*, concedere (*gefr hann sigr sonum*, Hyndl. 3), constructionem autem adtemperavi ad locum Ludificationis Gylvianæ, Ed. Sn. Tom. I, p. 176: *fyrst at segja frá Óðni, at með honum fór Frigg ok Valkyrjur ok hrafnar hans.* Lex. Mythol. p. 644 τὸ *sigrunnr* in Odinis nominibus recenset, vertitque "t r i u m p h a t o r e m, vel etiam f e l i c e m c u r s o r e m". His positis construxi, *svinnr sylgs h. tafns*, a *svinnr*, propr. intelligens, peritus alicujus rei, it. adsvetus, adeoque particeps alicujus; *sylgr h. tafns*, haustus (i. e. liquor) sacræ victimæ, cruor sacrificalis, sanguis sacer. Ceterum alias construi possunt: *hykk Valkyrjur heilags tafns ok hrafna sylgs fylgja þar sv. sigr.*, i. e. Bellonas, sacram victimam et corvorum liquorem (sanguinem) eligentes. Potest et *sigrunnr* appellative sumi, is qui feliciter v. magna cum fortuna, prospero cum successu, in cursum incitat, a *sigr*, victoria, it. fortuna, et *renna*, incitare in cursum, emittere; tum: *sigrunnr hrafna*, qui corvos, Huginem et Muninem, prospero cum successu emittit, Odin, hoc ordine: *hykk Valkyrjur heilags tafns*

ok sylgs fylgja þar svinnum sigrunni hrafna, vel: *hykk Valkyrjur fylgja þar sigrunni hrafna, svinnum heilags tafns ok sylgs*, i. e. puto Electrices sacræ victimæ et laticis ibi comitari sapientem corvorum emissorem; vel: puto Cæsilegas ibi comitari corvorum emissorem, sacræ victimæ et laticis participem. — b) Verba et sensus hujus versus omnino incerta sunt, quod cum uno vel pluribus versibus intercalaribus, nobis adhuc ignotis, cohæreat; sic v. c. nescimus, utrum *hlaut* sit nomen (sanguis sacrificalis), an verbum (sortitus est), et sic quoque *minnum*.

3. *Egill Skallagrimsson:* Ek blót ei bróður Vilis, guð jarðar, af því at ek sjá gjarna, þó hefir Míms vinr of fengit mèr bölva bætr, er telk it betra.

4. *Idem:* Of vígi vaur úlfs bagi gáfumk vammi firða íþrótt[a].

a) Puto intelligi artem poëticam; alii addunt artem militarem, medicam et magicam, vide *Sonartorrek* ad h. l. in *Egils saga* ed. Hafn. pag. 641.

Tom. I, pag. 240:

1. ***Refr:*** Framr Val-gautr, tamr valdi hrannvala[a] fannar brautar salar, vèr eigu gjalda þær fals veigar[b].

Historia deest.

a) *hrannvalr*, accipiter undæ, navis; *hrannvala fönn*, niveus cumulus navium, undæ spumantes; *hrannvala fannar braut*, via spumantium undarum, mare; cujus *salr*, lacunar maris, cœlum. — b) *falr*, nanus; *fals veig*, potus nani, mulsum poëticum, h. l. vena poëtica.

2. *Einarr Skálaglam:* Ek mun hljóta at ausa austr Her-týs víngnoðar[a] fyrir örþeysi flausta; nè hlítik Frœju[b] of þat.

Historia deest.

a) *víngnoð*, navis vini, vas vinarium; *víngnoð Her-týs*, vas mulsi poëtici, cujus *austr* (sentina): mulsum poëticum. Itaque sensus semistrophæ est: mei officii est, bellatorem carmine laudatorio celebrare; *örþ. flausta*, qvi naves bellicas in expeditiones ducit, bellator, vel simpliciter: navigator, vir. — b) Freyja enim solebat vinum Asis in conviviis infundere. Ed. Sn. Tom. I, 270—72, quare *hlítik* (= *hlíti ek)* postulante contextu restitui.

3. *Úlfr Uggason:* Kostigr Heimdallr ríðr hesti at kesti, þeim er goð hlóðu at fallinn mög kynfróðs[a] Hrafn-freistaðar[b].

a) Deduxi a *kynn (kunn)*, peritia; *kyngóðr*, genere illustris, lect. cod. U, refer ad Heimdallum. — b) Odinis, qui oraculo corvorum, Huginis et Muninis, utebatur; hujus filius Balderus h. l. intelligitur, vide Lex. Mythol. p. 420.

4. *Eiríksmál:* Hvat er þat drauma (kvað Óðinn)? ek hugðumk rísa fyrir dag, ryðja Valhöll fyrir vegnu fólki: vekþa ek Einherja, bæða ek upp rísa, at strá bekki, leyðra bjórker; Valkyrjur, bera vín, sem vísi komi.

Tom. I, pag. 242:

1. *Kórmakr:* Ek úngr[a] bið algildan allvald Ýngva aldar[b] halda of mèr ýs bifvángi[c]. Hroptr fór með Gúngni.

a) Hanc vocem non construi debere cum *Hroptr* (Lex. Mythol. p. 407) svadet tum oeconomia hujusmodi carminis, tum præcepta ad Háttatal str. 13. — b) *Ýngva öld*, id. qu. *Ýngva ætt* (Ed. Sn. Tom. I, p. 234) et *Ýnglíngar*, familia regia Svecorum et Norvegorum, ab Yngvio (Freyo) oriunda. Intelligi h. l. puto Haraldum Grafeldum, Norvegiæ regem. — c) i. e. manum, sec. Ed. Sn. I, 542: *hönd má kalla jörð vâpna.*

2. *Þórólfr:* Þar er Háreks liðar våru högnir, sagði hlífar-styggr Hliðskjálfar gramr sjálfum hitt er hugði.

Mihi nec de auctore Thorolvo, nec de argumento, certi quidquam constat.

3. *Eyvindr:* Hinn er farmagnuðr bar fljúgandi or sökkdölum Surts[a].

a) in antecedentibus poëta haud dubie locutus fuit de mulso poëtico *(mjöðrinn dýri)*, ab Odine ex montibus Hnitbjargis Asgardum deportato, quo referendum est pron. relat. *hinn er.* — *Surtr* h. l. pro gigante in universum, et in specie de Suttungo.

4. *Bragi:* Þat erumk sent, at sonr Alda-föðrs vildi snemma of freista afls við uri þafðan jarðar reist[a].

a) Vox *reistr*, m., mihi ignota est, puto autem eam significare aut vinculum, aut eum, qui arcte constringit, contorquet, circumdat, et cognatam esse voci Angl. *wrest* (pronunc. *rest*), item vocc. Isll. *reista*, contorquere, curvare; *reisting*, contortio, curvatura, FR. 2, 465. In Lex. Myth. p. 481, ubi hæc semistropha translata est, vertitur, "motor", ut si hoc vocabulum cognatum esset cum: *hrista*, *hristir*.

Tom. I, pag. 244:

1. *Einarr:* Þvíat flestr fjölkostigr morðs mæríngr[a] ræðr færa við son Bestlu[b], en þú[c]; ek væri[d] flestu til mærðar.

Historia deest.

a) ad verbum: qui cædibus liberalis est, vel præliis clarus. — b) Odinem. — c) forte intelligit Hakonem dynastam Sigurdi f. — d) accipio h. l. *væri (= veri)* pro 1. s. præs. conj. act. v. *verja*, adhibere, impendere, conferre, qs. libens adtulerim. Ceterum metri genus, quod in hac semistropha observatur, pertinet ad *iðrmælt*, Háttat. Snorrii 47, et proxime accedit ad Clav. metr. Rögnvaldi 58. 59.

2. *Þorvaldr blönduskáld:* Ek hefi nú greipat[a] mart í miði borar[b] Bors, arfa Bura.

a) *greipa*, proprie: manu includere, comprehendere, h. l. carmine includere. — b) ambiguum est in Cod. Reg. *borar* an *bocar*; si prius, *borr* = *burr*, filius, et *Bors borr*, filius Böris, Odin; cujus *mjöðr*: poësis, h. l. carmen; si posterius, *bócar Borr*, *Bör* (Odin, divus) libri, erit vir doctus, vir aliquis clerici ordinis; tum Odinis appellatio, quæ ab hac semistropha abesse non potest, quærenda est in *Bura arfi*, hæres, i. e. nepos Burii, Odin, et tum jungenda, *í miði Bura arfa bókar Börs*, in carmine viri clerici (de viro docto, in virum clericum scripto). Ad utramque lectionem respiciunt variantes, dum W præfert *bvrar*, 757 *barar*, U *bukar*. De Thorvaldo Blandæpoëta nihil reperi, nisi quod Morkinskinna (F. 7, 76 var. lect. 9; et 77, var. lect. 2) ei tribuat carmen aliquod encomiasticum de Sigurdo Hierosolymipeta N. R., quod alii Thorarini Stuttfeldo adscribunt.

3. *Einarr skálaglam:* Ek bið hugstóran foldar vörð heyra á dreggjar brim[a] fjarð-leggjar fyrða; jarl! heyr Kvásis dreyra.

Historia deest.

a) *dreggjar brim*, liquor fermenti (fermentatus), cerevisia; *fjarð-leggr*, crus sinus, i e. ŏs maris, saxum; *fjarðleggjar fyrðar*, homines saxicolæ, nani. Metri genus id. qu. p. 244, 1.

Tom. I, pag. 246:

1. *Einarr skálaglam:* Bergs grunnlá dverga[a] þess, er magnar hvöt böðvar byrgis[b] sorgar, gengr of alla Ullar asksögu[c].

Historia deest.

a) i. e. carmen; *bergs grunnlá*, humor ex imo monte profluens, i e. fons, h. l. aqua, potus. Expectaram quidem

poësin h. l. describi per navigium nanorum, sed eum vox *grvmila* mihi omnino ignota esset, necessitate coactus ad conjecturam hancce confugi. — b) *böðvar byrgi*, ædicula v. nubilarium pugnæ: clypeus; *sorg b. byrgis*, noxa clypei: pugna. — c) *Ullar askr*, navis Ulli: clypeus; *Ullar asksögn*, cœtus clypeatus, milites v. homines. Sensus est: carmen ab hoc forti viro compositum inter omnes homines divulgatur.

2. *Ormr Steinþórsson:* At mitt lík dauðs ok bjórs bríkar[a] veri borit í einn sal; rekkar nemi Dvalins[b] drykk.

Historia deest.

a) i e. feminæ. — b) i. e. nani, ɔ: carmen. Plura fragmenta hujus erotici carminis, metro quod *hálfhnept* (Háttat. str. 77) dicitur, auctore Ormo Steinthoris, de quo nihil indagare potui, infra legentur.

3. *Refr:* Gildi grjót-aldar[a] rær þorsteini geð-reinar; bára Bergmœra[b] glymr, ek bið lýða kyn hlýða.

Historia deest.

a) *grjót-öld*, gens montana, gigantes. — b) *Berg-Mærir*, gigantes (ut *Berg-Danir*, *Berg-Saxar* infra ad p. 248, 4; 282, 1), a *Mærir*, *Mærienses*, ex Mæria Norv.

4. *Egill:* Hilmir buðumk löð: ek á þat of kvöð hróðrs. Ek bar Óðins mjöð á Engla bjöð.

Tom. I, pag. 248:

1. *Glúmr Geirason:* Hlýði[a]! Hefk gildi hapta beiðis[b] mildínga. Því bjóðum vèr þögnar, at fregnum tjón þegna.

Historia deest.

a) i. e. *menn*, vel *hlýði þèr*, auscultate. — b) *hapta beiðir*, h. l. imperator deorum, Odin; *mildíngar h. beiðis*, reges Odiniani, Asæ, quorum *gildi* = *Ása mjöðr*, poësis,

carmen. Sed plures dantur hujus semistrophæ construendæ modi, v. c. *hapta gildi*, potus deorum, poësis, et *mildínga beiðir*, qui expetit reges, ɔ: eorum congressum, gratiam, beneficia, amicus regum v. principum; quum vero omnes incerti sint, eis diutius immorari nolo. Notanda tamen est var. lect. fragmenti membr. 757: *hlýði hafra beiðir*, aures advertat flagitator (v. dominus, possessor) caprorum, i. e. Thor; tum sequ. *mildínga* absolute: Asarum.

2. *Eyvindr:* Ek vilja hlið at hans[a] liði, meðan yppik Gillíngs gjöldum, meðan teljum hans ætt til goða í hverlegi Gálga-farms.

a) i. e. carmini de illo, vel in illum scripto, i. e. in Hakonem dynastam Sigurdi f.; puto enim hanc stropham esse initium carminis *Háleygjatal* (v. Hkr. in præfat.). Sed W, U, 757 h. l. habent *Hárs liði*, i. e. *cerevisiæ* Haris, Odinis, i. e. carmini (ɔ: meo); ab *Hár*, Odin, et *lið*, cerevisia.

3. *Einarr skálaglam:* Vargr hafs eisar fyrir vísa; verk Rögnis[a] högna[b] mèr: Óðreris alda þýtr, aldr[c] við galdra fles[d].

Historia deest.

a) forte rectius *verk Rögnis* vertitur: opus Odinis, i. e. res ab Odine effecta, adquisita, poësis, ut *verk* h. l. sit idem qu. *forverk*. — b) i. e. *hugna; ö = u.* — c) i. e. *um aldr*, perpetuo, semper. — d) galdra fles, scopulus sonorum, vocum, deus, id. qu. *glymr við góma sker* infra ad pag. 250, 2. Tropus sibi constat, *alda þýtr við fles*, unda fremit ad scopulos; metaphorice: carmen ore resonat.

4. *Idem:* Nú er þaz Boðnar bára tèr vaxa. Jöfurs þjóðir görvi hljóð í höll ok hlýði bergsaxa fley[a].

Historia deest.

a) *fley*, h. l. dat. est, pro: *fleyi.*

Tom. I, pag. 250:

1. ***Eilifr Guðrúnarson:*** þèr verði ráða vingjöfum, allz orða sáð Sónar græ oss á sefreinu of kon mærar[a].

Hanc semistropham construxit, vertit et illustravit S. Thorlacius, in Spec. Antiqu. Boreal. 7, p. 178—180; sed historia deest.

a) ex lectione codicis U construitur: *en Sónar sáð æs gert um mæran jarðar kon*, quum carmen factum sit de illustri terræ principe. S. Thorlacius hæc aliter accipit, sc. *allz oss grær Sónar á* (dat. ab *á*, amnis) *orða sáð of mærrar sefreynu kon*, siquidem nobis amne Sonico (rigata) sementis metrica succrescit de inclytæ conjugis cognato. Sed vocula *á* hic sine dubio præpositio est; forma *reyna*, f., exploratrix, sine exemplo est, etsi usitatum est *reynir*, m.

2. *Völu-Steinn:* Glaumbergs[a] Egill! heyr mína Míms vinar strauma glymja við góma sker[b]; mèr er gefinn fundr þundar[c].

Historia deest.

a) Necessitate adactus sumsi hoc pro nomine villæ: ***Glaumberg***, petra resonans. ut ***Glaumsteinn***, ***Glaumbær***. Forte hæc villa fuerit in Halogia, ubi Völu-Stein habitavit, antequam in Islandiam transmigravit, filiusque ejus Egil in hac villa incoluerit (vide Isl. S. Vol. I. [Hafn. 1843] p. 146—47). In mentem quidem mihi venit, ***Glaumberg*** idem esse ac ***Hnitbjörg***, ubi mulsum poëticum servabatur, et ***Glaumbergs straumar Míms vinar***, qs. flumina ab Odine ex monte ***Hnitbjörg*** derivata, carmen significare; sed offendebat numerus singularis, et appellatio ita constituta pleonasticum quid habere mihi videbatur. — b) i. e. ad dentes, vide supra ad p. 248, 3. — c) Odinis, i. e. poësis, h. l. vena poëtica.

3. *Ormr Steinþórsson:* Seggir þurfu-at ala ugg of minn brag; ek snýr engu háði í Viðurs feng; kunnum haga hróðr-smíð.

Historia deest.

4. *Úlfr Uggason:* Hildar Njarðar[a] lá tèr hoddmildum[b] hugreifum Óleifi geð; ek vil kveðja hann at gjöf Grímnis.

a) *hildar Njörðr*, deus pugnæ, Odin; *lá hildar Njarðar*, liquor Odinis, poësis, h. l. carmen. — b) ex lectione cod. U (Tom. II, p. 307) construitur: *Ek tel herreifum Óleifi geðfjarðar lá hildar hjaldrgegnis*, recito coram munifico Olavo laticem pectoralem dei præliorum præsidis (i. e. Odinis), ubi *geðfjörðr*: sinus animi, pectus; *geðfjarðar lá*: liquor pectore servatus, prorsus eadem ratione atque: *Viðris munstrandar marr*, Höfuðl. Egil. Skallag. 1. Quod attinet ad lectionem Cod. Reg. *geðniarþar*, uno vocab., forte ex illa orta sit lectio *geðfjarðar*, per depravationem n (ꞑ) in f (ꜰ). — Ceterum mutato *tèr* in *tèc*, similis prodit sententia, i. e. *tèc hoddmildum hugreifum Óleifi hildar Njarðar geðlá*, si *geðlá* accipitur de liquore amato, expetito.

Tom. I, pag. 252:

1. *Eyvindr:* meðan (vèr) teljum hans ætt til goða í hverlegi Gálga-farms.

Vide supra ad p. 248, 2.

2. Ek á bæði til sollinn vind bergjarls[a] brúðar ok seinfyrnd[b] dverga skip, at senda eina götu.

Historia deest.

a) *bergjarl*, præfectus montium, gigas; *bergjarls brúðr*, femina gigas, cujus *vindr*, animus; per *sollinn bergjarls brúðar vindr* intelligitur aut vehementia ingenii, aut fortitudo animi. — b) Sensus est: pectus mihi et animi fortitudine turget et adflatum est spiritu poëtico, quo carmina, quorum sero memoria deponetur, condere possum.

3. *Bragi skáld:* Vaðr Viðris arfa[a] lá vilgi slakr á Eynefis öndri[b], er Jórmungandr raktist at sandi.

Vide Lex. Mythol. p. 481, b.

a) i. e. Thoris, Odinis filii. — b) i. e. in navi, vel in margine navis.

Tom. I, pag. 254:

1. *Ölver hnúfa:* Umgjörð allra landa[a] æstist, ok sonr Jarðar[b].

a) Cingula omnium terrarum, i. e. Serpens circumterraneus. — b) Telluris filius, i. e. Thor.

2. *Eilífr:* Rösku bróðir[a] stóð reiðr. Faðir Magna vá gagn. Þróttar steinn Þórs nè Þjálfa skelfra við ótta[b].

Hi versus translati et explicati sunt a Sk. Thorlacio in Spec. Ant. Boreal. 7, p. 171.

a) i. e. Thjalvius. — b) duo postremi versus sunt ex Thorsdrapa, str. 10 (Tom. I, p. 296).

3. *Eysteinn Valdason:* Faðir Þrúðar leit hvasligum augum á baug brattrar brautar[a]; Öggs[b] búð æstist áðr at flausti.

Vide Lex. Mythol. p. 482, a.

a) *brattar brautir*, nom. pl., Reg., U, prave h. l., nam secundum U: *brattar baugs brautir*, arduæ circuli viæ, h. l. nihil sonant; est autem *baugr brattrar brautar*, Serpens circumterraneus. — b) scribitur hæc vox *ogr* in piscium nomenclatura, Ed. Sn. Tom. I, p. 578 var. lect. 15, *ögr* in fragm. 748 (Tom. II, p. 480), cfr. Nordens gamle Digtekunst p. 81. Est vox Norvegica, *ouger*, erythrinus, qui describitur in Strömii Descr. Sunnmæriæ I, 398; vocatur Norv. *auger*, *ouger*, a magnitudine oculorum (ibid. I, 302); *öggs búð* h. l. mare.

4. *Eysteinn:* Sifjar rúni bjó snarla fram sín veiðarfæri með karli; (vèr) getum hræra horn-straum[a] Hrímnis.

Vide Lex. Mythol. p. 460, nota ***).

a) *horn-straumr*, flumen cornûs, vinum, cerevisia, potio; *h. Hrímnis* (gigantis): mulsum poëticum, poësis, carmen.

5. *Idem:* Seiðr jarðar[a] renndi fram breiðar sýjur; brá svâ viðr, at hnefar Ulls mágar skullu út at borði.

Vide Lex. Mythol. pag. 482, b.

a) i. e. Serpens circumterraneus; discedo a celeb. Magnusenio, qui h. l. *seiðr* de flamma fluminis accipit, et construit *jarðar borð*, extremus telluris margo, sive murus montanus Utgardensis.

Tom. I, pag. 256:

1. *Bragi:* Eygir[a] öflugbarða fórsk hamri í hægri hönd, þá er of kenndi endiskeiðs[b] allra landa.

Vide Lex. Mythol. pag. 482, c.

a) *Eygir*, h. l. non verbum est (cernit), sed subst. id. qu. *ægir*, *øgir*, qui terret; *öflugbarða*, femina gigas; an existat *öflugbarði*, m., gigas, incertum est. — b) *endiskeið*, meta (propr. curriculum v. spatium extremum, ultimum); *endiskeið allra landa*, serpens Midgardicus, terrarum orbem sinuoso volumine includens.

2. *Gamli:* Gramr Bilskirnis, hinn er samði svik, nam rjúfa skeljúngs gljúfr[a], meðan (hann) snart grundar fisk[b] med hjarta grandi[c].

a) i. e. mare, quod dejecto Mjölnere perrupisse Thor h. l. dicitur. — b) i. e. serpentem. — c) verbo tenus: noxa cordis. Forte præferenda ratio Lex. Mythol. pag. 958 *): *meðan Bilskirnis gramr, h. e. s. s., snart gr.*

fisk með grandi (ok) nam rjúfa hjarta gljúfr skeljúngs (cor serpentis).

3. *Þorbjörn disarskáld:* Þórr hefir varðan Ásgarð með Yggs árum af þrek [a].

a) *Yggs ærir*, famuli v. subditi Odinis, Asæ. *Ásgarð með Yggs árum*, intelligo Asgardum et Asas; Lex. Mythol. pag. 910: Asarum auxilio adjutus.

4. *Bragi:* Ok enn ljóti hríngr brautar borðróins barða [a] starði harðgeðr neðan á Hrúngnis haussprengi.

a) *borðróinn barði*, navis, remigio secundum latera impelli solita (G. Magnæus ad Egils Sag. p. 696), remigio instructa; *braut borðróins barða*, curriculum navis, mare, eujus *hríngr*, circulus, dicitur Serpens circumterranens, quod in oceano jacens universa maria cum terris sinuoso flexu circumdare credebatur. In Lex. Mythol. l. c. *barða borðróinn* construitur, et vertitur, "alis s. axillis præditus", minus accurate.

5. *Idem:* Sundrkljúfr níu höfða þrívalda, hafit vel haldit yðrum eykjum aptr [a] of mærum sumbls simbli [b].

a) *aptr* h. l. accipio eodem sensu ac *eptir*. — b) Per *sumbls simblir*, potatorem cerevisiæ, h. l. intelligi puto Hrungnerem; vide mox narrationem de Hrungnere, et Höstlangæ prius fragmentum str. 1—2.

6. *Eilífr:* Alinn þraungvir þángs tángar [a] gein munni við þúngum rauðbita [b] kunnleggs [c] kveldrunninna kvenna.

De his versibus vide Antiqu. Boreal. Spec. 7, pag. 173—178, Lex. Mythol. p. 482—483. S. Thorlacius putavit hos versus respicere certamen Thoris Geirrödianum; F. Magnusenius recte vidit, eos ad ejusdem eum Serpente Midgardico certamen pertinere, a quo in eo solum discedo, quod h. l. describi putem momentum illud, quo Serpens eseæ Thoris (capiti bubulo) inhiat.

a) *Þángs taung*, forceps algæ, tenaculum algæ, lapis, saxum (propr. scopulus algosus); *þraungvir þángs túngar*, serpens, eo quod circa lapides se convolvere serpentes soleant. — b) Hoc de capite bubulo, quod escæ loco hamo imposuerat Thor, intelligo. Idem sic prosaice exprimitur in Ludificatione Gylviana: "*Miðgarðsormr gein yfir oxahöfuðit*. — c) Derivo hanc vocem a *kun* = *kyn* et *leggr* subst. verbale, qui ponit, deponit, item qui sternit, dejicit; sic *kunnleggr kveldrunninna kvenna*, qui progeniem mulierum noctivagarum (i. e. gigantidum) profligat, i. e. Thor.

Tom. I, pag. 258:

1. ***Bragi*** [1]: Þjokkvöxnum þíklíng[a] kvað þykkja firíng mikla hætting at höfgum megindrætti hafra njóts.

Vide Lex. Mythol. p. 460 *.

a) Intelligitur gigas Hymer, s. Ymer; vide Ed. Sn. Tom. I., p. 170.

2. ***Úlfr***: Fullöflugr fellir fjallgauts[a] lèt hnefa skjalla öz við eyra reyrleggs[b] reyni, þat var ramt mein.

Vide Lex. Mythol. p. 459—460.

a) *fjallgautr*, Odin montis, deus montanus s. monticola, gigas, h. l. collective pro gigantibus. — b) *reyr*, calamus, it. arbor, silva; *reyrleggr* v. *reyrar leggr*, crus, ŏs silvæ: lapis saxum, it. mons; *reynir reyrleggs*, qui explorat montes, qui in montibus versari consvevit: gigas (h. l. *Ymer*).

3. ***Idem***: Víðgymnir Vimrar vaðs laust hlusta grunn af fránum naðri við hrönnum[a]. Hlaut; innan svå minnum[b].

Vide Lex. Mythol. p. 480—481.

a) *hrannir* sunt cumuli algarum et fucorum non solum ad litus, sed etiam in fundo maris congesti; sic h. l. *við*

---

[1]) secundum alios: *Úlfr Uggason*.

hrönnum est id. qu. Ed. Sn. Tom. I, p. 170, *við grunninum*, ubi Cod. Worm. *við hrönnunum* præferebat. — b) de hoc versu intercalari vide quæ dicta sunt supra ad p. 236, 4.

4. *Vetrliði:* þú brauzt leggi Leiknar, limðir[a] þrívalda, steypðir Starkaði, stóttu of Gjálp dauða.

a) *limðir*, membratim dissecuisti, forte cum delectu positum, quum novem Thrivaldii capita Thor diffiderit, v. Ed. Sn. Tom. I., p. 256, 5.

Tom. I, pag. 260:

1. *Þorbjörn dísarskáld:* Ball í kolli Keilu, þú brauzt alla Kjallandi, áðr draptu Lut ok Leiða, lèztu Búseyru dreyra, þú heptir Hengjan-kjöptu, Hyrrokkin dó fyrri, hin sáma Svívör var þó snemr numin lífi.

Tom. I, pag. 262:

1. *Þórðr Sjárreksson:* Goðrún varð sjálf bani suna, snotr goðbrúðr nama una Vani, Kjalarr of tamði mara helldr vel, kvóðut Hamði spara hörleik.

De metri genere horum versuum, vide Ed. Sn. Tom. II, p. 224.

3. *Eyvindr skáldaspillir:* þá er jarla bagi[a] vildi byggja útröst[b] Belja dólgs.

a) Rex vel princeps, nescio quis. — b) extima sedes Freyi sunt loca mari adjacentia; Freyus enim et Njördus, Noatunis habitantes, maris accolæ erant.

Tom. I, pag. 264:

2. *Úlfr Uggason:* Böðfróðr Freyr ríðr fyrstr[a] til borgar Óðins sonar[b] á gulli byrstum börg ok stýrir fólkum.

Vide Lex. mythol. pag. 403.

a) in lectione Reg. et W illud *ok* difficultatem facit, si vel construas: *ríðr fyrst á börg, ok gulli byrstum*, prævehitur verre vectus, eoque setas aureo; puto τὸ *fyrst ok* prodiisse ex *fyrstƨ*, ubi postremum ƨ ab alio exscriptore datum est per z (ok), similitudine abbreviationis decepto; sed sic ultimus versus catalecticus s. apocopatus redditur, quod vitare volens *U* (Ed. Sn. Tom. II. p. 311) reddidit "*enum gulli bysta*" pro *gulli byrstum*. — b) i. e. ad rogum Balderi.

Tom. I, pag. 268:

Úlfr Uggason: [a] Frægr ráðgegninn ragna reinvari bregðr [b] við firna slægjum Farbauta mög [c] at Sínga-steini; móðöflugr mögr átta mæðra ok [d] einnar ræðr áðr fögru hafnýra [e]; ek kynni (þat) mærðar þáttum.

a) hæc stropha translata, constructa et illustrata est a celeb. F. Magnusenio in Lex. Mythol. p. 309—310. — b) *ragna rein*, semita deorum, pons Bivrasta, *ragna reinvarr* s. *vari*, custos Bivrastæ, Heimdallus; *bregða við einhverjum*, propr. obniti, h. l. opponere se cui; vel construe: *bregðr ráð við*, nectit consilia adversus. — c) lectio Regii, *mögr*, hanc constructionem exigit: *frægr ráðgegninn Farb. mögr bregðr við firna slægjum ragna rein-vari* (dat. a *varr*), sed epithetum *firna slægr* multo melius convenire videtur Lokio quam Heimdallo. Ceterum dat. sing. *mög* neminem offendet, qui reputaverit, dativos sing. talium nominum interdum abjecto *i* formas accusativorum adsumere, v. e. *vönd*, *vörð*, *þröm*, pro *vendi*, *verði*, *þremi*, a *vöndr*, *vörðr*, *þrömr*. — d) lectionem Reg. *(en)* secutus, sic construit celeb. Magnusenius Lex. Mythol. l. c.: *mögr átta mæðra áðr en einnar*, octo matrum prius quam unius == octo matrum præter unam, i e. novem matrum. — e) *hafnýra*, ad verbum: ren pelagi, lapis == *steinn*, quæ vox communi usu poëtarum usurpatur de

monili *(steina seyrvi)*. Lex. Mythol. priorem semistropham sic construit: *Ráðgegninn bregðr ragna rein* (commovet cito viam deorum, ɔ: iridem) *at Sínga-steini, frægr vari við* (celebris ob cautelam contra) *firna slægjan Farbauta mög.*

Tom. I, pag. 278:

1. ***Þjóðólfr hvinverski:*** Eðr of sèr[a], er ótti jötna[b] lèt of sóttan hellis bör á Grjótúna haug[c], hyrjar baugi. Jarðar sunr ók at ísarn-leiki[d], en mána vegr[e] dundi und hánum; móðr svall Meila bróður.

Vide S. Thorlacii Observ. Antiqu. Boreal. Spec. 6, pag. 2—31.

a) ɔ: in clypeo, in quo hi mythi depicti erant; vide stropham hujus carminis ultimam. — b) Thor. — c) *Grjótúna haugr* = *Grjótúna garðar.* — d) ɔ: pugna. — e) ɔ: aër.

2. ***Idem:*** Öll ginnúnga ve[a] knáttu brinna fyrir mági Ullar[b], en endilág grund var hrundin grapi. Svölnis ekkja[c] gekk seðr sundr, þá er hafrir drógu hóg-reiðar hofregin[d] fram at Hrúngnis fundi.

a) Puto: habitacula accipitrum, altissimi montium vertices, oppos. *endilág grund* et *mána vegr* in stropha antecedente. — b) i. e. Thore. — c) Tellus, uxor Odinis. — d) Thorem, i. e. *húfregin (o = u)*, ab *hógreið*, commoda vectatio; *húfr hógreiðar*, navis commodæ vectationis: rheda.

Tom. I, pag. 280:

1. ***Idem:*** Of barmi Baldrs[a] þyrmðit þar sólgnum manna dólgi; björg hristust ok berg brustu, upphiminn brann. Ek frá varr hreins reinar[b] myrk-baka vögna hrökkva mjök móti, þá er þarri[c] sinn vígligan bana.

a) Thor. — b) *hreins rein*, area maclidis: saltus; *myrkbök hreins reinar*, obscura terga saltuum, alti montes, quorum *vögn*, gigantes; horum *varr*, custos, tutor gigantum: Hrungner. — c) Forma verbi mihi penitus ignoti, forte forma dilatata pro *sá*, vidit (*þ* pro *s*), ut *slæri*, *sleri* pro *sló*, a *slá*.

2. *Idem:* Fölr randa íss[a] fló brátt und iljar bjarga gæti; bönd ollu því, ímun-dísir[b] vildu svâ. Hraundrengr, tiðr fjöllama, varðat lengi þaðan at bíða hogs frá hörðu of-runa trjónu trölls[c].

a) i. e. clypeus cinerei coloris, utpote saxeus. — b) i. e. Bellonæ, ab *ímun*, pugna. — c) *trjónu tröll*, gigas rostri, h. l. malleus vocatur; *trjóna* = *munnr*, rostrum acuminatum mallei; *tröll* metaph. de re quapiam noxam inferente. Sic *Grettir* securim suam vocat *hamartröll*, ab *hamarr*, pars aversa securis, dorsum securis; *of-runi trjónu trölls*, malleo familiaris, malleo uti svetus, insolenti usu, non enim *runi* ita usurpatum invenio; quare vellem *runi* h. l. idem esse ac *runni*, qui in cursum incitat, ut *of-runi tr. trölls* simpliciter sit: missor mallei.

Tom. I, pag. 282:

1. Fjörspillir Belja bölverðúngar[a] lét ólágra gjálbra fjálbrs bólm[b] falla á randar hólmi[c]. Gramr gilja grundar[d] hnè þar fyrir skörpum hamri, en brjótr bergdana[e] bagði við jormun-þrjóti[f].

a) *Beli*, quocum Freyus dimicavit, haud dubie aliquis gigas fuit, certe si fuit frater Gerdæ (Skirnisf. 16); hinc *bölverðúng Beljá*, noxium vel dirum Belii satellitium: gigantes, quorum *fjörspillir*, interfector, Thor. — b) i. e. gigantem; *bólmr*, ursus, a *bólma*, dormire, quod ursus per totam hiemem dormit (unde poëtis hiems *bjarnar nótt*, nox ursi, audit); *fjálbr* = *fjálfr* = *fjall*, mons, ut *gjálbr* = *gjálfr* a *gjalla*, resonare, ubi τὸ *f* formativum

est. — c) i. e. in clypeo, clypeo insistens. — d) i. e. gigas. — e) i. e. Thor. — f) *jormun* in compositione ingens et excellens aliquid significat, cfr. (I, 282) var. lect. 5.

2. *Idem:* Ok hein víngnis hvein at Grundar sveini, harðbrotin í hjarna mæni[a] herju heimþínguðar[b]. Stála vikr[c], of stokkinn blóði Eindriða, stóð svâ eðr ólaus þar í hausi Óðins burar.

a) Vide (I, 282) var. lect. 8. — b) i. e. Thoris. — c) i. e. cos, qua gladii expoliuntur et lævigantur, dum acuuntur, tanquam pumice. Sic cos in stropha proxime sequenti appellatur *ryðs böl.*

3. *Idem:* Áðr[a] ölgefjon heyli-sára reiði-týrs göli it rauða ryðs böl or hneigi-hlíðum hárs. Ek lít görla þeir[b] of farðir á Geitis garði. [c]Ek þá bifom fáða baugs bifkleif at þorleifi.

a) Sensus est: antequam uxor Örvandilis cotem e capite carminibus amoveret; *ölgefion*, Gefiona cerevisiæ: femina, h. l. uxor; *heyli-sára reiði-týr*, præliatoris circumscriptio, ad verbum: Tyr (deus) cava vulnera infligens, ab: *heyli-sár* id. qu. *holsár*, vulnus in cavum corporis penetrans, vulnus altum; *reiði-týr* a *reiða* = *greiða*, nam sicut dicitur *at greiða högg*, ictum infligere, sic *greiða sár*, inferre vulnera, dici posse opinor; itaque *heyli-sára reiði-týr*, præliator, h. l. *Örvandill*, maritus Groæ, ob fortitudinem dictus *hinn frækni; göli* i. e. *gøli*, imperf. conj. v. *gala (gel, gól)*, h. l. carmina magica canere, incantamentis aliquid efficere; *ryðs böl*, noxa ferruginis: cos; *hneigi-hlíð hárs*, caput, quod secundum Ed. Sn. Tom. I, p. 538, appellatur *land hárs*, terra comæ. — b) *þeir* h. l. accipio pro *þer* = *þær*, illas; *of farðir*, res, eventa, puto a verbo *fara*, evenire. *Geitis garðr*, clypeus. — c) Hi duo versus, qui infra repetuntur, tanquam intercalares, explicandi sunt secundum rationem celeb. F. Magnusenii, propositam in Lex. Mythol. p. 884, quam,

ut unice rectam, arripiendam, amplectendam et tenendam censeo; verba autem sic resolvenda: *baugr*, circulus clypei, unde *baugs kleif*, clivus v. solum, terra circuli, clypeus dicitur, ut alio loco *baugs jörð*, *baugjörð* (Ed. Sn. Tom. I, p. 426, 428), h. l. vero *bifkleif*, ornatus gratia, ɔ: mobile solum circuli, eo quod clypeus inter pugnandum huc illuc moveatur ad excipiendos ictus; *bif* significat: 1) motum. — 2) aquam, mare, vel quemvis liquorem, etsi his notionibus tantum in compositis occurrat. — 3) h. l. secundum explicationem Magnusenii l. c. in plur. tincturas, colores; *bifom fáðr* itaque id. qu. *steindr*, coloratus, de clypeo, OH. 18, 1; Háttatal Sn. 10. Quis ille Thorleivus fuerit, a quo Thjodolvus hunc coloratum clypeum dono acceperit, non liquet; forte Thorleivus, Sapiens dictus, qui sub Halvdane Nigro et Haraldo Pulchricomo vixit.

Tom. I, pag. 290:

1. ***Eilifr Guðrúnarson :*** Faðir lögseims[a] rèð at hvetja fellir Fornjóts, goða flugstalla[b], heiman; Loptr[c] var drjúgr at ljúga. Vilgi tryggr geðreynir[d] herþrumu Gauts kvað grænar brautir liggja til veggjar viggs[e] Geirröðar.

a) i. e. Lokius, pater Serpentis circumterranei, qui h. l. *lögseimr*, aut vinculum oceani (a *seimr* = *simi*, quæ voces cognatæ videntur), aut serpens marinus (a *seimr* = *seimir*, serpens). — b) sic construere visum est; nam etsi probari nequeat, cogitari tamen potest, gigantem Forniotum a Thore interfectum fuisse; *stallr*, de scamnis præruptorum montium, quæ ex stratis eorum proveniunt, nunc vulgo usurpatur; *flug* in compositione præcipitium et altitudinem designat; hinc *flugstallar*, edita vel præcipitia montium strata; *goði*, antistes fani, pontifex; *goði flugstalla*, gigas. — c) i. e. Lokius, qs. aëreus vel aërivagus, cujus rationem Thorlacius adfert ex Eddæ

Skáldskaparm. Cap. 35 (Tom. I, p. 344) "*Loki átti skúa, er hann rann á lopt ok lög*". — d) i. e. familiaris, sodalis, socius Thoris: Lokius. qui et vocatur *hugreynandi Hænis*, Hæneris familiaris, in Höstlanga, de raptu Idunnæ, str. 12 (Ed. Sn. Tom. I, p. 314), adnotante Thorlacio, p. 55; item *of-runni Þórs* ibid. str. 8 (Ed. Sn. Tom. I, p. 310, 3). *Herþruma*, tonitru bellicum, tonitrua et fulmina, quibus Thor gigantes domare solebat, unde Thor *herþrumu Gautr* (quod Odinis nomen est) vocatur. — e) *veggjar vigg*, jumentum parietis, domus, ut *fletbjörn*, Thorsdr. str. 17 (Ed. Sn. Tom. I, p. 302, 1).

2. *Idem:* Þórr lèt Gammleið[a] skömmu biðja sik geðstrángrar göngu; þeir fýstust at þrýsta þorns niðjum: þá er gjarðvenjoðr, ríkri Gandvíkr skotum[b], görðist endr frá Þriðja (ɔ: setri)[c] til setrs ymsa Iðja[d] kindar.

a) = *Lopt*, i. e. *Loka*, ratione homonymica, ɔ: *Gammleið*, via vulturis, aër = *lopt* = *Lopt*, acc. a *Loptr* = *Loki*. Sic Grett. S. cap. 69 str. 1: *Braga kvonar*, uxoris Bragii = *Iðunnar*, genit. a nominat. *Iðunn*, = *iðunnar*, vorticis, genit. sing. cum artic. a nom. *iða*. — b) dat. plur. a *skati*, vir. — c) ab sede Thridii (Odinis), Asgardo. — d) Forte rectius *Iði* pro appellativo sumatur, hoc ordine: *ríkri ymsa kindar skotum*, hominibus gigantei ortûs (i. e. gigantibus) potentior, et: *til Gandvíkr, Iðja setrs*, in Gandvikam, sedem gigantis (Geirrödi), vel sedem giganteam, in universum. Apodosis hujus sententiæ sequitur in stropha sequente.

Tom. I, pag. 292:

1. *Idem:* Varð arma farmr[a] meinsvarans hapts, gorr galdrs[b], fyrri í för, en Rögnir sóknar[c] með sagna svipti[d]. Ek þyl grunnstrauma Grímnis[e]: gallopnis halla manntelir[f] spendu ilja gaupnum á Endils mó[g].

a) *arma farmr*, sarcina brachiorum, proprie est is, quem quis amplexu brachiorum includit, sed a poëtis fere de solis maritis usurpatum est, ut *farmr Gunnlaðar arma*, Odin; *f. Sigynjar arma*, Lokius. Sed videtur etiam de liberis adhiberi posse, ratione habita prisci moris tollendorum liberorum; h. l. de Gjalpa, aut collective de utraque Geirrodi filia usurpatur, adjecto *meinsvarans hapts*, dei perjuri, a *meinsvaran*, n., perjurium, et *hapt* n., deus, ɔ: deus perjurii, Geirrödus, vel, in universum, gigas, utpote hostis deorum (Asarum), pacis fœderumque violator. — b) *gorr*, perfectus in re aliqua, peritus, id. qu. *gerr*, *geyrr*, *gjörr*, h. l. cum genit. *gorr galdrs*, artis magicæ peritus, ut *þreks gjörr* (Ed. Sn. Tom. I, p. 518, 1), *geyrr ilz hugar*, Hýmiskviða str. 9; *varð fyrri í för*, ɔ: ad iter Thoris arte magica impediendum (fluminum glacialium exundatione). — c) i. e. Thor. — d) i. e. Lokius, qui eodem sensu *sagna hrærir*, motor sive ductor agminum, dicitur in Höstlangæ fragmento secundo str. 9 (Ed. Sn. Tom. I, p. 312). — e) i. e. poësis, carmen; sententia mere subjectiva. — f) sic Thor ac socii vocantur, ut gigantum oppressores et deletores, a *gallopnir*, aquila, *gallopnis höll*, lapideum domicilium aquilæ: rupes præaltæ montium; *gallopnis halla menn*, homines monticolæ: gigantes, et denique, *gallopnis halla manntelir*, oppressores gigantum; *telir*, plur. a *táll* (adj. declinationem substantivi adsumente, ad formam *áss*, pl. *æsir*, *esir*) qui fraudem facit, noxam infert. — g) *spendu*, non a *spenna*, amplecti, sed a *spenna* (= *sperna*, *spirna* = *spyrna*), calcare. *Endill*, sec. Eddam, regulus maritimus, sed gigantem quoque significare monstrat vox composita *Sámendill*, vide *Rasks saml. Afhandl. I, 110;* itaque *Endils mór*, h. l., sunt montana. Sic hac stropha describitur, mea quidem sententia, iter Thoris ac sociorum per montana, Jötunheimos ab Asgardo disterminantia.

2. *Eilífr Guðrúnarson:* Ok gagns vanir gunnvargs friðar[a] gengu. Dreyra vers[b] kom til fljóða himintörgu frumseyris[c]: þá er bragðmildr bræði vændr bölkvetir Loka[d] vildi brjóta bág[e] á brúði Grímnis sefmága[f].

a) i. e. Thor cum suis; *gunnvargr*, lupus pugnæ, i. e. grassator præliaris, indefessus præliator, quasi lupina sævitia ruens in prælia, h. l. de gigante Geirrödo, vel potius de quovis gigante. Sed dantur plures explicandi rationes, v. c. *gunnvargr* = *guðvargr*, *goðvargr*, hostis deorum, id.; vel construe cum Cod. Worm. *gunngángs vanir*, adsveti itineribus, ad prælia ferentibus, i. e. bellicosi, quod conferri potest cum phrasi: *at kunna gaung at gunni*, Fornm. s. 6, 387, 2, et *vargs friðar*, sedantes famem lupi, præliatores; *friðar*, m. pl., qui pacant, placant, sedant, h. l. et str. 8. (Ed. Sn. Tom. I, p. 294, 3) pro substantivo verbali accipio (quasi a nominat. *friði*). — b) *vers*, n., versus, vox latina, ab ethnicis, quos cantus catholicus miro modo adfecit, mature adoptata; poëtæ eam pro sono, sonitu, usurpant, sic *skjaldvers*, sonitus clypei, pugna, Korm. S. 11, 1, cfr. *odda messa, vápna messa*, Krákumál ed. Hafniæ 1826, p. 116—17; *dreyra vers*, sonitus profluentis sanguinis, h. l. de effusione sanguinis, et inde metaphorice de cruenta pugna accipio, cum qua pugnæ appellatione insolentiori confero: *bylir steinrunnins blóðs*, Sturl. S. 5, 139. — c) i. e. feminis giganteis; *himin-targa*, clypeus cœli, sidus cœleste, tam de sole quam de luna intelligi potest; *frumseyrir himintörgu*, primus (prior) vulnerator, læsor, perditor sideris cœlestis, proprie est lupus *Sköll*, solis devorator, ita distinctus ab Hatio sive Managarmo, lunæ devoratore; sed propter giganteam ejus originem (vide Ed. Sn. Tom. I, p. 58), pro gigante h. l. ponitur, ut: *hvelsvelgr himins*, *elsólar böl* (Ed. Sn. Tom. I, p. 466). — d) i. e. Thor; *bölkvetir*, qui malum avertit ab aliquo (ut puto, nam notio τοῦ *kvetir* mihi nondum certa

est) amicus, socius, familiaris alicui, custos, auxiliator alicujus. — e) usitatius est: *brjóta bág við einhvern*, s. *í móti einhverjum*, alicui resistere, se opponere. — f) i. e. femina gigantea. Sic *sef* accipitur pro *sif*, necessitudo, et *Grímnir* pro gigante, *Grímnis sefmágr*, giganti adfinitatis necessitudine junctus, i. e. gigas; *brúðr Grímnis sefmága*, sponsa gigantum, femina gigas. Possunt autem verba eodem modo sine transpositione exponi, si *grímnir* pro capro sumitur, et posito, *grísnir* idem valere, *sefgrímnir*, *sefgrísnir*, caper junci, junceti, lupus (ut *hrísgrísnir*, Ed. Sn. Tom. I, p. 418, 2) et gigas, ut supra.

3. *Eilífr Guðrúnarson:* Ok vorru hjalts nönnu vegþverrir[a] vann fetrunnar[b] hlaupár, oltnar af hjalti[c] um gaupu ver[d]. Æstr stökkvir urðar-þrjóts[e] leið mjök or stað, þar er þjóðár fnæstu eitri[f] breiðan stikleiðar veg.

a) i. e. Thor; *varra*, f., tractus currentis navis, it. poëtice: mare (aliæ formæ sunt *vara*, *vör*, *vörr*); *hjalt*, pomum gladii, h. l. globus; hinc *vorru hjalt*, globus maris: lapis, saxum, it. mons, ut *undirkúla vazta*, Ed. Sn. Tom. I, p. 350, unde *vorru hjalts nanna*, nympha monticola: femina gigas, cujus *vegþverrir*, honoris deminutor, i. e. conculcator, profligator: Thor. — b) *fetrunninn*, pedibus v. passibus permensus, *vann fetrunnar* (acc. pl. fem.), periphrastice, pedibus transivit (flumina). — c) vide Ed. Sn. Tom. I, p. 292, var. lect. 16. — d) *gaupa*, lynx, *gaupu ver*, mare lyncis, terra (*sjár dýra*, Ed. Sn. Tom. I, p. 320, cap. 24). — e) i. e. Thor. — f) gelidæ illæ, acres, sulphurosæ luteæ particulæ, quas devolvunt flumina ex montibus glacialibus defluentia, h. l. vocantur *eitr*, virus; cfr. *eitrkvikja* Ed. Sn. Tom. I, p. 42, item epithetum fluviorum, *eitrkaldr;* hinc *Eitra*, nomen amnis parvuli in Borgunda, parœcia Sunnmöriæ, ob frigus perpetuum sic dicti, Strömii Descr. Söndmöriæ I, 139. 149.

Tom. I, pag. 294:

1. *Eilifr Guðrúnarson:* Settu[a] þar fyrir í byr-mörk málhvettan hâf skotnaðra[b]; ne hálar hvælvölur[c] markar sváfu. Hreggi höggvin hlymþèl[d] knátti glymja við möl[e], en fellihryn fjalla[f] þaut með Feðju steðja[g].

a) subjectum intellige: *þeir* illi, i. e. Thor ac sui; *settu fyrir*, ponebant ante (sc) ɔ: prætendebant sibi baculos; *byrmörk*, campus venti, tam mare, quam aqua, fluvius, ut h. l. (*sær, land byrjar*, Ed. Sn. Tom. I, p. 324). — b) intelliguntur baculi præferrati, quibus in transeundo flumine nitebantur; *málhvettr*, propr. ad loquclam incitatus, h. l. sonorus; *hâfr* h. l. accipio pro *hófr*, propr. ungula, h. l. ferrum, quo baculi præmuniti erant; *skot-naðr*, m., serpens jaculationis, propr. *hasta*, h. l. stimulus, baculus spiculatus (hodie in vulgari sermone *broddstafr*, ut Dropl. S. major mscr. cap. 26). — c) i. e. lapides; *nè sváfu*, i. e. non immoti quiescebant, quippe flumine abrepti. — d) verbo tenus: sonora lima, h. l. stimuli baculorum; *hregg*, tempestas, h. l. æstus aquarum, quemadmodum *stormr sjávar* dicitur exæstuatio maris, et luculenter opponuntur *vindr ok stormr (= straumr)*, ventus et æstus, Fær. S. ed. Hafn. 1832, p. 105. — e) *möl*, h. l. fundus lapidosus, alveus glareosus fluvii. — f) i. e. moles aquarum ex montibus devoluta. — g) vel: lapides secum magno cum susurro abripiebat; *Feðja* id. qu. *Fenja*, ancilla Frodii; *steði Feðju*, incus, cui adstat Fenja, propr. lapis molaris, h. l. duræ silices.

2. *Idem:* Njótr njarð-gjarðar[a] sèr hallands mar falla sik of harðvaxnar herðir[b]: gatað hinn neytri ráð fyrir sèr. Þverrir þorns barna lætr svíra megin vaxa sèr til salþaks[c], nema sneri-blóð mörnar[d] þyrri.

a) i. e. Thor. Accipio *njarð-gjörd* de cingulo roborifico, etsi nesciam, unde illud *njarð* h. l. et in *njarðláss*, profectum sit; forte mythum aliquem de Njördo nobis ignotum respiciat. — b) *falla sik of herðir*, cadere sibi super humeros, anomale dicitur, pro *falla of herðar sèr*. — c) *salþak*, tectum, lacunar terræ, cœlum, a *salr*, quod h. l. terram significat, ut in Völuspá str. 4 = Miðgarðr. — d) verbo tenus: rapidus sangvis (i. e. liquor) fluvii; *sneri* v. *snerri*, in compos. asperum quid, et rapidum significat; *sveri* vero et *sverri*, aliquid grave, ingens; *blóð* h. l., ut *dreyri*, liquor manans. Conjecit autem G. Pauli h. l. *flóð* (susceptum a Raskio) pro *blóð*, S. Thorlacius *njarnar* pro *mörnar*, quibus conjecturis h. l. opus non est.

3. *Eilifr Guðrúnarson:* [a]Gunnar runnar! eiðsvara friðar Gauta setrs, snotrir víkingar, óðu fast[b], en sverð-fen[c] flaut. Kykva nauðar[d] áss! hrönn, blásin hretviðri jarðar skafls[e], þurði af afli at herði hauðrs runn[f].

a) in hac stropha binæ occurrunt apostrophæ ad auditores, quibus carmen suum recitavit, aut recitari voluit poëta, nempe: *Gunnar runnar*, plur., viri bellicosi, et *kykva nauðar áss*, deus arcûs, jaculator, præliator, vir, in singulari numero. — b) cum hac sententia proxime jungenda est prior semistropha strophæ sequentis, sic: *friðar Gauta setrs* (i. e. Thor et comites) *óðu fast*, *unnz Þjálfi með ýta sinni kom* etc. — c) *sverð-fen*, mare v. liquor terræ, amnis, a *sverðr* = *svörðr*, terræ superficies, gleba terræ, et *fen*, palus, it. poëtice: mare, liquor. — d) *kykva nauð*, afflictio musculi (lacerti), metonymice: tensor musculi, arcus, cujus *áss*: vir. Vice versa manus vocatur *bognauð*, quod arcum tendat. — e) cumulus terræ, i. e. mons. — f) dat. pro *runni; hauðrs runnr*, surculus, germen terræ, i. e. filius Telluris, Thor.

Tom. I, pag. 296:

1. *Eilifr Guðrúnarson:* Unnz[a] þjálfi með ýta sinni[b] kom sjálflopta[c] á skaunar[d] seil himinsjóla; þat[e] var aflraun. Hrekkmímis[f] ekkjur áðu straum stríðan stáli; stríðlundr steypir stophnísu[g] fór með Gríðar völ.

a) de nexu sententiarum vide ad stropham antecedentem notam b. — b) itaque præter Lokium et Thjalvium plures Asæ hujus cum Thore expeditionis socii erant. — c) i. e. aquarum gurgite elevati, ɔ: quum exæstuatio fluminis adeo crevisset, ut comites Thoris vadare non amplius possent, tum aquis ultro sublevati cingulum Thoris arripiebant eoque se sustinebant. — d) quid *skaun* h. l. significet, id quidem nescio; puto id primitiva significatione protectionem, tutelam designare, et hinc ortos esse alios significatus, v. c. clypei, nominum propr. tractus Norvegici *Skön* et Svecici *Skån*, ɔ: ob sylvarum refugia; hinc et Dan. *skåne*, Germ. *schonen*, parcere. H. l. autem *skaunar seil*, vinculum tutelæ, idem esse puto atque *megingjarðar*, cingulum roborificum. — e) i. e. quod Thor, amnem pedibus pervadens, omnes socios cingulo suo pendulos gestabat. — f) *Hrekkmímir*, aut gigas dolosus, a *hrekkr*, aut procellosus, procellis obnoxius, a *hregg:* intelliguntur Greipa et Gjálpa; sequ. *áðu* = *háðu*, præsecta adspiratione, imperf. v. *heyja*, efficere, facere; *stáli*, chalybi, puto baculis præferratis, qui rapiditatem fluminis vix ac ne vix quidem sustinere potuerint. — g) i. e. Thor; *stophnísa*, delphinus rupium, gigas, puto a *stop* = *stapi*, rupes prærupta, abruptum.

2. *Idem:* Nè dólgs akarn[a] drápu stall[b] við djúp-rastar falli[c] fírum, stríð-kviðjundum glamma stöðvar våms. [d]Eiðs firðar hlaut ógndjarfan hug, arfi[e] meira. Þróttar-steinn Þórs nè Þjálfa skalfa við ótta.

a) *dólgs akarn*, glans hostilitatis (hostilis animi), cor, sec. Ed. Sn. Tom I, p. 540. — b) *drepa stall*, quæ phrasis sæpius occurrit de corde palpitante, proprie dici puto de rebus, quæ decidunt et repercussione aliqua subsiliunt. Haud absimile Græcorum κραδία φόβῳ φρένα λακτίζει, cor metu adversus præcordia calcitrat, Æsch. Pr. 880. — c) *fírum*, i. e. comitibus Thoris; *glamma stöð*, statio luporum, saltus montana; *glamma stöðvar vâmr*, gigas, *glamma stöðvar vâms stríð-kviðjendr* dicuntur Asæ, ob eorum perpetua cum gigantibus bella. — d) *eiðs firðar*, verbo tenus: viri jurisjurandi, i. e. viri jurata amicitia, v. societate juncti, h. l. Asæ, Thoris comites. H. l. subjectum pluralis numeri est, præcedente verbo in singulari. — e) *arfr*, propr. hereditas, patrimonium, h. l. de divitiis accipio.

3. *Eilífr Guðrúnarson:* Ok sverðs sifuna hlífar liðhattar[a] gerðu síðan [b]dyn við barði harðgleipnis borðs hörða[c]: áðr, skál-eik[d]! hrjóðendr fjöru þjóðar[e] heiði[f] Hèðins reikar hylríðar[g] við skyldbreta skytju[h].

a) i. e. Asæ; *sifuna*, adj. indecl., necessitudine junctus, a *sif*, plur. *sifjar*, et *una*, acquiescere; *sverðs sifuna*, gladii necessitudine junctus, i. e. commilito, cui locutioni comparo *branns bræðr*, Isl. S. ed. Hafn. 1843, Vol. I, pag. 327, 2. *Hlíf*, arma ad tegendum corpus. *Liðhatti*, duplicato *t.*, id. qu. *liðhati*, qui auxilium odit, recusat; *hlífar liðhattar*, qui armis defensoriis in præliis non utuntur, ut in Ýngl. S. c. 6 Asæ dicuntur sine loricis, sed cum clypeis, in prælium ivisse. — b) *gerðu dyn við barði*, i. e. terram (gigantum) sonoro gradu pertransiverunt, superatis fluviis glacialibus. — c) i. e. gigantum; *gleipnir*, vinculum Fenreris, *harðgleipnir*, quod duriter v. arcte constringebat; *harðgleipnis borð*, tabula a vinculo Gleipnere constricta, ipse lupus *Fenrer*, et h. l. lupus, et *harðgleipnis borðs hörðar*, homines lupis similes, i. e. gigantes, quum ob feritatem ingenii, quum ob originem. Vel forte rectius

h. l. *gleipnir* sit lupus, quamvis tacente Edda, qs. vorax a *gleypa*, vorare; tum *borð* = *barð*, terra editior, et *harðgleipnis borð*, sævi lupi terra edita, saltus et montana, qua ratione gigantum apellatio optime procedit. — d) h. l. apostrophe est ad feminam carmini operam dantem. — e) i. e. Asæ; *fjöru þjóð*, gigantes littora Jötunheimi incolentes, ut *flesdrótt* in str. sequente. — f) *heïði* = *heði* (*ei* = *e*) imperf. conj. v. *heyja*, facere, gerere. — g) i. e. prœlia; *Hèðins reik*, caput Hedinis; *Hèðins reikar hyla* (= *hula*), capitegmen Hedinis, galea, cujus *ríð*, procella galeæ: pugna. — h) i. e. gigantes, incertum qua ratione; sed premam verba, quà potero: *skyldbretar skytju*, primo est pro *Bretar skyld-skytju*, *skyld-skytju* vero pro *skyldar skytju*, ubi *skyld* idem esse puto ac *Skuld* (*y* = *u*), dea Cæsilega; *skytja*, telum, jaculum, et *skyldar* (= *Skuldar*) *skytja*, telum Skuldæ, hasta v. bipennis. *Bretar*, Britones, synecdoch. pro populo, ut *Kumrar*, *Saxar*, *Danir* etc. in gigantum appellationibus.

Tom. I, pag. 298:

1. *Eilífr Guðrúnarson:* Fles-drótt Ívu nesja[a] dreif með dróttar kneyfi[b]. Dólg-ferð kólgu Svíþjóðar[c] sótti á flótta: þá er ættir[d] funristis[e] stóðu fasta, knáttu flóðrifs[f] Danir útves[g] Jolnis lúta fyrir.

a) *Íva*, fluvius Jötunheimiæ, S. Thorlacio Obius, Siberiæ fluvius; *Ívu nesja fles*, scopuli Ivæ promontoriorum, i. e. scopuli ante promontoria, qua se Iva in mare exonerat. — b) *kneyfir*, qui urget, propellit, promovet, a *kneyfa* = *knýja*, urgere, promovere, h. l. qui copias in aciem educit; intelligitur gigas Geirrödus. — c) id. qu. *Svíþjóð hin kalda*, Yngl. S. cap. I. — d) *ættir* (plur. ab *ætt*), homines, comites Thoris, sive cohortes Asicæ, Thorem in expeditionem comitatæ. — e) *funristir*, ignem contorquens, excutiens, h. l. Thor fulminator — f) *flóðrif*, ós

pelagi: lapis, saxum, it. mons, unde *flóðrifs Danir*, natio monticola, incolæ montium, i. e. gigantes. — g) *útve*, locus exterior, h. l. tractus terræ oceano adjacens; *útves Jolnir*, Odin (deus) terræ extremæ: Geirrödus gigas.

2. *Eilífr Guðrúnarson:* Hlymr hellis Kumra[a] varð, þeirs hrinbálkar[b] þornranns, bornir hugum hersa íþróttar[c], gingu fram. Hlöðr res[d] kvânar, ferðr í fasta[e], listi gnípu hreini[f] á greypan granhött[g]; þar var friðsein[h].

a) *Kumrar*, Cumbri, incolæ Cumbriæ, Angliæ provinciæ, unde *Kumraland*, Cumbria, Ólafs S. Tryggvas. c. 31; h. l. in appellatione gigantum adhibetur, ut *Bretar*, *Saxar*, *Danir*, *Hörðar* etc. — b) *bálkr*, trabs, *hrinbálkr*, trabs fremebunda (*hrína*, fremere, clamare, *hrinur*, fremitus, clamores, ululatus); h. l. *bálkr* inservit gigantum appellationi, adjecto antri vocabulo, *þornrann*. — c) *hersa íþrótt*, ars ducum, i. e. ars militaris, belli studium; hinc *hugr hersa íþróttar*, animus bellicosus; *borinn*, præditus, ut in *viti borinn*. — d) S. Thorlacius, Spec. 7, p. 125, *Rer*, genit. *Res*, vocat Eddicam gigantis appellationem; nondum inveni *Rer* in gigantum nomenclaturis, sed tantum *ver* s. *verr*, quæ vox nota fuit S. Thorlacio (vide l. c. p. 80). *Rer* vero regulus maritimus est; interim satis perspicuum est, *Rer* h. l. pro gigante poni, ut *Endill* supra ad pag. 292, str. 1, not. g; nam *Res kvân*, uxor gigantis, femina gigas, cujus *hlöðr*, occisor, prostrator, Thor. — e) *fasti* h. l. pro substantivo accipio, locus arctus, angustus; *ferðr í fasta*, in arctum coactus, in locum, unde exitus non est, redactus, h. l. multitudine adversariorum circumdatus vel inclusus. Comparo cum hac locutione alteram oppositam, *at fœra einhvern í reikuð*, aliquem libero campo ultro citroque agitare. — f) *listi*, imperf. anomalum verbi *ljósta*, pro *laust*, percussit; conferri potest *risti* pro *reist*, *liddi*, *kviddi*, *sviddi*, pro *leið*, *kveið*, *sveið*. *Gnípu hreinn*, maclis præruptorum: gigas; *hreini*, acc.

plur., ut nominat. fuerit *hreinar* et *hreinir*. — g) *granhöttr*, pileus labiorum, calva, caput. — h) *friðsein*, retardatio pacis, impedimentum pacis: pugna.

3. ***Eilifr Guðrúnarson:*** Ok brá-túngls sólar[a] (á) hallvallar fylvíngum[b] tróðust þer þúngu troði við hám loga himni[c]. Vafrevþa hreggs[d] húfstjóri braut hundfornan hlátr-elliða kjöl[e] hvoru-tveggja hellis sprundi.

a) *brá-tungl*, luna ciliorum: oculus; *sól*, h. l. accipio de vasto rotundo orbe, h. l. enim vasti gigantidum oculi describuntur. Conferatur autem de his quatuor versibus Lex. Mythol. p. 910, nota *). — b) *hallvöllr*, montana, ut *halland*, Ed. Sn. Tom. I, p. 294, 2; *fylvíngar*, plur., qui se abscondunt, homines occulti (a *fela*, *fól*) condere, unde et *fylvíngr*, ensis, quasi vaginâ conditus; *hallvallar fylvíngar*, qui montibus se abdunt: gigantes, h. l. de gigantidibus Gjalpa et Greipa. — c) *logi* h. l. accipio de igne domestico (*mál-eldar)*, unde *loga himinn*, cœlum ignis domestici, tectum, vel fornix tecti. — d) *vafrevþi*, m., puto compositum esse ex *vafr*, motus, et *evþi*, ignis; *evþi* autem esse id. qu. Eddicum *uði*, ignis (*ev* = *ø*, *u*, ut Ed. Sn. Tom. I, pag. 106 *levþíngr* = *løþíngr*, *læðíngr)*. Prope itaque accedit *vafrevþi*, ignis mobilis, ad notionem τοῦ *vafrlogi*, sed prior vox h. l. de fulmine usurpatur; hinc *vafrevþa hregg*, tempestas fulminea, *húfr vafrevþa hreggs*, navis tempestatis fulmineæ: rheda Thoris fulminatrix, cujus *stjóri*, gubernator, Thor h. l. dicitur. — e) *hlátr-elliði*, navis risûs: pectus; *kjölr hlátr-elliða*, carina hujus navigii, est spina dorsi.

Tom. 1, pag. 300:

1. ***Idem:*** Kon fjarðeplis jarðar[a] nam fátíða fróði[b]; nè[c] mugðu[d] mörar legs menn[e] kenna ölteiti[f]. Álmtögar ægir[g]! Átruðr Suðra[h] laust töngu sega[i], soðnum afli, í gin[k] ángrþjóf Óðnis[l].

a) i. e. gigas Geirrödus; *kon*, apocopato *r*, = *konr*, vir; *fjarðepli*, pomum maris: lapis; *fjarðeplis jörð*, terra saxosa: montes vel montana. — b) ɔ: arte jaculandi ceteros omnes præstabat. — c) i. e. neque tamen eo magis. — d) forma obsoleta pro *máttu* a verbo *mega* (etiam *megja*). — e) i. e. gigantes, a *mörar leggr*, crus (ŏs) terræ: lapis, saxum, mons. — f) non puto h. l. intelligendam esse lætitiam convivalem, ab *öl*, cerevisia, symposium, sed solidam lætitiam, ab *allr*. — g) i. e. *vir*, apostrophe ad auditorem. — h) gigas Geirrödus, qui h. l. cognatus nani dicitur, utpote saxicola. — i) *segi*, frustum lentum (a *seigr*); *töngu segi*, massa ferri, forcipe prehensa, h. l. contus ferreus (*járnsía*). — k) id. qu. *í gen*, *í gegn*, contra, adversus (*i* = *e*) — l) *ángrþjófr*, qui dolorem surripit, dolorem aufert, qui lætitiam alicui adfert; *a. Óðnis* (per metathesin pro *Óðins*), deliciæ Odinis: Thor, filius carissimus Odinis.

2. *Eilifr Guðrúnarson:* Svå at, hrað-skyndir Gunnar[a]! lángvinr[b] þrúngvar, svalg of hrapmunnum[c] á lopti síu, lyptisylg handa: þá er eisu ás[d] örþrásis Greipar, Hrímnis drósar, fló af þjóst-brjósti til þrámóðnis[e] þrúðar.

a) prœliator, vir; apostrophe ad lectorem. — b) Thor, amicus Freyæ quam præcipue ob causam vocetur, non liquet. Forsitan Freyam, Odi mariti quærendi gratia varias terras peragrantem, protexerit et auxilio suo sublevarit. Nam h. l. Freya appellatur *Þrúng*, i. e. mœrore contracta, animi ægritudine turgens, mœsta, tristis, quod nomen in his erroribus adsumsisse videtur. Aliis locis occurrunt formæ *þrúngva* et *þúngra*, tanquam Freyæ nomina, quæ eodem respiciunt. — c) i. e. *hrap-mundum*, velocibus manibus (*nn* = *nd*); *svalg á lopti*, sublimem intercepit, sed *svalg*, deglutivit, ob sequens *lyptisylgr handa*, haustus manuum vibrabilis, i. e. massa ferri, vel contus ferreus,

manibus libratus et conjectus. — d) *eisu ás*, contus favillæ, i e. massa ferri igne cocta et in bacillum ferreum procusa. *Örþrásir*, qui magnopere cupit, desiderat, amat, h. l. pater ɔ: Geirrödus (ab *ör* intens. et *þreyja*, desiderare, *þrá* desiderium). Idem forte significat lectio Cod. Reg. *avrþvrsir*, et S. *örðursir*, quod cohærere videtur cum *þurs*, gigas, cujus significatus proprius incertus est. — e) *þrámóðnir* (a *þrá*, desiderium et *móðr*, animus), intimo amoris adfectu commotus, id. qu. *örþrásir*, ɔ: Thor, pater Thrudæ.

Tom. I, pag. 302:

1. *Eilífr Guðrúnarson:* [a]Höll þurnis bifðist, þá er (heiðrekr of kom breiðu höfði und fornan fótlegg fletbjarnar veggjar) ítr gulli Ullar[b] laust meina nezu[c] mez niðr í miðjan jótrs[d] bígyrðil vegtaugar þrjóti[e].

a) sensus est: aula Geirrödi concussa est, cum Thor Geirrödum, qui se pone columnam salutis causa collocaverat, conto ferreo trajiceret. *Þurnir*, gigas, cognatum cum *þorn* et *durnir*. *Heiðrekr*, obiens montana (*heiðr*, *reka*), præfectus montanorum: gigas (ɔ: Geirrödus), ad formam τοῦ *landreki*, rex. *Fletbjörn*, ursus lecti v. scamni: domus, ædes, cujus *veggjar fótleggr*, crus laterale: columna domûs. — b) i. e. Thor, vitricus Ulli; proprie *gulli* est, qui blandis verbis aliquem adloquitur, hinc intimus amicus et familiaris; cognatum est *gæla*, mulcere, blandiri, delectare, et phrasis: *grípa gulli á við einhvern*, blanditiis aliquem ad se pertrahere, devincire. — c) *meina neza*, ad verbum: aculeus damnorum, aculeus damnosus, perniciosus, noxius, i. e. contus v. bacillus ferreus, a Thore in Geirrödum retortus; *neza* = *nez*, proprie aculeus fibulæ (= *þorn*), alias quoque de rudi massa ferrea usurpatur, ut *kaldnez*, aculeus frigidus, de dente anchoræ. — d) *jótr*, sec. Eddam,

dens maxillaris; *bígyrðill*, aretum vinculum, unde *jótrs bígyrðill*, aretum eingulum dentis maxillaris: gena, os vel eaput. — e) giganti Geirrödo; *vegtaug*, funis libratilis, vibrabilis: funda; *vegtaugar þrjótr*, pervicax jaeulator; jaeulandi et sagittandi peritia exeellebant haud dubie gigantes ut Seythiei homines.

2. ***Eilifr Guðrúnarson:*** Salvanið-synjar arin[a] brauti laut görva sigr of glaums[b] niðjum, [c]fór gramr með dreyrgum hamri. Tvíviðar tývi[d] komat liðs-tollr brautar[e], sá er of beiti[f] harmi bekk-karms rekka falljötuns[g].

a) seripsi hane apellationem seeundum ordinem in ipsa stropha receptum, ut appareat legenti, *s* ante *synjar*, ut in pronuntiatione, ita in seriptione faeile exeidere potuisse. Nam appellatio sie resolvenda est: *arinsynjar salvaniðs brauti*, deletor gigantis: Thor; *arinn*, focus, h. l. lapides, saxa; *arin-syn*, nympha saxieola: femina gigas; *arinsynjar salvaniðr*, domum gigantidis frequentans: gigas, cujus *brauti* (= *broti*, *brjótr*), Thor, ut *brjótr bergdana* supra ad p. 282, str. 1 not. e; *salvaniðr* a *salr*, ædes, et *venja*, adsuefacere. — b) *glaumr*, etsi inter gigantes Eddieos non reperiatur, h. l. pro gigantis nomine cum S. Thorlacio sumendum est, adeoque id. qu. *glámr*, *glaumarr*. — e) subintellige: *þá er hann*, cum ille ɔ: Thor. Sensum esse puto: antea quidem, cum Thor malleo suo utebatur, gigantes ad internecionem delevit; nunc autem, cum sine malleo erat, idem parvo scipione (ɔ: Gridæ) effeetum dedit. S. Thorlaeius putat, Mjölnerem, dejeeto Geirrödo, jussu Thoris in manum ejus revolasse, eoque telo usum Thorem eeteros gigantes stravisse. Sed virtus sponte in manum redeundi Mjölneri non nisi misso aut conjeeto adscribitur. Alioquin Thor, malleo furtim spoliatus, non opus habuisset personatus in Jötunheimos ad eum recuperandum proficisei; vide *Hamarsheimt* sive *Þrymskviða*. — d) jaeulatori ɔ:

Geirrödo; *komat*, non venit, i. e. Geirrödus, insignis ille jaculator, non Gridæ baculo, ut ceteri gigantes, necatus est. — e) i. e. baculus ɔ: Gridæ; verbo tenus: pinus viæ auxiliatrix, i. e. baculus, quo inter ambulandum nitimur; *tollr* h. l. id. qu. *þollr*. — f) pro *beitti*, a verbo *beita*, h. l. afficere. — g) *bekk-karmr*, conclave sive cubiculum scamnorum, triclinium; *bekk-karms rekkar*, sodales, socii; *falljötunn*, gigas prostratus ɔ: Geirrödus conto ferreo dejectus.

3. *Eilifr Guðrúnarson:* Helblótinn[a] hneitir undirfjálfrs bliku[b] vâ Álfheims kálfa[c] af afli (með) hóg-brotníngi skógar[d]. Nè valrugar látreldar[e] máttu of bella liðföstum aldrmínkanda steins Lista Ellu.[f].

a) puto idem quod *herblótinn*, commutatis liquidis *r* et *l.*; vide et Lex. Mythol. pag. 491. — b) *undirfjálfr*, mons inferior, altiori monti subjacens, vel inferior pars montis; *undirfjálfrs blika*, fulgor, fulmen in subjectos montes decidens; vel *undirjálfr*, resonantia, et *undirjálfrs blika*, fulmen, cum fragore cœli; *hneitir*, qui torquet, jacit, spargit: itaque Thor. — c) vitulos Alvheimi, i. e. gigantes Siberiæ s. Jötunheimiæ; vide S. Thorlacii Spec. 7, pag. 156—160. — d) i. e. baculo ɔ: Gridæ; *brotníngr* accipio de ramulo (*a brjóta*, qs. avulsus ab arbore). — e) *valrugr*, far bellicum: tela, sagittæ; *valrugar látr*, scopulus telorum: clypeus (*laud vàpna*); *valrugar látreldar*, enses vel frameæ, cfr. ad Ed. Sæ. Tom. I, pag. 296, str. 3, not. g. — f) *Listi* propr. provincia Norvegiæ, qs. margo, ora terræ, h. l. de terra accipio; *Ella*, regulus maritimus (quondam Northumbriæ imperans, Ragnaris Lodbroki victor et interfector); hinc *steins Listi*, terra lapidosa: montana; *Ella steins Lista*, regulus montanorum (quemadmodum aliis locis *fjallgestill* et *hraunatli*, gigas, ab *Gestill* et *Atli*, regulis maritimis), et tandem *steins Lista Ellu aldrmínkandi*, qui ætatem gigantis minuit, Thor γιγαντολέτωρ.

Tom. I, pag. 306:

1. *Þjóðólfr hinn hvinverski:* [a]Hve skal raddsveif[b] leggja gjöldum galla raums brú[c], er (ek) þá at Þorleifi, sæmi gunnveggjar rekka[d]? Ek sè trygglaust of far þriggja týframra tíva[e] ok þjaza á hreingöru hlýri Hildar vez[f].

a) totum hoc carmen Höstlangæ, quod de raptu Idunnæ et cæde Thjassii agit, edidit, construxit et notis historicis et philologicis illustravit S. Thorlacius in Antiquitatum Borealium Observationum Specimine 6to p. 32—82. Vide quoque Lexicon Mythologicum p. 883—884, ubi celeb. F. Magnusenius primam et ultimam hujus carminis stropham aliter explicuit, quem, etsi in pauxillulis ab eo discedam, in universum sequor. — b) *raddsveif*, clavus vocis (sermonis): lingua. — c) *gallr* = *gjallr*, sonorus; *raumr*, longurio, h. l. gigas, pons vero gigantis clypeus appellatur sec. Ed. Sn. Tom. I, pag. 420. — d) *gunnveggr*, paries, tabulatum Bellonæ: clypeus; *gunnveggjar rekkr*, vir clypei, i. e. vir clypeatus, miles vel vir fortis in universum, ut *öld gunntjalda*, Forum s. 10, 141, 2; *sæmir*, qui honestat, ornat, muneribus donat. — e) i. e. Odinis, Lokii, Hæneris. — f) i. e. in clypeo, a Thorleivo dato, depicta vidit poëta, quæ in sequentibus versibus describit. *Hildar ve*, numen prœlii, Odin; *hlýr*, h. l. tabula, tabula vero Odinis clypeus est.

2. *Idem:* Snótar úlfr[a] fló a fyrir skömmu[b] í gömlum glamma ham[c] gemlis at móti seggjondum sagna[d]. Árgnæfar[e], örn settist, þar er Æsir báru mat á seyði; bjarga byrgitýr[f] vara bleyðivöndr.

a) i. e. Thjassius gigas, ob raptam Idunnam; *úlfr*, lupus, h. l. prædonem, raptorem significat. — b) ratione habita rerum, quæ postea acciderunt, quæque in sequentibus explicantur. — c) *glamma hamr*, exuviæ stridorum, i. e.

alæ stridentes, susurrantes, ut *fjálbr gjálbra* supra ad pag. 282, str. 1, not. b; hinc aquilæ lentus et susurrans volatus dicitur *arnsugr*, stridor, susurrus aquilinus; vide mox infra hujus carm. str. 12 (Ed. Sn. Tom. I, pag. 314, lin. 10). — d) i. e. Asis; forte rectius cœtuum vel hominum præsidibus, a *seggja* pro *segja*, dicere, et transl. præcipere, imperare; ceterum notio propria vocis *seggja* h. l. mihi ignota est; *sagnir* autem h. l. esse cœtum vel homines, non narrationes (Lex. Mythol. pag. 884), mihi verosimile facit appellatio Lokii *sagna sviptir*, Thorsdr. str. 3 (Ed. Sn. Tom. I, pag. 292) et *sagna hrærir* infra, huj. carm. str. 9 (Ed. Sn. Tom. I, pag. 312, lin. 3). — e) i. e. feminæ. — f) *byrgi*, n., id. qu. *borg*, arx; *bjarga byrgi*, arces montium, summi montes, quorum *Týr*, gigas.

3. *Þjóðólfr hinn hvinverski:* Meðal tálhreinn beini var tormiðlaðr tífum[a]. Hjálmfaldinn hapta snytrir[b] kvað: hvat mun valda því? Margspakr már valkastar báru[c] of-nam mæla af fornum þolli: Hænis vinr[d] vara hánum hollr.

a) *meðal tálhreinn*, non a fraude immunis, eo quod Thjassius, specie aquilina arbori insidens, arte magica coctionem carnium impedivit. *Tormiðlaðr* verbo tenus exprimere studui: difficulter divisus, communicatus (*tor-, miðla*); sed involvitur huic loco metonymia quædam consequentis pro antecedente; hoc sibi enim vult poëta, cibum (carnes) non sine aliqua difficultate percoqui potuisse, at dividi inter socios cum hisque communicari non potuit, nisi ante coctus esset. — b) i. e. Odin. — c) i. e. aquila; ad verbum: larus sanguinis, a *valkastar bára*, unda cæsorum, cruor, h. l. Thjassius, aquilina specie indutus. — d) i. e. Lokius, vide str. 6 (Ed. Sn. Tom. I, pag. 310, str. 1).

Tom. I, pag. 308:

1. *Idem:* Fjallgyldir[a] bað Fetmela[b] deila sèr fullan[c] af helgu skutli; Hrafnásar vin[d] hlut blása.

Vígfrekr vagna víngraungnir[e] lèt sígast ofan, þar er vèlsparir varnendr goða[f] voru farnir[g].

a) lupus, vel monstrum montanum: gigas, Thjassius. — b) puto Hænerem, qui Ed. Sn. Tom. I, pag. 268 vocatur *lángi fótr*, longus pes (i. e. longipes), a *fet*, vestigium, it. pes, et *Meli* = *Meili*, unus filiorum Odinis. S. Thorlacius conjecit: *feðr Meila*, patrem Meilii, i. e. Odinem. — c) *fullan*, f., implementum, complementum; sequens vocab. *helgu* puto esse pro *helgum*, omisso *m*, nam *skutull*, quantum scio, semper masc. gen. est. — d) *Hrafnás*, Asa corvorum, Corvinus, i. e. Odin; *vin Hrafnásar*, amicus Odinis, Lokius; *hlut* = *(hlot, hløt) hlaut*, impf. verbi *hljóta*, sorte nancisci. — e) i. e. gigas, Thjassius; sic resolvo: *raungnir víng-vagna*; *raungnir* mihi est idem quod *rögnir*, Odin (v. princeps), adhibito *g* gutturali; *víng* in compositione formatum a *vengi* v. *vángr*, campus, unde *víngvögn*, delphini campestres, gigantes, ut *hraunhvalir*. — f) tres illi dii, supra memorati, Odin, Lokius, Hænir. — g) propr. deprehensi (h. l. constituti) erant.

2. ***Þjóðólfr hinn hvinverski:*** þekkiligr foldar drottinn[a] bað Farbauta mög[b] fljótt deila vöru þrymseilar hval[c] með þegnum. En at þat lagði bragðvíss ósvifrandi Ása[d] upp fjóra þjórhluti af breiðu bjóði.

a) i. e. Odin. — b) Lokium. — c) sic explicavi, secutus Eddam Lövasinam, quæ in appellationibus animalium *(dýra heiti)* sic habet: "*kend eru yxn, dýr eðr hestar skipa heitum eðr hvala. Sighvatr kvað: Brýnd voru dörr — boga fylgdi hörr — sparn rastar knörr — rádýris vörr. Hèr heitir hestr knörr jarðarinnar. Fljótt bað foldar drottinn — Farbauta mög vara — þekkiligr með þegnum — Þrym-seilar hval deila. Hèr er uxinn kallaðr þrym-seilar hvalr*". Quum mihi nihil constet de ratione hujus appellationis, conjicio *þrymseil* esse funem

ductarium, quo rheda vel traha ducitur (*þruma*, perdurare, vel *þrömr*, margo; *seil*, funis, vinculum, habena), et *þrymseilar vara* s. *vöra*, traham, quicquid demum de *vöru* statuendum sit h. l. — d) i. e. gigas Thjassius; *ósvifrandi*, hostis, quod alio loco se mihi non obtulit, formam habet participii verbi alias non occurrentis *ósvifra*, forte odisse, unde supersunt substantiva verbalia, *ósvifruðr* et *ósvifrúngr*, hostis; ut adeo hæc lectio *(ósvifrandi)* et significatio pro certa haberi possit.

Tom. I, pag. 310:

1. *Þjóðólfr hinn hvinverski:* Ok svángr faðir Mörna[a] át síðan slíðrliga okbjörn[b] af eikirotu; þat var fyrir löngu: áðr djúphugaðr hirðitýr herfángs[c] drepi ballastan vallar dólg[d] ofan[e] stöngu meðal herða.

a) vel forte rectius, giganteorum monstrorum pater, ut per hunc pluralem *(Mörna)* respiciatur ad filios Thjassii ignotos, aut in universum ad giganteam sobolem a Thjassio oriundam (cfr. *Gróttasaungr*, str. 9). — b) Sequor interpretationem celeb. F. Magnusenii in Lex. Mythol. p. 884, not. ***) propositam. Est totum pro parte, nam intelliguntur femora et armi bovis elixatæ. — c) *herfáng*, præda, rapina, h. l. bos rapta; hujus *hirðitýr*, deus custos, Lokius dicitur, ut cui officium coctionis demandatum esset; v. Ed. Sn. Tom. I, pag. 308, str. 1. — d) *vallar*, terræ, nam *völlr*, campus, in terræ appellationibus est, terra autem pro hominibus ponitur, ut *vallar dólgr* idem sit atque *manna dólgr*, Ed. Sn. Tom. I, pag. 280, str. 1, de Hrungnere. — e) *ofan* ɔ: cæsa desuper veniente vel accidente.

2. *Idem:* Þá varð farmr Sigynjar arma[a], sá er öll regin eygja[b] í böndum, fastr við fóstra Öndorrguðs[c]. Rá loddi við ramman reimuð[d] Jötunheima, en hendr holls Hænis vinar[e] við stángar enda.

a) i. e. Lokius, vide supra ad pag. 292, str. 1, nota a. — b) idem quod *øgja*, *ægja*. — c) i. e. patrem Skadeæ, Thjassium. — d) quod *reimuðr* incantatorem verti, id non eo feci, quod hanc vocem intelligerem, sed quod eam comparabam cum *reimt*, *reimleikar*, quod de nocturna lemurum grassatione dicitur, vel cum *hreimr*, sonus; ut etiam verti posset, clamator, vociferator. Sed hæc incerta sunt, neque omnino contextui apta, qui principem, præsidem postulare videtur. — e) i. e. Lokii, vide supra ad pag. 306, str. 3, nota d.

3. *Þjóðólfr hinn hvinverski:* Fángsæll sveita nagr[a] fló með fróðgum tífi[b] of lángan veg, svâ at úlfs föðor[c] mundi slitna sundr. Of runni[d] Þórs varð þá of sprúnginn: Loptr[e] var þúngr. Málunautr hvats mildíngs[f] mátti biðja friðar.

a) i. e. aquila, Thjassius, qui speciem aquilæ adsumserat. *Nagr* in nomenclatura avium Eddica (Ed. Sn. Tom. II, p. 488) occurrit, sed quæ species sit nescio. — b) i. e. Lokium. — c) *föðor*, nominat. h. l. id. qu. *faðir;* intelligitur Lokius. — d) i. e. Lokius; *runni* h. l. id. qu. *rúni*. — e) alterum nomen Lokii. — f) i. e. Lokius; sed nescio utrum h. l. *hvatr mildingr* vertendum sit, rex fortis, animosus, ut de Odine intelligatur, an potius, rex celer, pernix, ut intelligatur Hæner, qui vocatur *hinn skjóti áss* et *örkonúngr*.

Tom. I, pag. 312:

1. *Idem:* Áttrunnr Hýmis[a] bað sagna hræri[b] föra sèr sorgeyra[c] mey, þá er kunni elli-lyf[d] Ása. Brísíngs girði-þjófr[e] of kom síðan dísi goða bekkjar[f] í Brunnakrs garða grjótniðaðar[g].

a) i. e. Thjassius gigas. — b) Lokium. — c) hic describitur Idunna per virginem s. feminam doloribus

mederi svetam, vide Lex. Mythol. pag. 472. — d) i. e. quæ poma vitalia Asarum servaret, vide Ed. Sn. Tom. I, pag. 304. — e) i. e. Lokius, vide Ed. Sn. Tom. I, pag. 268; *girði*, circulus vimineus, h. l. pro monili vel torque accipio, ut mihi *Brísíngs girði* sit prorsus id. qu. *Brísínga men.* — f) i. e. Idunnam; *bekkr goða*, scamnum, triclinium deorum, i. e. convivia deorum, his enim interfuit Idunna, v. c. quo dii Ægerem exceperunt, Ed. Sn. Tom. I, pag. 208, item symposio Ægeriano, Ed. Sn. Tom. I, pag. 336. — g) Puto *Brunnakrs garðar*, vel simpl. *Brunnakr*, nomen esse prædii in Thrymheime, quod Thjassius incoluit. In Lex. Mythol. pag. 472 construuntur: *Brunnakrs bekkjar gerðr* (S. Thorlacius conjecerat *Gerði* pro *girði*), ornatrix sedis Brunnakerinæ "unde certe concludendum, prædium aliquod sive palatium ejus nominis Idunnæ aut ipsius marito Bragio olim a poëtis adtributum fuisse", vide et not. ibidem. *Grjótniðaðr* verbo tenus certe vertendum est, regnator saxorum, montium, a *Níðuðr*, Nidudus, Sveciæ rex (vide *Völundarkv.*), sec. Lex. Mythol. pag. 884 nota *).

2. *Þjóðólfr hinn hvinverski:* Byggvendr brattra borða[a] urðut hryggvir at þat; þá var Iðuðr nýkomin sunnan með jötnum. Allar áttir Íngifreys[b] görðust gamlar ok hárar; heldr hamljót regin vóru at þíngi.

a) i e. gigantes; *borð* h. l. id. qu. *barð*, terra editior, jugum terræ; *brött borð*, juga ardua, *björt*, lucida, serena, i. e. excelsa, edita, montes. — b) *Íngifreyr*, Freyus, id. qu. *Ýngvifreyr*, compositum ex duplici nomine *Freyr* et *Ýngvi* (forte, juvenis dominus), vide Lex. Mythol. sub *Ýngvifreyr* et *Íngunnarfreyr; áttir Íngifreys*, Asæ.

3. *Idem:* Unnz, ölgefnar[a], fundu[b] hund hræva hrunsæva[c] ok, ölgefnar[a], bundu leiðiþir, lævi-lund[d]. Veiðr[e] mælti svâ: þú, velltr[f] Loki, skalt deyja, nema leiðar[g] aptr með vælum möra munstörandi mey.

a) hoc, utroque loco, pro vocativo accipio, ab *ölgefn*, nympha cerevisiæ, femina, quasi apostrophen ad feminas auscultantes. — b) intellige subjectum *regin*, numina, ex stropha proxime antecedente. — c) canis sanguinis, i. e. avidus sanguinis, pro summo convicio ponitur; *hrunsær hræva*, fremens mare cadaverum, sanguis. — d) *leiðiþir*, acc., nominat. *leiðiþirr*, servus invisus, exosus (*leiðr*, *þirr* = *þýr*); *lævi-lundr*, adj., doloso ingenio præditus (*læ*, fraus, *lund*, indoles), quod adj. h. l. in substantivum transiens, declinationem substantivi sequitur. — e) accipio *Veiðr*, h. l. idem esse atque *Veoðr*, nomen Thoris. Forte proprie deberet esse dissyllabum *Veïðr*, ad formam *Veoðr*, hoc vero loco est monosyllabum *Veiðr*. — f) forte rectius vertitur, dolis instructus, dolosus, astutus, a *vèl*, non a *vèla*. — g) *leiðar* accipi velim pro 2. s. præs. conj. act. v. *leiða*, ducere. Non audeo hanc formam rarissimam pro depravata judicare, cum præs. conj. retineat *a* in 3. s. et 2. et 3. plur., quin immo in 1. pl., v. c. *vitam* pro *vitim*, Sched. Arii, cap. 10.

Tom. I, pag. 314:

1. *Þjóðólfr hinn hvinverski:* Heyrðak svâ, þat hugreynandi[a] Hænis (sveik opt síðan Ása[b] leikum) flug, aukinn hauðs[c] bjálba. Ok lómhugaðr faðir Njörnar[d], ern fjaðrar blaðs leik-reginn[e], lagði[f] arnsug at[g] öglis barni[h].

a) Lokius, Hæneris socius. — b) *Ása* posse esse acc. pl. τοῦ *Áss*, præter alia loca docet Yngl. S. cap. 5 (ed. Holm.): "*til mótstöðu við Ásana*". — c) *hauðs;* nolui hanc vocem excludere, etsi alias non occurentem hoc sensu, quod putavi variantem formam esse τοῦ *heiðir*, accipiter. Ed. Raskii h. l. habet *hauks*. — d) Skadea intelligitur. *Njörn* in Ed. Sn. est femina gigas; *Njórunn*

vero (et *Njurn*) inter Asidas recensetur; utrumque Skadeæ convenit, quæ et gigantei ortus erat, et inter Asidas numeratur, Ed. Sn. Tom. I, pag. 336, postquam Njördo nupsit. — e) i. e. volandi peritus; *fjaðrar blað*, palmula pennæ (pennata), est ala; *fjaðrar blaðs leikr*, ludus alæ, volatus, remigium alarum. — f) de *arnsugr*, cfr. supra ad pag. 306, str. 2, not. c. — g) *at*, h. l. id. qu. *eptir*, i. e. quum accipitrem persequeretur. — h) accipitrem, i. e. Lokium, induviis accipitrinis velatum.

2. *Þjóðólfr hinn hvinverski:* Ginnregin skófu skjótt sköpt[a], en hófu brinna; en son Greipar biðils[b] sviðnar: sveipr[c] varð í för. Þaz[d] of fát á minni brú fjalla Finns ilja[e]. Ek þá bifkleif baugs[f], fáða bifum, at Þorleifi.

a) vel verbo tenus: hastilia sua; respiciunt hæc ad ramenta lignorum, ab Asis accensa, de quibus Ed. Sn. Tom. I, pag. 212. — b) *Greip*, h. l. pro femina gigante in universum accipio, etsi non nego, fieri posse, ut uxori Ölvaldii nomen fuerit *Greip*; *greipar biðill*, procus gigantidis, gigas, (vel procus Greipæ, Ölvaldius), cujus *son*, Thjassius; sed vide Lex. Mythol. de hac constructione pag. 884, not. **). — c) *sveipr* 1) gyrus, 2) metaph. impedimentum; verbo tenus: impedimentum exstitit in itinere; in prima significatione *sveipr* exprimeret delabentis gigantis in aëre circumrotationem. — d) *þaz* pro *þat es*, ɔ: *þaz of fát* = *þat es of fát*, ea res depicta est. — e) ɔ: in clypeo meo; *fjalla Finnr*, nanus, vel genius montium: gigas; *ilja brú fjalla Finns*, pons plantaris (ɔ: statio) gigantis, id cui gigas (ɔ: Hrungner quondam) institit: clypeus. — f) de his duobus versibus recurre ad pag. 282, str. 3, not. c.

Tom. I, pag. 316:

1. *Arnórr jarlaskáld:* Jafnmildr úngr skjöldúngr stígr aldri á við skjaldar[a]; rausn þess grams var nóg und gömlum Ýmis hausi[b].

a) hic accipio *skjöldr* de navi, quum proprie Skjöldr fuerit nomen, navi Ulli Asæ; hinc *á við skjaldar* = *á skipfjöl*, in navem. — b) i. e. sub cœlo, in terris.

2. *Idem:* Björt sól verðr at svartri, fold sökkr í dökkvan mar, erfiði Austra brestr, allr sjár glymr á fjöllum[a].

a) ex Orkn. S. c. 22, str. 5 apparet, hanc semistropham factam esse in honorem Thorfinni dynastæ, sequitur enim: *áðr at eyjum fríðum / inndróttar, Þorfinni / þeim hjálpi guð ok geymi / gæðingar meiri fæðiz.*

3. *Kolli:* Alls engi böðvar hvatr landreki undir sólar grundu, verðr æðri né betri Ínga bræðr[a].

a) Sigurdo Haraldi filio, Norvegiæ rege, fratre Ingii, Norvegiæ regis, vide Ed. Sn. Tom. I, pag. 317, not. a.

4. *Þjóðólfr hinn hvinverski:* Jarðar sunr ók at ísarn-leiki, en mána vegr dundi und hánum; móðr svall Meila blóða.

Vide supra ad pag. 278, str. 1.

Tom. I, pag. 318:

1. *Ormr Barreyjar skáld:* Hvegi er valdr[a] draupnis drógar fagnar mèr, dís; sá ræðr fyrir veldi vagnbrautar. Ek spyr vísa ramman.

a) i e. dominus vel rector cœli, a *draupnir*, nanus, et *dróg*, onus (a *draga*); utrum vero intelligatur Deus optimus maximus, an Odin, in medio relinquo. Si prius, statuendum erit, Ormum christianam religionem in Hebudibus

amplexum fuisse; sin posterius, talis Odinis appellatio non abhorret a consvetudine poëtarum ethnicorum, vide supra not. ad pag. 240, str. 1.

2. *Bragi skáld:* Hinn[a] er varp augum föður Öndurdísar á víða vinda munnlaug yfir sjót margra manna.

a) i. e. Thor, qui oculos Thjassii in cœlum conjecit (indeque stellas fecit, olim haud dubie dictas "*Þjassa augu*", oculos Thjassii, cfr. Ed. Sn. Tom. I, pag. 276—278 de digito Örvendilis in stellam a Thore converso). Cfr. *Harbarðsljóð* str. 18 in Ed. Sæm. ed. Havn., et not. 17 ibid., ubi hæc semistropha constructa et translata est, et Lex. Mythol. pag. 698 et not ****).

3. *Markús:* Fjarri hefir, at dýrri flotna vörðr fæðist á gjálfri kríngðum elkers botni[a]. Hverr maðr leyfir háfa æfi hríngvarpaðar.

a) *elker*, vas procellæ, aër; *elkers botn*, fundus hujus vasis, terra, cfr. Scr. Hist. Isl. Vol. 5, pag. 18, not.

4. *Steinn Herdisarson:* Ek kveð helgan ræsi hás heimtjalds fyrr en fyrða at þeima brag, því at hann er dýrri. Mærð tèst fram.

5. *Arnórr jarlaskáld:* Dýrr konúngr dagsgrundar, hjálp þú dýrum Hermundi!

Tom. I, pag. 320:

1. *Idem:* Saðr stillir sóltjalda, hjálp þú snjöllum Rögnvaldi!

2. *Hallvarðr:* Knútr verr jörð, sem alls drottinn ítran sal fjalla.

3. *Arnórr:* Manvitsfróðr Mikáll[a] vegr þat er misgert þykkir, ok allt it góða. Síðan skiptir tiggi sólar hjálms[b] seggjum á dæmistóli.

a) intelligitur Michaelus archangelus. Confer ea, quæ de eo habet Njálssaga cap. 101: *Hallr mælti til Þángbranz: í hverja minníng helldr þú þenna dag? Þángbrandr segir: í minníng Michaels höfuðengils. Hvat fylgir engli þeim? segir Hallr. Margt gott, segir Þángbrandr, hann skal meta allt þat er þú gerðir vel; ok er hann svà miskunsamr, at hann metr þat allt meira, er honom þikkir vel.* — b) *hjálmr sólar*, galea solis: cœlum; *tiggi sólar hjálms*, rex cœli: deus.

4. *Eyvindr skáldaspillir:* Nú er álfröðull elfar[a] of fólginn í líki móður jötna dólgs[b]; ráð rammrar þjóðar[c] eru rík.

a) aurum. — b) mater Thoris (gigantum hostis): terra; pecuniam a Gunnildæ filiis terra fuisse occultatam, vituperat poëta. — c) intelligitur familia Gunnildidarum, eo tempore regnatrix.

5. *Hallfreyðr vandræðaskáld:* Ráð[a] lukust, at sá snjállráðr konúngs spjalli[b] átti síðan einga dóttur Ónars, gróna viði[c].

a) h. l. proprie res uxoria, negotium de ducenda uxore. — b) dynasta nescio qui. — c) sensus est: factum tandem est, ut Norvegia (hoc enim sibi vult silvosa Onaris filia) in potestatem dynastæ perveniret.

Tom. I, pag. 322:

1. *Idem:* Stefnir stöðvar hrafna[a] gat teygja at sèr breiðleita brúði Báleygs málum[b] stála ríkis.

a) i. e. bellator, rex bellicosus, naves in expeditionem educens. — b) *mál* h. l. specialiter, colloquia amantium,

sermones amatorii. Nudus sensus: rex terram sibi armis subjecit.

2. Vide supra ad Tom. I, pag. 318, str. 3, ubi occurrit appellatio terræ *elkers botn*, fundus vasis procellarii, fundus aëris (atmosphæræ).

3. *Þjóðólfr:* Glöðuðr gotna hersa bindr far utan við enda elg-vers, við botni hreins hafs, rónum húfi.

4. *Hallfreyðr:* því hygg fræjan fleyjanda auðs mjök trauðan at láta eina ítra systur[a] (ɔ: Auðs); jörð ferr und mènþverri.

a) h. l. perspicuus est lusus verborum, cum *auðs* diverso significatu et ad *fleyjanda* et ad *systur* referatur, nam *fleyjandi auðs*, projector divitiarum, est princeps liberalis, *systir Auðs*, soror Audi: terra. Nudus sensus: rex invitus regnum e manibus dimittit, vel alteri cedit.

5. *Þjóðólfr:* Darrlatr dasi hefir staðit fjarri, þá er dólgljós skyndir ymynda tók endr Rindar elju[a].

a) *ymynda* (quæ vox mihi omnino ignota est) puto esse genit. sing. vel plur. ab *ymyndi*, m., gladius (qs. sonorus, ab *ymun*, *ómun*, sonus). Occurrit hæc semistropha in Fagrsk. p. 109, it. in Fornm. s. 6, pag. 140, 1; vide ejusdem constructionem et explicationem in Fornm. s. 12, quam præfero rationi in Scr. hist. Isl. Vol. 6, propositæ.

Tom. I, pag. 324:

1. *Ormr Barreyjarskáld:* Góðra fara[a]. Ýmis blóð[b] gnýr utan á eyri.

a) genit. plur.; pendet a versibus, qui desiderantur. — b) mare, æstus maris.

2. *Refr:* Hógdýr húna berr vâgþrýsta bógu vestan of lög; hvalmuni skèfr: ek vætti lands fyrir brandi.

3. *Sveinn:* þá er harðar fals rokur[a] fjallgarðs, of alnar við frost, ófu[b] ok teygðu elrefar Ægis dætr.

a) *fals*, secundum pronuntiationem pro *falls*, a *fall*, casus, unde *falls roka*, procella se subito dejiciens, turbo. — b) accepi h. l. pro *hófu*, sustulerunt, ab *hefja*; sec. var. lect. a *vefa*, texebant (panni instar), et in sequ. *tættu*, carpebant (ut lanam). Construxi et transtuli hanc semistr., sec. ed. Raskii in Antiqu. Amer. pag. 267—268.

Tom. I, pag. 326:

1. ***Refr:*** Svöl Gýmis völva[a] ſærir opt björn undinna ſesta[b] út í Ægis kjopta[c], þar er bára brestr.

a) intelligitur uxor Ægeris, Rana. — b) i. e. navem. — c) i. e. in hiscentes oceani vortices, in apertum mare.

2. ***Idem:*** En úrdrifinn sjá-gnípu sleipnir[a] slítr brjóst[b], runnit rauðum steini, or munni hvítrar Ránar.

a) i. e. navis; *sjágnípa*, præcipitium maris, unda prærupta (Virgilii "præruptus aquæ mons"). — b) *brjóst*, pectus, in navibus dicitur exterior proræ pars, fluctibus objecta et exposita.

3. ***Einarr Skúlason:*** Harðr jelvindr hefir hrundit skipi ört ſrá jörðu. Svana strindar blakk[a] leitr sægrund sökkva í sog.

a) i e. navis; *blakk* = *blakkr*, abjecta nota masc.; *sægrund* = *Sæland*, *Sjáland*, Selandia, insula Daniæ, quemadmodum *Snægrund* = *Snæland*, *Snjóland*, *Snjáland*, Islandia; *leitr sökkva í sog*, facit (terram) demergi in verticem, i. e. navis facit ut terra abscondatur ɔ: ut e conspectu navigantium discedat et mari obtegi videatur.

4. ***Idem:*** Margr stirðr keipr ríss[a], stög verða stundum spend ſira greipum, en dynströnd dorgar[b] dríſr í svig löndum.

a) exsurgunt, i. e. in sublime tolluntur, nave se in alterum latus inclinante. — b) i. e. mare æstuosum et ſremens.

Tom. I, pag. 328:

1. *Einarr Skúlason:* Snekkju stafnar bera goldna grans spánu: hólmfjöturr skýtr heita hrafni[a]; sú ferð er göfug jöfri.

a) corvus piratæ, navis.

2. *Idem:* Haustköld hólmrönd skotað heldum varar öndri.

3. *Idem:* Sverrigjörð svalra landa springr sundr fyrir börðum.

4. *Snæbjörn:* [a]Kveða níu brúðir eylúðrs[b] hræra hvat hergrimmastan skerja grotta[c] út fyrir jarðar skauti[d]: þær er fyrir laungu mólu skipa hlíðar ból; baugskerðir rístr meldr-lið Amlóða lúngs barði.

a) ɔ: *menn.* — b) ɔ: novem Ægeris filiæ, ab *eylúðr*, capsus insularum, mare *(ey, lúðr)*. — c) mola scopulorum, i. e. mare æstuosum, quod scopulos molit, ɔ: adterit, conterit, comminuit. — d) in hac semistropha difficultas quædam mihi obfertur in extricanda denominatione navis, ut satisfiat annotationi scriptoris, quæ sequitur: *hèr er kallat hafit Amlóða kvern*, hic mare appellatur mola Amlodii. *Meldr*, farina, conveniens appositum videbatur molæ circumscribendæ, cui apposito bina se offerebant supposita, nempe *lið*, navis, et *ból*, stratum, cubile, nam *meldr-lið*, navigium farinæ, et *meldr-ból*, stratum farinæ, apta est molæ denominatio. Mola Amlodii h. l. non est mola ab Amlodio posessa aut versata, sed ita ab Amlodio appellata, nempe mare, ab Amlodio mola appellatum. Nam secundum Saxonem (ed. Steph. Libr. 3., pag. 50) Amlethus (nostro *Amlóði*) mare appellavit molam arenarum. Lex. Mythol. pag. 509 hunc sensum huic semistrophæ subjicit, novem oceani nymphas olim litoralem arenam Amlodio molnisse, forte hac constructione supposita: *þær er fyrir löngu mólu Amlóða* (dat.) *skipa hlíðar melðr*

(farinam clivi navalis, maris, ɔ: arenam): *līðbaugskerðir rístr barði lúngs ból*, quæ ratio proprius ad Saxonem quam ad Eddam accedit.

5. ***Einarr Skúlason:*** Ramr reksaumr víknar í fluga-straumi Rakna[a] bifgrundar; dúgs böl[b] hrindr rifjum, þar stag bleikir[c].

a) mobilis terra Raknii (reguli maritimi): mare. — b) i. e. ventus, *hrindr*, dissolvit violenter exsolvit; *rif*, n., funiculus, quo velum vel pars veli contrahitur. — c) impersonaliter; verbo tenus: funis lateralis albescit (ɔ: maris adspergine).

Tom. I, pag. 330:

1. ***Skúli Þorsteinsson:*** Glens beðja, guðblíð með geislum, veðr í gyðju ve[a]; síðan kemr ofan gott ljós gránserks mána.

a) *gyðju ve*, domus deæ, ɔ: ipsius solis, quo se vespere recipit. Sic describitur occasus solis. Ortus vero describeretur, si verba sic construerentur: *guðblíð Glens beðja veðr síðan í ve gránserks mána* (in domum canæ lunæ ɔ: cœlum); *gott ljós gyðju kemr ofan með geislum.*

2. ***Einarr Skúlason:*** Hvargi er hár vafrlogi heims skála[a] sveimar of várum beita borgar[b] bálgrimmastum hnossvin.

a) *heimr*, terra, it. aër, atmosphæra, *heims skáli*, ædes, palatium (camera, laquear) terræ vel aëris: cœlum, cujus *vafrlogi*, sol. — b) *beit*, navis, *beita borg*, arx navium: unda, fluctus; *beita borgar bál*, flamma undæ: aurum.

3. ***Sveinn:*** Ljótir Fornjóts synir tóku fyrst til fjóka.

Tom. I, pag. 332:

1. *Ormr Steinðórsson:* Ek ræð blindum manni unað þenna Vindsvals mög.

2. *Ásgrímr:* Seimörr sigrgæðir var síðan þann orms trega[a] í þrándheimi. þjóð veit þínar sannar iðir.

a) i. e. hiemem.

3. *Egill Skallagrímsson:* Úlfs tannlituðr[a]! skulum glitra upp orum sverðum; eigum at drygja dáð í miskun dal-fiska[b].

a) ɔ: præliator, vir bellicosus. — b) i. e. instanti æstate; *dal-fiskr*, piscis vallis: serpens; *miskunn dal-fiska*, æstas, anni tempus serpentibus jucundissimum.

Tom. I, pag. 338:

Bragi skáld: Of þák eld ölna bekks[a] af jöfri við drykkju; stillir gaf mèr þat[b] með fylli fjalla Fjölnis[c].

a) *Ölna bekkr*, scamnum (sedes) vel campus piscium: mare; *ölna bekks eldr*, ignis maris: aurum. — b) verbo tenus: id ɔ: aurum, ut si præcessisset *gull*, cum præcederet *ölna bekks eldr*, ignis maris, i. e. aurum. — c) *fjalla Fjölnir*, Odin, vel, deus montium: gigas; *fyll fjalla Fjölnis*, id. qu. *full fj. Fj.*, poculum, i. e. potus gigantis, mulsum poëticum (*jötna mjöðr*), it. poësis, carmen; *með* id. qu. *við*, pro, in præmium (carminis). G. Pauli forte construxerat *fjörnis fylli*, farctum galeæ, caput, respiciens Egilss. c. 62 (Ed. Havn. 1809, pag. 418—419).

Tom. I, pag. 346:

1. *Eyvindr skáldaspillir:* Brávallar fallsól Fullu[a] skein skáldum of allan aldr Hákunar á fjöllum Ullar kjöls[b].

a) *Brávöllr*, campus ciliorum: caput; *fallsól* = *faldsól*, sol velaminis; *faldr* h. l. in genere velamen, *brávallar faldr*, velamen capitis = *höfuðdúkr*, fascia, ɔ: pannus ex albo linteo, quo mulieres caput velabant, quæ fascia interdum tænia auro distincta circumligari solebat, ideoque hæc tænia dicitur *sól brávallar falds*, sol fasciæ. — b) i. e. in brachiis poëtarum; *Ullar kjölr*, navis Ulli, clypeus, *fjöll Ullar kjöls*, montes clypei, manus, brachia (*hönd*, *jörð hlífa*, Ed. Sn.); sed *fjöll* cum delectu ponitur ob tropum: *sól skein á fjöllum*.

2. *Skúli Þorsteinsson:* Margr morðelds fárbjóðr[a] of hlaut at fleiri Freyju tár[b] of morgin, þar er felldum vær. Várum at þar.

a) *morðeldr*, ignis pugnæ: gladius; *fárbjóðr*, qui periculum adfert, noxam infert; qui vero gladio noxam adfert, est strenuus præliator, vir, ut *sverða brjótr*. — b) aurum, opes, prædam.

3. *Einarr Skúlason:* Berum galla megin-hurðar Gauts[a], þrútinn dalreyðar látra[b], þar er grátr Mardallar[c] liggr milli skurða.

a) noxam clypei, i. e. gladium. — b) i. e. inauratum; *dalreyðr*, serpens; ejus *látr*, aurum. — c) i. e. aurum.

Tom. I, pag. 348:

1. *Idem:* Augna regni Óðs beðvinu þverr eigi fyrir Róða ræfs ramsvelli[a]. Konungr eignist svá elli.

Hæc semistropha recurrit Ed. Sn. Tom. I, p. 424.

a) *ramsvelli* duplici modo accipi potest: 1) a *ramsvell*, firma, valida glacies; *Róða ræfs* (clypei) *ramsvell*, validus gladius; 2) a *ramsvellir*, qui magna vi condensat, turgidum v. humidum reddit, madefacit, sic *Róða ræfs ramsvellir*, humectator, madefactor clypei: præliator; quæ utraque ratio haud inepte adhiberi potest.

2. *Einarr Skúlason:* Ek kná stýra[a] hróðr-barni Hörnar[b]; hlutum dýran grip. Gjálfr-brandr[c] þrymr á gullvíviðu hlífar grandi[d]. Freys nipt[e] berr brádriptir móður sinnar. Gunnar svans fóstrgæðandi unni mèr Fróða sáðs.

a) regere, i. e. manu tractare, ut gladium. — b) *Hörn*, nomen Freyæ; *hróðrbarn Hörnar*, Hnossa = *hnoss*, res pretiosa; intelligitur gladius, splendide ornatus, munus regium. — c) i. e. aurum, quo gladius ornatus erat. — d) i. e. gladio inaurato. — e) i. e. neptis ex sorore Freyi, filia Freyæ, Hnossa, cujus matris (Freyæ) lacrimæ sunt aurum. Sic h. l. *nipt* accipiendum, cum alias partim filiam partim sororem significet, h. l. vero sororis filiam. Itaque haud accurata est adnotatio commentatoris, quæ sequitur, Freyam h. l. appellari sororem Freyi; sed fieri etiam potest, ut hæc adnotatio præcedentem stropham non respiciat, cum nemo negabit, Freyam posse sororem Freyi appellari.

3. *Idem:* Nýt varn sjávar[a] buðumk skála öl[b]: þat var nálægt. Ek of hrósa vel því Njarðar dóttur barni[c] vísa.

a) *varn* = *vörn*, genit. *varnar*, defensio, præsidium, tutela; per tutelam maris h. l. intelligi volo regem, qui mari pacando internam pacem regno conciliat. Fateor hanc constructionem et interpretationem omnino incertam esse; sed aliud mihi se non obtulit subjectum verbi *buðumk*, quod valet id. qu. *bauð mèr*, mihi obtulit. — b) *öl* h. l. accipio pro *el (ö = e)*, *jel*, procella nivium; h. l. speciatim de nive vel grandine; *skála el*, argentum, ut *skála snær* infra. — c) filia Freyæ, Hnossa, i. e. res pretiosa, a rege data.

Tom. I, pag. 350:

1. *Einarr Skúlason :* Ógnprúðr þíng Vafaðar þraungvir, sá er ofrar erring, gaf mèr þróttöflga dóttur Vana-brúðar[a]. Ríkr mækis mótvaldr leiddi Gefnar mey[a], drifna glóðum Gautreks svana brautar[b], á beið skjaldi.

a) i. e. filiam Freyæ, Hnossam (h. l. eximium ensem vel clypeum). — b) aspersam prunis maris, i. e. inauratam. Ceterum munus regium repræsentatur h. l. ut sponsa, in torum poëtæ deducta *(leiddi mey á beið skjaldi).*

2. *Bragi skáld :* þann þriðja óniðjoðan vin átta ek vísarstan Ála undirkúlu vaz rödd[a], en mèr baztan.

a) *vatz ravðla,* aquatici, jubaris, i. e. auri, Cod. Reg., quod cum sequenti analysi haud bene conciliatur. *Undirkúla,* globus vel tuber subjectum, fundamenti loco jactum, fundamentale; *vaz* h. l. valet *vast-,* abcisa nota genit. plur., pro *vasta* a *vöst,* mare apertum, oceanus; hinc *vazundirkúla,* substructum oceani, vastum illud saxum, quod subesse oceano, cuique oceanus incubare credebatur, h. l. pro saxis vel montibus. *Áli,* filius Odinis, it. filius Lokii, h. l. inservit gigantis circumscriptioni.

Tom. I, pag. 370:

1. *Idem :* þá er hrökkvi-áll Völsúnga drekku[a] hèkk of hrokkinn á aungli forns Litar flotna[b] fángboða.

a) *Völsúnga drekku,* potus Volsungorum: venenum; *hrökkvi-áll Völsúnga drekku,* anguilla veneni (i. e. venenata): serpens. Intelligitur h. l. serpens circumterraneus. Vide Lex. Mythol. pag. 481—482, cum nota. — b) certum est, per *flotnar forns Litar* intelligi gigantes, quorum *fángboði,* oblator luctæ, concertator, adversarius: Thor; sed ratio

appellationis gigantum h. l. mihi incerta est: forte *Litr*, h. l. est gigas Lutus, a Thore necatus, dialectica tantum varietate discedens a *Lutr*, Ed. Sn. Tom. I., pag. 260; forte *Litr*, nanus, et *flotnar Litar*, gigantes, utpote saxicolæ, ut nani; forte *litar* appellativum est, a *litr*, color, et *flotnar forns litar*, homines vetusti coloris (fusci, atri, nigri): gigantes.

2. *Bragi hinn gamli:* Jörmunrekkr knátti eðr at vakna við illan draum[a] í sverða flaumi með dreyrfár dróttir. Rósta varð í ranni höfuðniðja Randves[b], þá er hrafnbláir[c] of barmar Erps hefndu harma.

a) metaph., subito periculo opprimi et excitari, phrasi tritissima in sermone hodierno quotidiano et vulgari. — b) i. e. in aula Jormunreki; *höfuðniði*, ut puto, auctor generis, h. l. pater. — c) i. e. *svartir sem hrafn á hárs lit*, Ed. Sn. Tom. I, pag. 366.

Tom. I, pag. 372:

1. *Idem:* Hræfa dögg sóknar álfs[a] flaut of sett; [b]of kendu of högnar hendr sem fætr á gólfi við sveita. Brunninn[c] brunnölskakki[d] fèll at höfði í blóði. Þat er fátt á laufi leifa landa runna[e].

a) pugnæ genii, i. e. bellatoris, ɔ: Jormunreki. — b) ɔ: *menn*. — c) i. e. nigricolor; Hamdismál, str. 19, de Jormunreko: *skók hann skör jarpa*, caput fuscum. — d) hanc vocem, quæ mihi est omnino ignota, verti secundum conjecturam et etymologiam, interpretis ultimum refugium; *brunnölskakki* sic resolvo: *skakki öls brunns*, ab *öls brunnr*, fons cerevisiæ, cornu, poculum vel crater, et *skakki* = *skaki* (duplicato *k*), qui movet, quatit, vel qui propinat, infundit, si cognatum est cum Norv. *skake*, cerevisiam in dolia infundere. Lectio fragm. 1 e β (Ed. Sn. Tom. II, pag. 575), *aulskali*, non referenda videtur

ad *skáli*, domus, sed ad *skvala*, *skvola*, strepere. Hæc appellatio, ut superior, indicat validum potatorem, hominem vino deditum, qualis Jormunrekus describitur in *Hamdismálum*. — e) i. e. in clypeo; *leifa land*, terra reguli maritimi: mare; *runnr leifa landa*, lucus (ɔ: arbor) marium: navis, ut *sætrè* in Ed. Sæm., clypeum autem appellari frondem navis *(lauf skips)* docet Edda in armorum appellatione, Ed. Sn. Tom. I, pag. 420, II, pag. 438, servato tropo h. l., nam folia et frondes arborum sunt.

2. *Bragi hinn gamli:* þar svå at naglfara siglur[a] fylkis, annvanar saums segls[b], gerðu standa gyrðan gólfhölkvis sá[c]. Þeir samráða Hamdir ok Sörli urðu snemst barðir hörðum herðimýlum Hergauts vinu[d].

a) i. e. præliatores, h. l. satellites Jormunreki; *sigla*, malus, arbor navis; *naglfari*, gladius; *siglur naglfara*, arbores gladii: milites. — b) *saumr*, h. l. de clavis clypeorum (ut alias *naglar*, *naddar*), unde *saums segl*, velum clavorum (clavatum): clypeus, sed *segl* cum delectu positum est; ut enim *siglur annvanar segls* sunt mali velis adsveti, velis instructi, sic *naglfara siglur annvanar saums segls* sunt præliatores clypeis instructi. — c) *gerðu standa* = *stóðu*, h. l. cum acc., subintelligendum *of*, circum; *gólfhölkvir*, equus pavimenti, domus, *gólfhölkvis sár*, vas domûs s. cubiculi: lectus, ɔ: in quo quiescebat Jormunrekus; *gyrðr*, propric: circulo cinctus, de vasis; h. l. tabulis constructus, de lecto cubiculi. — d) i. e. lapidibus, saxis.

Tom. I, pag. 374:

1. *Idem:* Stála stökkvir[a] lèt mjök styðja[b] Gjúka niðja, þá er námu fjörvi bláserkjan fólghildar flaums[c] mun: ok allir vildu launa Jónakrs sonum böllfagr enni-högg ok eggjar birkis[d] götu.

a) i. e. rex Jormunrekus. — b) = Dan. *stöde*, petere, h. l. de lapidatione. — c) hoc sic resolvo: *hildar flaumr*, impetus v. tumultus Bellonæ: prœlium; *hildar flaums fólg* (= *fólk)*, milites, copiæ, et *fólg hildar flaums munr*, discrimen copiarum (= *líðsmunr)*. Sed moneo, incertam esse constructionem h. l. eo quod confuderim sententias semistropharum, quod necessitate coactus fecisse cuipiam videbor. Fieri enim potest, ut construendum sit: *styðja fjörvi einhvers*, vitalia telis petere, *vildu nema fogl hildar flaums mun*, eximere volebant desiderium (aviditatem) aquilæ, et *bláserkjan, bláserkjar* ad sequentem semistropham pertineat. — d) *eggiar birki*, betula aciei: gladius; *eggjar birkis gata*, semita gladii: vulnus.

2. *Bragi hinn gamli:* þat fall flotna ok fjöld sagna seg ek á fögrum randar botni[a]. Ragnarr gáfumk mána ræs reiðar[b].

a) *rönd*, h. l. circulus ille, qui ornamenti causa duci (variis coloribus) in clypeis solebat, de quo locus classicus occurrit, Ed. Sn. Tom. I, pag. 420; *botn*, orbis rotundus, qui fundum vasis efficit; hinc *randar botn*, clypei appellatio. — b) *ræs reið*, rheda reguli maritimi: navis; *máni ræs reiðar*, luna navis: clypeus (*tungl skips*, Ed. Sn. Tom. I, pag. 420). Hunc clypeum Bragio poëtæ datum fuisse a Ragnare, rege Danico, docet Lex. Mythol. pag. 885—886, ubi ratio talium picturarum in veterum clypeis luculenter illustratur.

GRÓTTASÖNGR, Tom. I, pag. 378—390.

Mihi Grotticinium interpretanti duæ ad manum fuere versiones Latinæ, quas propria manu olim descriptas mihi humanissime commodavit Dr. H. Schevingius: 1) S. Thorlacii, cum introductione prosaica (A); 2) ignoti auctoris (B). Consului et ingeniosam versionem Danicam

N. M. Petersenii in *Danmarks Historie i Hedenold*, Havniæ 1834, Vol. I, pag. 132—136 (C).

2. Per *lúðr* intelligi volo capsum ligneum, fulcris ligneis innixum, cui incumbunt lapides molares, cfr. hujus carminis str. 20 et usum recentiorem vocis *lúðr* in *Lærdómslista Fèlagsrit* Vol. II, pag. 154—155. — *Ok grjóts grjá gángs of beiddu*, i. e. saxa grisea (lapides molares) circumegerunt. B vertit: "ad molam deducebantur et lapides sonantes, dilationem laboris petebant", secutus lectionem: *þær at lúðri leiddar váru ok grjóts gnía, gánga beiddu*, sed hæc lectio admodum dubia est. Neque vero omnino certa est significatio τοῦ *grjá* in *grjóts grjá* h. l. et *grjá fjálli* str. 10; accipio cum Thorlacio, esse pro *grá*, inserto j; in specie autem usurpari videtur his locis (alias enim non occurrit) de duris illis silicibus, unde lapides molares conficiuntur, ut *grjá* cognatum videatur cum *gljá* et *gler*, forte et cum Gallico *grès*, silex. C libere vertit: "*bödes at dreie / Drev paa Kværnen*", jussæ sunt circumagere molacrum.

3. *Þær þyt þulu þögnhorfinnar* etc.; illæ susurrum personare fecerunt strepitantis. Huic difficili loco talem sensum verba premendo dubius extudi, accipiens *þulu* ut 3. pl. imperf. obsoleti v. *þylja* (*þaul* pro *þulda*, cui cognatum substant. *þaul* in *þaular-vágr*, longus recessus etc.), usit. recitare, h. l. diu personare facere; *þögnhorfinnar*, genit. sing. fem. a *þögnhorfin*, remota a silentio (*þögn*, *hverfa*) i e. sonora, pro substant. -mola, ut *hryns öðul*, sonitus larga, i. e. lorica (*Höfuðlausn*). Eundem sensum ingenii sui felicitate excogitavit C, vertens: "*Lyde de lode / larmende Kværn*", illæ sonare fecerunt strepentem molam. Similem sensum subjicit A, vertens: "Hæ motu sonoram fecerunt silere (molam) desinentem brachiis"; in quo non placet τὸ *leggjum* pro substantivo sumi et ad versum 1. et 2. referri. B vertit: "sonum fundebant lamentabilem in servitutem coactæ", forte secutus lectionem a Thorlacio

allatam, *paunghorfinnar* (a *púngr* v. *pvínga* et *horfinnar* pro *horfnar*, circumdatæ). Raskius h. l. aliquid deesse putavit, et duos versiculos adjiciendos conjecit, quos sic proprio ingenio supplevit C: "*Ikke dem undtes / Öjebliks Slummer*", ɔ: ut servetur versuum numerus octonarius.

4. *Snúðga steini*, h. l. et str. 12. pro accusat. plur. accipio, A et B pro dativo singulari; prius anomalè.

7. *Nè gaukar of sal* etc. locus est impeditus; post *nè* satis coacte subintellexi ex sequentibus *lengr en*. A: "neu forinsecus coccyges (*nè gaukar of sal*)". B: "ne vos diutius dormite quam cuculli ædium (mearum), aut quam etc."

10. *Komi-a Grótti* etc. B: "Non Grottium e monte Gria eruisset (Frodius)" et mox "neque feminam giganteam ita molere fecisset", propius ad sensum, quam verba. *Ef vissi átt vætr til hennar*, si aliquam ejus (ɔ: puellæ giganteæ, Meniæ) notitiam hom. hab. Sequor lectionem ed. Raskianæ *átt* (= *ætt*); Lectionem Cod. Reg., *vitt* et Cod. Worm. *við s. vit*, nos ambæ (Fenia et Menia), cum ceteris conciliare nequeo. A vertit: "conscia cognatio nisi fuisset illi", parum liquide. B: "si quid eam cognovisset" (ɔ: Frodius), ad sensum recte, ut mihi videtur.

11. *Leikur*, A: "nymphæ versiformes"; B: "saltatrices"; C recte circumscribit: "*som Söstre vi legte sammen*", ut sorores cullusimus.

12. *At halir tóku.* Hunc versum non intelligo. A vertit: "ut viri sublime caperent"; B: "ut homines eum (lapidem) prehendere possent"; C: "*at Mænd dem grebe*". — Vocula *at* potest esse: 1) relativum id. qu. *er*, ɔ: tanto impetu torsimus volubiles lapides, quos viri ceperunt (sustulerunt, i. e. ad quos tollendos virili robore opus erat); 2) conjunctio, ut, ɔ: ut homines (eos) caperent (ut homines eos tollere possent, in frusta comminutos). Aliter G. Magnæus (ut puto) in Gloss. Ed. Sæm. Tom. I,

sub voce *halr*: "ita jactarunt versatile saxum — ut (telluri immersum) inferi illud caperent.

13. *Beiddum björnu*, ursos venabamur; ursos capere in laboribus maximæ difficultatis summique periculi ponitur Ed. Sæm. Hund. 2, 7, ubi etiam cum bellicis operibus conjungitur ut h. l. A vertit: "prædà cibavimus ursos"; B: "ursos ad escam invitantes", sec. lectionem Sk. Thorlacii: *bræddum.* C recte: *"vi beded Björne"*. — *Knúi*, A vertit: "hostis acer". Hunc versum tresque proxime antecedentes omittit C, de numero versuum octonario sollicitus.

14. *At vit at köppum kenndar voru;* B vertit: "homines nos cognoscebant mercaturæ operam navantes", secundum pravam aliquam lectionem *kaupum* pro *kauppum*. C ex stropha 13. et 14., quæ 22 versus continent, duas strophas facit, singulas cum octonis versibus, exclusis hujus strophæ quatuor primis, et strophæ 13. quatuor postremis versibus; cumque sic duo versus desiderarentur ad explendum numerum octonarium, ex proprio ingenio adjecit: *"fri og frank vi færdedes da"*.

15. *aurr*, arena; A: "glarea"; B: "cicatrix", prave confudens *aur (= ör)*, n., cum *aurr*, m. — *drögum dólgs sjötul*, B vertit: "trahimus maleficorum catenas", accipiens *dólgr* de malefico et *sjötull* de coercitore (vinculo); A: "versamus inimici metam", inimici, i. e. Frodii, ancillas severo imperio coercentis; metam, i. e. molam; meta enim lapis molaris superior, vide Gesneri Thesaurum. Itaque Thorlacius *dólgs* repetit a *dólgr*, hostis, ego a *dólg*, n., hostilitas, pugna; an *sjötull* lapidem molarem significare possit, non quæro h. l.; certius esse arbitror vocem *sjötull* accipiendam esse pro substantivo verbali, is qui ponit, deponit, sedat a verbo *sjötla*, ponere, sedare (*sjöt*, sedes; *set*, *setja*); itaque *dólgs sjötull*, sedator hostilitatis (bellorum), auctor pacis, est circumscriptio Grottii, in quo pax et fertilitas annonæ molebatur. Hunc versum non expressit C.

17. *Hendr skulu hölda harðar trjónur*, A vertit: "manus exhinc virorum asperabunt dolores", voluit enim legere *herða* pro *hölda;* B: "manus tenebunt rigidum rostrum", capiens *hölda* = *halda*, tenere. Raskius correxit *henda skulu höldar*, viri manibus tollent C: "*Helte skal hæve de haarde Tryner*", heroës tollent dura rostra (tela falcata).

18. *vígspjöll vaka*, A: "belli nuntia vigilant"; B: "cædium indicia vigilant", sumentes *vaka* pro verbo. C libere et poëtice: "*Viden (Baunen) vifter*, *Varsel for Drab*", undat ignis cædium index.

19. *nè regingrjóti*, A: "regumque moles saxeas"; B: "lapides Reginos", quod non intelligo. C recte, ut mihi quidem videtur, de mola Grottio accipit, vertens: *Reginkværnen,* quod explicat *Kraftens og Magtens (Kværn)* molam efficaciæ et potestatis. F. Magnusenius in Lex. Mythol. pag. 665—666 *regingrjót* vertit "divinas (vel principales) petras, i. e. aras sive sacras petras, quæ adhuc in multis ruinis delubrorum Danicorum conspiciuntur". *Eruma valmar,* A vertit "non sumus implicitæ (sanguinolentæ stragi)"; B: nondum adspersæ sumus (mortuorum sanguine)"; C: "*Vi have intet med Val at skifte*". Ed. Raskii dedit: *eruma vafnar,* non sumus involutæ. Accepi *valmar* pro *valmær*, virgo bellica, h. l. de gigantea ancilla, cædes ac strages prænuntiante.

20. *stukku stórar steðr frá lúðri, járnum varðar,* A vertit: "dissiliebant grandia statumina infundibuli, ferrea, eminus disjecta", dum *járnar* accipit pro *járnaðar* et *fjarðar* pro part. pass. = *firðar*, remotæ, quorum utrumque incertum est. B vertit: "ingentia fragmina e molis exsiluere ferrearum laminarum". Raskius *iarnar fiarðar* mutavit in *í Arnarfjörð*, in Arnarfjördum (sinum aquilæ), quod mihi nullo modo videtur consistere posse. C sic expedit: "*store Splinter sprang af Kværnen i Ørnefjorden*" (sec. B et Raskium). Sed *steðr* est plur.

τοῦ *stoð*, columna, h. l. fulcra, quibus incumbit capsus molaris.

21. *niðr Hálfdanar;* secutus sum h. l. correctionem Raskii pro *við Hálfdana* legentis *niðr Hálfdanar*, etsi nescio, quid sibi velit, quod Yrsæ filius (Rolvius Krakius) tanto temporis intervallo Frodium ulturus esse dicitur. B *við Hálfdana* vertit "unacum Halfdano", ab *Hálfdani* = *Hálfdan* vel *Hálfdanr*. A conjicit *nið*, vertens "*nið Hálfdana*", "nepotem Halfdanorum", ut de Mysingo sermo sit.

23. *sem munum hætta*, A: "jam jamque finiemus"; B: "brevi cessabimus, legentes *senn* pro *sem*.

Tom. I, pag. 390:

Einarr Skúlason: Ek frá at Fróða Meyjar mólu fullgóliga grafvitnis beð[a]. Stillir lætr grið slitna gulli[b]. Fögr hlýr minnar öxar, feldrar við hlyn[c], bera þann Fenju meldr. Fè mjúks konúngs dýrkar bragar stýri[d].

a) i. e. aurum. — b) rex auro non parcit, aurum liberaliter distribuit. — c) latera securis ligno aptatæ, i. e. latera manubrii lignei securis, quæ auro ornata fuisse prædicat poëta. — d) rectorem carminis, poëtam i. e. me.

Tom. I, pag. 392:

Egill: Glaðar[a] flotna fjölð við Fróða mjöl[b].

a) sc. rex. Vita Egilis Skallagr. f. ed. Havn. 1809, pag. 450 nota p: "*glaþar*, exhilarat, aut impersonaliter, hilaritas contingit". — b) Egilssaga l. c. nota q: "*fjöld* requirit *mjöld* in fine versus sequentis". Recte, ut puto, ut consonantia homœoteleutica servetur; foret autem *mjöld* alia forma τοῦ *mjöl*, ut *meldr* τοῦ *mel*.

Tom. I, pag. 398:

1. *Eyvindr Skáldaspillir:* Ullr ímun-lauks[a], bárum Fýrisvalla fræ[b] á hauka fjöllum[c] of alla Hákunar æfi.

a) Ulle (deus) gladii, i. e. o vir; apostrophe. — b) aurum, i. e. aureos annulos vel armillas. — c) i. e. manibus, vide Ed. Sn. Tom. I, pag. 542 (c. 71).

2. *Þjóðólfr:* [a]Jöfurr ser inndrótt sinni bjartplógaðan brattakr völuspakra bauga Yrsu burðar örð. Lastvarr landreki eyss ljósu Kraka barri[b] á hauks kalfor[c] sjálfum mèr, hlèmildar holdi.

a) nudus sensus prioris semistrophæ: rex brachia satellitum suorum aureis armillis ornat; *ser* = *sær*, serit, a *sá*, serere; *sá akr*, agrum conserere; *inndrótt*, dat. sing., ɔ: *bauga brattakr á inndrótt sinni*, brachia satellitum suorum; *brattakr*, ager arduus, acclivis, *brattakr bauga* (annulorum), brachium (*hönd má kalla gullhrínga jörð*, Ed. Sn. Tom. I, pag. 542, c. 71); *bjartplógaðr*, adj., formatum a *bjartr plógr*, splendidus fructus, tropo servato, de mann, splendidis annulis ornata. *Völuspakr* derivo a *vala*, condylus, articulus, et *spakr*, mansvetus, qui certo loco manere amat, sic appellantur h. l. annuli, quod brachiis gestantur. *Yrsu burðr*, proles Yrsæ, Rolvus Krakius, et *Yrsu burðar örð* id. qu. *kraka sáð*, aurum; *örð* proprie, ut puto, arvum (ab *erja*, arare), h. l. seges, messis, semen; forte inde *jörð*, præfixo *j*. — b) aurum. — c) i. e. manus; *kálfa*, vox mihi ignota, conferri potest cum Norv. *kaave*, (pro *Kalve*, nam Norv. *kaav* = *kálfr*, vitulus), locus areæ, ubi stramen reponitur, item *kalfare*, tectum stabuli vel areæ; h. l. notare puto aream, solum, stationem. Occurrit hæc vox in pectoris appellationibus, in carmine Domini Arngrimi de Gudmundo Bono (composito anno 1345): *túrprúðr lèt trúar sæði / túngla hválfs*

í munar kálfum / göfgri ferð þar er gættu hjarðar / gæfu studdr af vexti fræva, ubi *lèt trúar sæði fræva í munar kálfum*, fecit semen fidei adolescere in animi areis (i. e. pectoribus) hominum.

Tom. I, pag. 400:

1. *Skúli Þorsteinsson:* þá er ek rauð Reifnis ræfrvita[a] fyrir Svöld til auðar, bað ek sama baugum haugþak herfylgins Hölga[b].

a) i. e. cum rubefeci gladium, a *Reifnis ræfr*, tectum piratæ: clypeus, *ræfrviti Reifnis*, ignis clypei: gladius. *Fyrir Svöld*, Skulium Thorsteinis filium prœlio Svoldrico interfuisse testatur Egilssaga cap. 90; Fornm. s. 2, 320; Hkr. O. T. cap. 127. — b) i. e. magnam vim auri lucratus sum; *sama* id. qu. *sæma*, condecorare, ornare.

2. *Fenju forverki*, de hac auri appellatione vide Ed. Sn. Tom. I, pag. 374—376, it. Fragmentum Ed. Sn. (Tom. II, pag. 429), quod sic habet: "*Gull er korn eða meldr Fróða konúngs, en verk ambátta hans tveggja, Fenju ok Menju*". — *Fáfnis miðgarði*, vide Ed. Sn. Tom. I, pag. 356. — *Glasis glóbarri*, vide Ed. Sn. Tom. I, pag. 340. — *Grana fagrbyrði*, vide Ed. Sn. Tom. I, pag. 360 (c. 40). — *Draupnis dýrsveita*, vide Ed. Sn. Tom. I, pag. 344. — *Dúni Grafvitnis*, vide Ed. Sn. Tom. I, pag. 360 (c. 40 fin.).

Tom. I, pag. 402:

1. *Alðir við töku*, potest etiam hic versus et sequens, deleto commate post *töku*, pro una sententia accipi in parenthesi, ita ut *svelli* et sequentes dativi regantur ab *ýtti*. — *Sifjar Svarðfestum*, vide Ed. Sn. Tom. I, pag. 340. — *Svelli dalnauðar*, vide Ed. Sn. Tom. I, pag. 402. — *Tregum otrs gjöldum*, vide Ed. Sn. Tom. I, pag. 352—356. — *Tárum Mardallar*, vide

Ed. Sn. Tom. I, pag. 346. — *Eldi Óronar*, vide Ed. Sn. Tom. I, pag. 338. — *Iðja glysmálum*, vide Ed. Sn. Tom. I., pag. 214.

2. Potest *gunnveiti* (= *gunnveitir*) pro vocativo accipi, ut apostrophe ad auditorem, ut subjectum verbi *gladdi* sit *vísi hinn vígdjarfi*. *Þjaza þíngskilum*, i. e. sermonibus, vide Ed. Sn. Tom. I, pag. 214. *Rínar rauðmálmi*, vide Ed. Sn. Tom. I, pag. 364 (e. 42). *Rógi Niflúnga*, vide Ed. Sn. Tom. I, pag. 364—366. *Varði hann Baldr þögli*, hujus versiculi, ut lectiones, ita quoque interpretatio mihi incerta est. *Varði* accepi pro conjunctivo verbi *varða*, defendere. Sed potest etiam accipi pro imperf. indic. verbi *verja*, quod idem significat *Baldr þögli*, Balderus taciturnus, puto *Víðarr Ása, inn þögli áss*, forte regum Lethræorum, vel in specie Rolvi Krakii deus tutelaris. Var. lect. *vaki*, vigilet (ut custos regis); *vakti*, custodiat (hod. Dan. *vogte*), forte ex veteri lingua Danica, in classica vero lingua Islandica vix obvium, seculo tamen 14. receptum. *Þeygi*, *þægi*, forte est subst. verb. a *þeygja* = *þegja*, tacere, quæ forma comparari potest cum *þeyja*, Hkr. O. H. c. 6. Raskius versum mutavit in *varði mannballdr*, quod secundum interpunctionem ab eo receptam sic construendum est: *mannballdr*, *hinn vígdjarfi vísi*, *varði rauðmálmi Rínar*, *rógi N.*, vir excellentissimus — erogavit rubrum metallum Rheni etc.

Tom. I, pag. 404:

1. *Þorleikr fagri:* Gegn gramr kastar dígulfarmi[a] á glæstar valstöðvar[b] þegnum; úngr vísir gefr armleggs eisu[c].

a) i. e. aurum vel argentum. — b) i. e. manus vel brachia. — c) i. e. aurum.

2. *Einarr Skálaglamm:* Landfrækn jöfurr Lundar[a] kná granda liðbröndum[b]; ek hykka ræsis rekka of þrjóti Rínar grjót[c].

a) *jöfurr Lunðar*, rex Lundensis, rex Danicus, a *Lundr*, Scaniæ oppidum. — b) i. e. auro uti, aurum in alios liberaliter conferre novit. — c) i. e. aurum, cfr. *rauðmálmr Rínar*, Ed. Sn. Tom. I, pag. 402.

3. *Einarr Skúlason:* Bæði snær ok eldr sjóðs[a] liggr tveim megin geima bjargs blóðeisu[b]; ek á at mæra sökkva stríði[c].

a) i. e. aurum et argentum. — b) id. qu. *til beggja handa*, a dextra sinistraque (ingredienti regiam aulam); *bjargs blóð*, sanguis (i. e. liquor manans) montis: aqua; *bjargs blóðeisa*, favilla, i. e. ignis aquæ: aurum, cujus *geimr*, repositorium, manus dicitur (ut *jörð gullhrínga*). — c) i. e. regem bellicosum.

4. *Idem:* hafleygr[a] þrymr hvert dægr of hvítum díguIskafli[b], en heita blakks hlýrskildir[c] ræðr mildu hjarta. . Aldri má[d] bræða skála snæ fyrir eldi áls hrynbrautar. Fólka fellir viðr öll framræði.

a) i. e. aurum. — b) i. e. argentum. — c) i. e. rex bellicosus. — d) sc. eo quod aurum super argento cumulatum est *(hafleygr þrymr of díguIskafli)*, ut in præcedente semistropha dixerat poëta; hyperbolica divitiarum regiarum descriptio.

Tom. I, pag. 406:

1. *Þórðr Möraskáld:* Glaðsendir handa hrauns[a]! sér á seima rýri, at Hermóðr[b] sigðis láttrs átti góðan föður.

a) i. e. vir! *glað* in *glaðsendir* refero ad *hraun*. — b) quoniam *Hermóðr* mihi nusquam se obtulit ut nomen viri historicum, accepi id h. l. de Asa Hermodo, quod alias in virorum appellationibus poëticis usurpatum non invenio; itaque *Hermóðr sigðis láttrs*, Asa vel deus clypei: vir. Vide de nomine *Hermóðr* Lex. Mythol. pag.

427 cum nota. Sensus hujus semistrophæ, cujus historia desideratur, hic esse videtur: vir vultu bonos natales profitetur.

2. *Óttarr svarti:* Ek þarf at njóta góðmennis[a] gulls brjótanda; hèr er alnennin inndrótt inni með gunnar svinnum gram.

a) *góðmenni*, collective, viri boni, fortitudine excellentes, h. l. id. qu. *gæðíngar*, viri principes, satellites regii. Per sequens *gulls brjótanda* intelligi puto regem liberalem. Poëta, carmen aliquod recitaturus, benevolentiam aulicorum captat. An pertineat ad carmen, dictum *Höfuðlausn*, de quo Fornm. s. 5, pag. 173—175, id nescire cogor.

3. *Einarr Skálaglamm:* Gullsendir lætr grundar hljót njóta Yggs mjaðar[a]; þengill glaðar herdrengi; ek kná hljóta hans mæti.

a) carmine, i. e. offert regi carmen; per antecedens *gullsendir* se ipsum poëta intelligit.

4. *Þorleikr:* gullvörpuðr viðr hirð grams holla sèr með gerðum.

Tom. I, pag. 408:

1. *Þorvaldr blönduskáld:* Gullstríðir verpr armlegs glóðum: konúngr gefr rauðan auð: eyðir óþjóðar bregðr Grana farmi.

2. *Þórarinn loftúnga:* [a]Ek gat gullskata tögdrápu; of bör leygs götu ginnvita gráps er gör.

a) secunda sententia hujus semistrophæ haud parvam difficultatem mihi creavit, neque dubito, quin plures interpretandi rationes dari possint. Secundum constructionem a me receptam *of* est particula expletiva, *bör* et *gör* sec. molliorem pronuntiationem id. qu. *börr*, *görr*; *leygr*, ignis, h. l. gladius, ut *eldr*, *leygs gata*, semita gladii (vide Ed.

Sn. Tom. I, pag. 440): clypeus, *ginnviti leygs götu*, ingens ignis clypei: ensis, *gráp leygs götu ginnvita*, procella ensis: pugna, cujus *bör* pugnator. Quodsi cui displiceat, semitam gladii accipi pro clypeo, ignem clypei pro gladio, is construat: *gráps ginnviti*, ingens corvus procellæ (tempestatis), navis (*dýr veðrs*, Ed. Sn. Tom. I, pag. 440), *gata gráps ginnvita*, semita navis: mare, cujus *leygr*, ignis maris: aurum, cujus *bör*, vir liberalis; quæ ratio forte alteri præstat et certior est. *Er gör*, perfectus est, ɔ: quod ad bellicam virtutem attinet. Cod. Worm. legit *of bör gráps götu gunnvita görleygs*, quod accipi potest pro viri appellatione, in vocativo, ut apostrophe, eodem modo resolvenda, a *gunnviti*, corvus bellicus, *gráps gunnviti*, navis bellica, et *görleygr*, ignis vehemens, magnus; vel *gunnviti*, ignis pugnæ: gladius, *gunnvita gata*, clypeus, ut mox ante, *gráp gunnvita götu*, procella clypei, pugna, *görleygr gunnvita götu gráps*, ignis prœlii: gladius, cujus *of-bör*, pugnator, vir.

3. *Hallar-Steinn:* Kastandi reyrþvengs rastar[a] mun lengi muna salts Viðblinda galtar svalteigar raf-selju[b].

Construxi et verti hanc semistropham in Scr. hist. Isl. 3, 225.

a) vir, a *reyrþvengr*, serpens (lorum saxeti vel sylvæ, *reyr*, *þvengr*), *reyrþvengs röst*, via, terra serpentis: aurum; se ipsum intelligit poëta. — b) hæc feminæ appellatio in sequentibus ab ipso commentatore resolvitur. Aliam rationem proposui in Scr. hist. Isl. 3, 225, quam videsis.

Tom. I, pag. 410:

1. *Gunnlaugr ormstúnga:* Rýgr[a] var alin fíra börnum at rógi: runnr gunnar[b] olli því; ek var óðgjarn at eiga auðs lág.

Hæc semistropha constructa translata et explicata est in Vita Gunlogi Vermilinguis c. 11. str. 8, ed. Havn. p. 160.

a) i. e. Helga, pacta Gunlogio, sed nupta Rafni poëtæ. — b) i. e. Rafn.

2. *Hallar-Steinn:* Öl-skála mörk[a], ek, vandr verki, hefi (með) óðar lokri skafna þèr stafna vetz stef-branda-knarrar.

Construxi et transtuli hanc semistropham in Scr. hist. Isl. 3, pag. 226.

a) *mörk*, sylva, pro arbore hoc loco ponitur. Potest vero et construi h. l. *ölstafna*, ab *ölstafn*, navis cerevisiæ: poculum (*stafn* pro nave sumto); tum construe: *ek hefi skafna þèr branda vetz stef-skála-knarrar*, ɔ: *branda knörr*, navis postium, est domus, et *stafnar branda knarrar*, fastigium domus, et *skála knörr*, navis cubiculi, item domus est, et *brandar skála knarrar*, postes domus. Sed *stef-branda-knörr* vel *stef-skála-knörr*, ædificium versuum intercalarium, est carmen, ut aliis locis opera poëtica cum ædificio comparantur, v. c. *óðar rann*, domus poëseos, carmen, Líknarbr. str. 1; *óðborg*, id., Harmsól, str. 1; *ljóðborg*, id., Merl, 1, 4, quamquam duo prima exempla de pectore accipi possunt. *Óðar lokarr*, runcina poëseos: lingua. Sensus est: arte poëtica carmen tibi elaboravi.

3. *Steinn:* [a]Þú, grönn hirðisif Hjaðníngagrjóts, munt brjótast við gæfu þinni, sem fleiri tróður flóðs furs.

Construxi et transtuli hanc semistropham in Scr. hist. Isl. 3, 225—226.

a) Puto me nunc rectius construxisse appellationem feminæ *hirðisif Hjaðnínga grjóts*, quam feceram in Scr. hist. Isl. l. c. *Hirðisif*, Siva (dea) custodiens; *Hjaðnínga-grjót*, arma, vide Ed. Sn. Tom. 1, pag. 434.

4. ***Ormr Steinþórsson:*** Skorða fjarðbeins[a] var færð í afarhrein föt. Naddfreyr slaung nýrri nisting of mjaðar Hrist[b].

a) i. e. lapilli, globuli vitrei, torquis, v. Ed. Sn. Tom. I, pag. 334. — b) i. e. feminam.

Tom. I, pag. 412:

1. ***Steinarr:*** Allir draumar mildrar Synjar mens mjúkstalls[a] hafa logut at mèr. Sjá veltistoð[b] straumtúngls höfumk stilltan.

Construxi et transtuli hos versus in Scr. hist. Isl. 3, 226, not. 2.

a) *mens mjúkstallr*, manus; Syna (dea) manûs: femina. Illud *velti*, quod in significatione transitiva accepi, ab *ek velti*, volvo, potest etiam in sensu intrans. accipi, ab *ek velt*, volvor, et ad *straumtúngl* referri, ɔ: *veltistraumr*, flumen volubile, æstus rapidus, et *velti-straumtúngl*, luna æstus rapidi (maris s. fluvii): aurum. Nam talia verbalia inseparabilia interdum a poëtis separantur a voce, ad quam pertinent, vide Njalss. c. 63, ubi *reiði-* pertinet ad *gátt*.

2. ***Ormr:*** Því at ek hefi lagit mark bjarkar hols hramma hrynbáls á full billíngs burar, þaz ek berk fram[a].

a) sensus: imposui carmini signum (notam) feminæ, i. e. carmen a me compositum et recitatum feminæ dedicavi.

3. Fagrbúin aura eik stendr fyrir orum leiki.

4. Ógnrakkr álmr málma dynskúrar! Okkur hugrekki skalat dvína. Lind líns í landi bauð svå.

5. ***Úlfr Uggason:*** [a]En fránleitr stirðþinull storðar[b] starði fyrir borði á reyni fråns leggs fólka[c], ok blès eitri.

a) Transtulit hanc stropham celeb. Magnusenius in Lex. Mythol. pag. 480, eamque recte conjunxit cum semistropha alio loco occurrente, *innmáni skein ennis*, (Ed. Sn. Tom. II, pag. 499 str. 8). — b) i. e. serpens circumterraneus, vide Ed. Sn. Tom. I, pag. 170. — c) i. e. in Thorem, *frân* = *frón* (vide Ed. Sn. Tom. I, pag. 474, str. 5), terra; *leggr frâns*, ős terræ: lapis, it. mons, *fólk frâns leggs*, homines montani, gigantes, quorum *reynir*, explorator, tentator, Thor. Poterat quidem construi *stirðþinull storðar leggs*, vimen saxi, eodem sensu, sed *reynir frâns fólka*, tentator terræ populorum, nesciebam qua ratione specialiter de Thore diceretur. Lex. Mythol. *storðar leg*, terræ lectus v. cubile, oceanus, et *stirðþinull storðar legs*, anguis oceani. Sed notandum est *reynir* h. l. non posse de sorbo accipi, adeoque hoc exemplum non respondere regulæ ante propositæ. Erravit itaque h. l. auctor, deceptus homonymica resolvendarum appellationum ratione (*reynir*, adj. verbale, tentator = *reynir*, m. sorbus).

Tom. I, pag. 414:

1. *Kórmakr:* Meiðr morðteins er mörgum eyðri í dyn fleina. Hjörr fær hildibörrum[a] Sigurði jarli hjarl.

Hanc semistropham transtulit celeb. Magnusenius in appendice ad Kormakssagam.

a) *börr* v. *borr*, arboris species, videtur in dat. plur. esse *börum* v. *börvum*.

2. *Hallfræyðr vandræðaskáld:* Hinn ríki reykilundr randfárs[a], brumaðr hári[b], stendr at miklu trausti ullar askþollum[c] austr.

Historia deest.

a) i. e. vir bellator. — b) i. e. pulcre comatus. — c) i. e. prœliatoribus, viris; *Ullar askr*, navis Ulleri: clypeus.

3. *Arnórr :* Reggbuss[a] bað Rýgja leggja saman randir[b] öndurt rökkr. Rógskýja regni[c] hèlt haust-nótt gegnum.

a) *reggbuss*, viri appellatio, a *regg*, navis. Sed pro nomine proprio accipitur in Hkr. Magni Boni Hist. c. 34, str. 1, unde hi versus desumti, item in Fornm. s. 6, 65, ubi de Regbuso: *Þessi maðr hafði gefit Vindum þat ráð, at þeir skyldi heldr berjaz um nótt en um dag við kristna menn.* Itaque accepi *Rýgja* pro accus. plur., a *Rýgjar* = *Rýgir*, Rugienses, h. l. de Vendis. — b) i. e. prœlium committerent. — c) i. e. pugna.

4. *Refr :* [a]Gjöfrífr esfreyr gekk í gulli stokkna sæing meyjar. Hárs drífu askr við ærinn þroska.

Historia desideratur.

a) variæ vers.: si *gjöfrífr* homonymice accipitur pro *mildr*, sec. U, *eggþeys gjöfrífr* est bellicosus (ut *böðmildr*, *gunnmildr*, *styrjarmildr*), pro subst., bellator. Si postremum *r* in lect. *freyr (es-, ás-, elfreyr)* mutatur in *s*, propter sequens *s* in *sæing*, 1) *esfreyr* et *ásfreyr* erit dominus Asarum, Odin, *esfreys (ásfreys) gjöf*, munus Odinis, poësis, et *esfreys gjöfrífr*, liberalis (peritus) poëseos, pro subst., poëta. 2) *elfreys gjöfrífr*, bellicosus, bellator, a *Freys el*, procella Freyi: pugna (alias *Freys leikr*), et *gjöfrífr* = *mildr*, ut mox ante. Sed his conjecturis non multum tribuo.

Tom. I, pag. 416 :

1. Brynja kvaddi svâ: heill kom þú, hlynr handar svella!

2. *Refr :* Ek hefi einráðit, (at) bjóða ægi þorsteini ógn, allz börr hjörva stöðvar[a] ræðr böðgæði til þess.

a) accipio *hjörva stöð*, statio gladiorum, pro clypeo, de qua appellatione v. supra ad pag. 408 str. 2, ratione

analogica, sicuti gladius dicitur *einstigi* vel *gata heinar*, semita vel trames cotis, eo quod, dum acuitur, coti se transcurrendum præbeat, ita clypeus dici potest semita, via, statio gladii, cujus ictibus inter pugnandum objiciatur. *Böðgæði*, virum, i. e. me.

3. *Óttarr:* Ygr ógnar stafr! hèltu láði við kyn beima fyr tveimr jöfrum, þar er hrafnè svalta: hvatráðr ertu.

Vide Hkr. O. H. c. 160, 1; Script. Hist. Isl. 4, 332; Fornm. s. 12 ad 4, 362.

4. *Arnórr:* Úngr auðar þorn hlóð þúnga valköstu fyrir örnu, en hirðmenn teðu hála arngrenni.

De hac semistr. vide Hkr. hist. Magni Boni c. 35, 1; Scr. hist. Isl. 6, 86; Fornm. s. 12, ad 6, 89, 1.

Tom. I, pag. 418:

1. *Hornklofi:* Gramr háði geira hregg við seggi, þar er bengögl gnúðu at dyn Sköglar; rauð ben fnustu blóði.

Ex Glymdrapa, Hkr. Har. Pulcric. c. 11.

2. *Eyvindr:* Ok sá halr bar hösvan serk hrísgrísnis at Hárs veðri.

Explicavi hos versus in Scr. hist. Isl. 3, 185, not.

3. *Bersi:* [a] þá er várum ori, þótta ek Gunnar hyrrunnum [b] vel hæfr at Hlakkar drífu; þat er ársagt.

a) ex vita Kormaki c. 12, str. 5. — b) præliatoribus, viris, a *Gunnar hyrr*, ignis bellonæ: gladius, et *runnr*, arbustum, fruticetum.

4. *Einarr:* hraustr þengill lætr Hildarsegl [a] taka mestum glymvindi Göndla; hjörr gnest, þar er hagli strengjar [b] drífr.

a) i. e. clypeum (prœlio, i. e. telis hostium, exponit). — b) i. e. sagittæ.

5. ***Einarr skálaglamm:*** Nè fast of seðir serkir Hárs rómu hleðut sum-miðjúngum sigbjarka við Högna skúrir.

Tom. I, pag. 420:

1. Setja oddnets þinul[a] við æsi odda gnýs.

a) *þinull*, funiculus marginalis, rete ambiens (vulgo *netþinull)*, sed *oddnets þinull*, circulus clypei = *rönd*, hinc *setja oddnetsþinul við einhverjum* = *reisa rönd við einhverjum*, resistere cui. Potest vero et aliter explicari, servata lectione Cod. Reg. et ceterorum, ɔ: *oddness þinull* (= *þinurr)*, vimen vel ramus clypei: gladius, et *setja oddness þinul við einhverjum*, gladio petere quem.

2. Fjandr grams hnigu und arnar hramma at glym Göndlar.

Tom. I, pag. 422:

1. *Viga-Glúmr:* Herr með höttu hángatýs lattist at gánga fyrir brekku, þeim þóttit þekkiligt at hætta.

2. ***Einarr skálaglamm:*** Hjálmfaldinn gunndjarfr Búi, hinn er fór sunnan í gný Gunnar, ok hjaldr-örr Sigvaldi bauð hildi.

3. ***Tindr:*** þá er Viðurr brynju varð at kasta hríngfâm hánga[a]-hrynserk Róða. Riðmarar rastar hruðust.

Hkr. O. T. cap. 43; Scr. hist. Isl. I, pag. 199; Fornm. s. 12 ad 1, 173, 1, ubi alius ordo instituitur.

a) certiorem hanc constructionem et explicationem arbitror, quam quæ proponitur in Hkr. et Scr. hist. Isl. et Fornm. s. l. c.

4. *Hallfreyðr:* Ólítit hryngráp Egils vâpna[a] brestr hart á Hamdis skyrtum[b] sumum unndýrs runnum[c] úti.

Historia deest.

a) i. e. vehemens nimbus sagittarum; *Egils vâpn,* arcus, ab Egile, Finno, fratre Völundi. — b) i. e. loricis. — c) i. e. viris.

5. *Idem:* þaðan verða björt Sörla föt fyrða rjóðast í blóði fur ben meil skúrum; ek fregn þat gjörla.

Tom. I, pag. 424:

1. *Grettir:* Hefjendr Hlakkar tjalda[a] hèldu saman nefjum[b], ok Hildar veggs hreggnirðir hjoggust til skeggjum.

Ex vita Gretteris Robusti, c. 77, str. 2; translata in *Krákumál,* Havn. 1826, pag. 121—122.

a) i. e. clypei. — b) i. e. capita contulerunt, id. qu. sequens *höggvast til skeggjum,* ad verbum: barbas tam prope invicem admovere, ut inter se contingant.

2. *Einarr:* [a]Eigi þverr fyrir Óðs beðvinu augna regni Róða ræfr ramsvells. Sá[b] konúngr eignist elli!

a) sic constructionem animo meo informo: "*þat þverr eigi fyrir gulli sverðsins*" i. e. non detrimentum accedit auro gladii, aurum gladii non imminuitur, gladius perpetuo auro splendet (forte laudat poëta gladium inauratum, a rege donatum). — b) potest et *sâ* scribi et accipi pro *svâ,* sic, ita, quod supra occurrit; ut *so* idem est ac *svo,* cfr. Háttatal str. 100.

3. *Einarr:* Ætt Ólafs[a] ins helga rýðr skipa sólar leyg[b] á ægi; hrægjörn ylgr brunar hvatt í spor örnum.

a) i. e. filius Olavi; forte Magnus Nudipes, rex Norvegiæ — b) i. e. gladium.

4. ***Refr*:** Sá dagr var fríðr, er fleygjendr alinleygjar þrúngu mèr fögru hlýrtúngli í hrínga hángferil.

Sensus est: læta fuit dies, cum viri splendidum clypeum manui meæ inseruerunt, v. brachio meo induerunt.

Tom. I, pag. 426:

1. Gegn gnýstærir geira skaut svå í gögnum steinfarinn barða garð[a], sem næfrar; sá var gunnar[b] æfr.

a) clypeum. — b) accepi hanc vocem pro sing. a *Gunnr*, bellona, it. pugna; nam nom. propr. viri, *Gunnar*, Cod. Reg. semper scribit *GvNaR* v. *Gunnarr*, in nom., nisi uno loco, Ed. Sn. Tom. I, pag. 366. lin. 18. Si vero placeat *Gunnar* h. l. pro nominativo accipi, construendum erit: *gegn Gunnar skaut svå — næfrar; sá geira gnýstærir var æfr.* Hic vero Gunnar aut est Gunnar Hlidarendensis (de quo Njalssaga), aut Gunnar Hlifæ f., de quo Vita Hæsnathoreris (Thoreris 'αλεκτρυονοπώλου).

2. [a]El Ullar skips gánga með fullu of únga, þar er slíðrdúkaðar samnagla siglur[b] ríða.

a) procella clypei, pugna (fervet). — b) i. e. gladii, a *samnagli*, clavus gladii, forte proprie clavus conjunctus, i. e. clavus ab utraque parte accusis lamellis coagmentatus; *slíðrdúkaðar*, vaginâ velati, non in prœlio, ubi nudi solent vibrari, sed qui alias vagina condi soleant.

3. ***Bragi*:** Hrafnketill, vilit heyra, hve ek skal leyfa þrúðar þjófs ilja blað, hreingróit steini, ok þengil.

Hæc semistropha translata et explicata est in Lex. Mythol. pag. 450.

4. ***Idem*:** nema svå at inn mæri mögr Sigurðar[a] vildi góð gjöld baug-navar ens gjalla Högna meyjar hjóls.

a) i. e. rex *Ragnar Loðbrók*, filius Sigurdi Ringi (Anuli), Daniæ regis. Etsi autem in sequ. prætulerim lectionem W. *navar*, a *nöf*, modiolus rotæ, *baugnöf*, modiolus curvus v. rotundus, de circulo clypei, secundum explicationem auctoris, tamen puto veriorem h. l. lectionem esse *nafaðs* (= *navaðs*), quod exhibent Fragm. 748 (Ed. Sn. Tom. II, pag. 440) et 1eβ (Ed. Sn. Tom. II, pag. 589), ad quam accedit depravata lectio Cod. Reg. *nafagðrs*, unde *naðrs* (U. Ed. Sn. Tom. II, pag 329) detorta; sc. *nafaðr*, adj., derivatum a *nöf* (modiolus rotæ), rotundatus (qu. formâ modioli), indeque *baugnafaðr*, in formam circuli rotundatus; tum ordo est: *gjöld ens gjalla baugnafaðs Högna meyjar hjóls*, remuneratio tinnulæ, in formam circuli rotundatæ, rotæ H. virginis, i. e. remuneratio clangentis, rotundi clypei (poëtæ a rege dati); sed remunerationem clypei appellat poëta carmen suum laudatorium in regis honorem compositum, quo picturas clypei a rege dati descripsit, quemadmodum Thorarin Loftunga carmen laudatorium in Knutum Potentem, Daniæ regem, vocat *gjöld fimmtigu marka*, remunerationem 50 selibrarum, ipsi a rege datarum, Knytl. s., cap. 19.

Tom. I, pag. 428:

1. *Hallvarðr:* Ræsir brodda ferðar[a] sèr rauðljósa baugjörð fljúga í tvau: bjúgrend rít hin hvíta brestr sundr.

a) i. e. qui magnam vim telorum conjicit, vir bellicosus, bellator.

3. *Kórmakr:* Gunnr svall, þá er Gríðar glaðfæðandi, hinn er beldi styr, gekk með gjallan Gauts eld. Urðr komst at brunni[a].

a) i. e. ad Urdæ fontem; vel vertendum: Urda fonte potita est; quo facto fons Urdæ (*Urðarbrunnr*) dictus est. Lectio Cod. Reg.: *komz Uðr or brunni* sonat, venit unda

e mari, a *brunnr* = *bruðr*, mare. Sed alterum epiphonc-matis Kormaki convenientius videtur, vide Ed. Sn. Tom. I, pag. 236, str. 4.

4. *Úlfr Uggason:* Fullöflug fjalla Hildr lèt hafsleipni þramma fram, en Hropts of gildar hjálmelda[a] felldu mar.

Translata est hæc semistropha, quæ ad Husdrapam pertinet, a celeb. F. Magnusenio in appendice ad Laxdælam (Havniæ 1826) et in Lex. Mythol. pag. 907 nota *).

a) *gildar hjálmelda*, lupi ensium, i. e. qui in enses sæviunt, qui ensibus non parcunt, validi pugnatores, athletæ, uti dicitur *úlfr Yggs bjálfa, úlfr Yggs valbrákar*, pugnator, bellator, qs. sæviens in loricas et clypeos. Intelliguntur athletæ Odinis, in funere Balderi, vide Ed. Sn. Tom. I, pag. 176. Lex. Mythol. conjicit *gildir hjálmeldum*, clari ensibus, eodem sensu.

5. *Glúmr Geirason:* Fyldar vörðr, sá er varði sik fyrðum, lèt at þat heinþynntan, fjornharðan brynju hryneld hvína.

Hanc semistropham adfert Fagrskinna c. 43. ex encomio Grafeldi; describitur hoc loco fortitudo Haraldi Grafeldi, in prœlio Halsi ad Limafjördum commisso.

Tom. I, pag. 430:

1. *Einarr:* Ek þá at ráðvöndum vísa ís rauðra randa[a], drifinn hvarmþey Freyju[b]; berum hjálms grand í hendi.

Historia deest.

a) i. e. gladium. — b) i. e. auro.

2. *Idem:* [a]Ríðendr Revils foldviggs megu rètt sjá, hve drekar[b] liggja fagrt of skornir við brá fjörnis gríðar[c].

Historia deest.

a) *Revill*, pirata, regulus maritimus, *Revils fold*, terra piratæ: mare, *Revils foldvigg*, jumentum maris: navis, cujus *ríðendr*, navigatores, viri, homines. — b) naves bellicæ. — c) i. e. securis, h. l. id. qu. *tálguöx*, dolabra, qua capita et rostra navis exsculpta fuere; *brá* h. l. accipiendum videtur de margine, ora rei, itaque h. l. de acie securis.

3. ***Refr:*** Minn æfr, eikinn myrkdreki marka kná bezt at leika á aldar lófum, þar er ýtar finnast.

Historia desideratur.

4. ***Einarr skálaglamm:*** [a]Brakrögnir skaut rakliga bogna hagl or Hlakkar seglum[b]; óþyrmir hjörs barg varga fjörvi.

a) Hkr. Har. Graf. cap. 6 construit *hjörs brakrögnir*, et *óþyrmir varga*, qui maleficis non pareit. Forte adverb. *rakliga* rectius ad sequentem sentiam retulerim, nam hujus sensus est, Hakon dynasta magna fortitudine hostes prostravit. — b) clypeis, quasi pluribus usus fuerit, aliis ex aliis conjectu telorum diruptis.

Tom. I, pag. 432:

1. ***Hallfröðr:*** Ok geirrotu[a] götvar, seðar járni, hlodut húngr-eyðundum hánga gagls við strengjar hagli.

Historia desideratur.

a) i. e. loricæ, a *geirrota*, bellona potens vel hastigera (ut *geirskögul*). Idem sensus est strophæ supra allatæ, auctore Einare Lanciærepo, Ed. Sn. Tom. I, pag. 418, str. 5.

2. ***Eyvindr skáldaspillir:*** Hörða landvörðr! kvóðu þik lítt láta geð fálma, er brynju hagl brast í benjum: álmar bugust.

Describitur h. l. virtus bellica Haraldi Grafeldi f., regis Norvegiæ.

Tom. I, pag. 436:

1. ***Bragi skáld:*** Ok [a]öskrán um þeris æða hugði, at þat boða (boga) veðr[b] færi til fárhuga[c] feðr sínum: þá er en böls of fylda bristisif hrínga[d] bar örlygis draugi[e] háls-baug[f] til byrjar drösla[g].

Vide de hoc carmine Lex. Mythol. pag. 431.

a) i. e. quæ sanguinem sistit, femina, ab arte medendi denominata, ut in str. sequ. *bötiþrúðr benja;* intelligitur Hilda Högnii filia. — b) i. e. prœlium. — c) proprie nocendi animus; h. l. noxa, periculum. — d) femina i. e. Hilda. — e) i. e. patri Högnio. — f) i. e. torquem, in str. sequ. *men.* — g) i. e. ad naves.

2. ***Idem:*** sú bötiþrúðr dreyrugra benja[a] bauð-a mætum hilmi[b] men til bleyði at málma móti. Svá lèt ey[c], þótt[d] etti, sem orosta lètti jöfrum[e] at sinna með[f] algifris lifru[g] úlfs.

illo antiquo carmine *Stríðkera vísur* nihil notum est, nisi quod ex hac ipsa stropha concludere possumus, nimirum amatorii generis fuisse, quod dicebatur *mansaungr*, sive *mansaungsvísur*, et poëtam amore mulieris alii viro nuptæ captum, mortem mariti ejus vehementer optasse et sperasse. — b) *Þrúðr*, nympharum una, filia Thori et Sivæ, in nominibus fæminarum et denominationibus ornantibus frequentissime occurrens; *Þrúðr þægra hnossa*, dea pretiosorum cimeliorum, i. e. fæmina amata. — c) lectio *hnuggin*, quam editiones habent, mutanda esse putatur, et legendum *huugginn*, ut de poëta amante, non de muliere, sermo sit. — d) *gleipnir*, ut notum est, nomen fuit catenæ, qua Lupus Fenris detinebatur (I, 108—110); *Gleipnis tugga*, esca Gleipneris, ipse Lupus, cujus *hráki*, saliva, erat amnis *Vân* dicta (I, 112), hæc vox (*vân*) autem homonymice spem significat; sic tropus: *at sitja á hráka Gleipnis tuggu*, sedere in saliva Lupi, idem est ac *sitja á vân*, in spe sedere i. e. sperare, exspectare. — e) *urðhæingr*, salmo saxeti, serpens, cujus *jörð*, terra, aurum significat; *ýtendr urðhæings jarðar*, præbitores auri, viri generosi, homines. Constructio, quam commentator antiquus hoc loco eruisse videtur, *kera [stríðkera] jarðar*, inepta est. — f) *greipar svell*, glacies manus, i. e. argentum (I, 402), cujus *gefn*, dea v. nympha (proprie unum ex nominibus Freyjæ, vide I, 114) est denominatio mulieris generosæ.

Tom. II, pag. 631:

1. *Bjarni Arnórsson* [a]: ok landrifs Lofn [b] leysti ofan liðhraustan, lengi píndan stýri [c] lagdýrs, er herr var sofnaðr.

Atque Nympha ossis terrestris solvit (ex patibulo) fortem, diu cruciatum navigii rectorem, quum homines somno obruti erant.

a) de nomine patronymico poëtæ incertum est, nam lectio *Arnórsson* solummodo auctoritate editionis Resenianæ nititur, sed bene convenit cum II, 498, si de eodem homine sermo esset, quod nos quidem putamus. Codex chart. 743 legit: *Bjarni á S.*, et: *Bjarni á Sk.*, id quod nomen domicilii indicare debuisset; quæ Egilssonius dedit: *A. sk.*, ex conjectura ut putamus profecta sunt, si autem vera lectio esset, cognomen in eo quærendum foret *A.... skáld*, i. e. addito nomine, quod carmine suo celebrasset et unde cognomen traxisset. — Quoad hanc ipsam stropham attinet, nemo dubitare potest, quin cum semistrophis antea (II, 499) allatis ex uno codemque carmine desumta sit. In hoc carmine de rege quodam, vel viro principali, cui oculi effossi sint, relatum est, et nostro loco de muliere, quæ virum principem, cruciatibus diu afflictum, e patibulo detraxisset. De nullo sancto tale quicquid notum est, quare verosimillimum videtur, ad carmen heroicum, ceteroquin ignotum, de Magno cœco, Norvegiæ rege, et Sigurdo slembi-diacono referre, quod si recte se haberet, novum hic et notabile supplementum ad relationem de tractatione mortui corporis Sigurdi haberemus, quod bene cum antiquissima relatione Erici Oddi filii convenit (Fornm. s. VII, 353), etsi a traditione communi aliquid differre videatur (ib. 227). — *Lofn*, una Dearum Asidarum (I, 116) *landrif*, ad verbum: costa terræ, hoc est os terræ, quod de lapidibus prædicatur; sed dea lapidum (pretiosorum, v. gemmarum) fæmina poëtice appellatur. Dicit ergo fæminam quandam exanimatum corpus principis diu cruciati ex patibulo solvisse, exercitu (hostium) dormiente. — *lagdýr* = *lagar dýr*, animal pelagi, navis; cujus *stýrir*, rector, apte appellari potuit Sigurdus slembidiaconus, qui sæpius ut archipirata navibus maria perlustravit.

2. [a]Hve stórvænn lín-apaldr[b] stendr fyrir mínum leik, en lauka lofn[c] kunni stofna þat[d] styrjar kenni.[e]

Quomodo pulcherrima lini pomus officiat meo gaudio, sed allii dea id efficere potuit pugnæ cognitori.

a) Hæc semistropha ex carmine amatorio, ceteroquin ignoto, desumta esse videtur, vel etiam ex introductione carminis alicujus heroici, ubi etiam talia suspiria amatoria occurrunt, v. c. in carmine de piratis Jomensibus (Jómsvíkinga drápa). — b) *apaldr*, pomus (Dan. *Abild*); *línapaldr*, pomus lini, fœmina, quæ ab omnibus arboribus fæm. gen. poëtice denominari potest. — c) *Lofn*, una Asidarum, ut mox antea monitum est; *Lofn lauka*, dea allii, fœmina, cui cultura allii maxime demandata fuit. — d) lectio *þat*, pro *þar*, quod dedit librarius, necessario accipienda est. — e) *styrr* pugna, cujus *kennir*, cognitor i. e. præliator, quod hoc loco de se ipso prædicat poëta.

3. *(Ólafr Haraldsson*[a]*:)* Ek munda vilja þann valklifs við[b] standa algrænan meðan ek lifða; bands[c] björk erumk[d] alin at bölvi.

Vellem hanc arborem, terra accipitrum ornatam, viridem semper stare donec in vivis essem; betula fili mihi ad dolorem nata est.

a) Hæc semistropha, quæ in Historia Olavi sancti, Norv. regis, huic auctori tribuitur, et ab eo juvene in Anglia composita esse dicitur, quum de nuptiis amicæ suæ Norvegicæ audiisset, edita et interpretata est in Fornm. s. V, 227 confr. XII, 111 et Scr. Hist. Island. V, 224. — b) *viðr* appellatio arboris masculina, quæ affertur ad probandam thesin commentatoris, nimirum inveniri apud poëtas antiquos denominationes masculinas de fœminis. — *valklif*, clivus accipitris vel terra accipitrum, i. e. lacerti, manus; *valklifs viðr*, arbor (svavibus) lacertis ornata, i. e. fœmina. — c) *bands* lectio ex Fornm. s. restituta, quum librarius noster minus recte dederit *brands; band* vero filum significat, et *björk* betulam, unde *bands björk* fœminæ denominationem, eodem modo ac *valklifs viðr*, nobis suppeditat. — d) *erumk*, lectio etiam ex Fornm. s. restituta, pro *eru*, quod

dedit librarius; lectio *er*, quam dedit Egilssonius, recta quidem sed minus exquisita, nam forma *erumk*, in antiquissimis carminibus frequentior, idem valet ac *er mèr*, mihi est, quod hoc loco genuina lectio fuisse videtur.

Tom. II, pag. 632:

1. [a]Sigr-unnit svanna sólmarkar Serkland[b] kemr at mèr grandi; serkjar Samland[c] drepr við mèr gamni[d].

Devicta Serklandia calyptræ dolorem acerbum mihi affert; pallæ Samlandia gaudio me privat.

a) Hæc semistropha ex carmine quodam amatorio, nobis ceterum ignoto, desumta esse videtur. Vidimus sæpe varias terræ appellationes in denominationibus fæminarum tropice adhiberi; hic auctor exempla dare voluit, ubi nomina propria regionum eodem modo adhibita sint. — b) Serkland, proprie terra Saracenorum, hic in generali tropo denominationis fæmineæ, ut vulgo *jörð*, *land* (tellus), vel similia; — *sólmörk*, regio solis, i. e. cœlum, hoc loco tegumentum capitis muliebris (*svanna*, i. e. fæminæ), hoc est calyptra; hoc modo Serklandia (terra) calyptræ est = fæmina, quam devictam, sive amore captam sibi vindicat poëta. Neque forte sine delectu nomen proprium Serkland adhibitum est, nam per amphiboliam nominis terram tunicæ *(land serkjar)*, quæ appellatio fæminæ esset, significare potest. — Interpretatio verborum *svanna sólmarkar* ut *sól svana markar* = sol cygnorum terræ, quæ mare est = aurum, quoad sensum eodem redit, sed mutationem posceret τοῦ *svanna* in *svana*, quod metro oppugnaret. — c) Samland proprie denotat Samgalliam (Semigallen), provinciam Curlandiæ adjacentem (vide Ind. geograph. in Script. Hist. Island. Vol. XII, s. v. Samland), hic vero ut Serkland nomen proprium pro appellativo adhibitum est. *Samland serkjar*, terra pallæ s. tunicæ, igitur fæminam denotat. — d) cum tropis: *kemr at mèr grandi* — *drepr*

við mèr gamni conferri merentur versus intercalares in carmine Jómsvíkíngadrápa, ubi eodem sensu dicit poëta: *kemr at mèr grimmu stríði — drepr fyrir mèr teiti*, i. e. dolorem mihi admovet — lætitiam mihi aufert.

2. Bróðir *Árni*[a]: Sú móins mærar fjötra[b] var mæt ok guði kær.

Hæc nympha auri (fæmina) fuit excellens et deo cara.

a) Hic frater Arnas verosimiliter fuit Arnas Laurentii episcopi filius, de quo vide Historiam de Laurentio (Laurentius saga in Biskupa sögur I, 787—914); versus desumti sunt de stropha aut carmine, nobis ceterum ignoto, quod fortasse in memoriam abbatissæ cujusdam compositum fuit. — b) *fjötra* ex sensu commentatoris antiqui hoc loco est nomen insulæ, ita ut denominatio poëtica construenda sit: *Fjötra móins mærar*, insula terræ serpentis, i. e. auri, quod etiam correcte ex more poëtico dici possit; sed tale insulæ nomen nusquam occurrit, quare propius esse videtur, ad nomen dearum referre, ita ut Fjötra sit nomen Bellonæ, confr. Herfjötur (al. Herfjötra), et *móins mærar fjötra* dea s. nympha serpentum terræ, i. e. auri. *Fjötra* ut nomen proprium fæminæ occurrit in Gautreks saga (Forn. s. Norðrl. III, 7), et ut denominatio simplex in Viglundar saga (ed. Hol. c. 17,2 — ed. Guðbr. Vigfúss. in Nord. Oldskr. XXVII, c. 20,2, pag. 82).

3.[a] semi hèr hönd[b]; spíru hrínga[c] birtist virðíng.

manus hic componat; arbusculæ annulorum (fæminæ) honor demonstretur.

a) Hoc fragmentum ejusdem metri est, et verosimiliter ex eodem carmine, ac fragmentum antecedens. — b) hæc verba cum deperditis cohæsisse videntur, quare periodus imperfecta relicta est. — c) *spíra*, asser longiusculus, vel arbor tenuior; *spíra hrínga*, arbuscula annulorum, i. e. fæmina.

4. [a]Lofðúngr lauks[b] verr röndum lönd máferils hauka[c]; hilmir[d] gefr hjálmklæðum hvítínga[e] lítinn frið.

Rex allii strenue defendit terras navium (potoriarum); princeps (vasorum) galeis (i. e. operculis) cornuum parum quietis concedit.

a) Hæc semistropha, quæ sine contextu nobis tradita est, amphiboliam præbet, nam et serio interpretari possumus, de regina bellicosa, quæ Amazonio more terra marique fortiter pugnat, in quo casu fragmentum esset carminis heroici; et jocose, de muliere pocillatrice, quæ potum strenue administrat et cornua potoria iterum atque iterum aperit et potu implet, tum vero una tantum stropha, ad occasionem quandam spectans, quærenda fuisset. Commentator antiquus, qui fragmentum nobis servavit, posteriorem sensum eruisse videtur, et quum verosimiliter contextus ei notus erat, nos in hanc partem tantummodo interpretandum esse putamus. — b) *Lofðúngr lauks*, rex allii, i. e. fæmina, ut commentator indicat, dicens, fæminam recte appellari denominationibus regiis. — c) *máferill (már, ferill)*, trames larorum, mare; cujus *haukr*, accipiter, navis est; *lönd máferils hauka*, terræ navium, maria sunt, et quum potus sæpe cum mari comparetur, hic de abundantia potus sermo esse videtur. Dicitur enim fæmina hoc mare (potorium) clypeis *(röndum)*, i. e. armis defensoriis, s. strenue defendere, intensis viribus administrare; nisi indicare velit poëta vocabulo *röndum* marginem poculi (= *borð*, I, 156) nimirum: fæminam pocillatricem mare potorium marginibus privare, i. e. pocula tam abunde implere, ut in poculis nullæ sint margines. — d) *hilmir*, regis denominatio, quod hic ad tropum servandum de fæmina accipiendum est, ideoque supplendum *hilmir hvítínga*, rex cornuum sive poculorum, fæmina. — e) *hvítínga* lectio editionis Resenianæ, quæ præstat lectioni nostri librarii *hnítínga; hvítíngar* vero, nomina poculorum Godmundi regis Glæsisvallensis (Fornm. s. III, 189 et sæp.),

pro denominatione poculorum in universum adhibentur; *hjálmklæði*, proprie galcæ vestimenta, vel galea defensoria, hoc loco, si iterative cum poculis jungitur *hjálmklæðum hvítinga*, de operculis poculorum apte sumitur, quibus pocillatrix, frequenter potus imbuendi causa pocula aperiens, nullam quietem concedere dicitur. Sensus igitur semistrophæ fit: Fæmina pocillatrix strenue potum administrat, et pocula sedule implet; quæ amphibolia poëtica elegantissime expressa sunt.

5. ***Refr***[a]: Grundi[b] soðs ok síðra hèðna færir sundr trè[c].

Rusticus jusculi et demissorum pellium lanæ centonem carpit.

a) Refus poëta, cui hoc fragmentum tribuitur, fortasse fuit Refus poëta *(Skáld-Refr)* de Hofgardis in hodierna toparchia Snæfellsnesensi in Islandia, unde *Hofgarða-Refr* appellatus est. Hic circa et post annum 1000 æræ nostræ floruit. — b) *Grundi* ut nomen proprium extra Islandiam invenimus (*Grundi prúði* poëta Eysteini regis belli, infra in Skáldatal; *Grundi* filius Hareki Bjarmorum regis, Forn. s. Norðrl. III, 552; *Grundi fèhirðir*, unus ex magnatibus Baglorum c. ann. 1220, vide Fornm. s. IX, 54 et sæpius), sed in Islandia ipsa nunquam; hic ex primitiva significatione *(grund = jörð*, terra) de viro rustico, sive servo glebæ adscripto, vilissimæ conditionis, adhibitum esse videtur. Cujus rationis exprimendi causa jusculum et pelliceæ vestes ei tribuuntur, et *grundi soðs* (rusticus jusculi, jusculo nutritus) atque *grundi hèðna* (rusticus pellium, pellibus vestitus) appellatur. Novimus hodie appellationem *soðgreifi*, quæ conferri meretur, proprie ducem v. baronem jusculi, sed translatè coquum significat. — c) Sensum vocis *trè* (proprie lignum significat) per undecim homonymiæ gradus transtulit commentator, ita ut demum centonem lanæ indicari dicat. Hanc interpretationem per traditionem ad commentatorem delatam esse verosimile est.

Tom. II, pag. 633:

1. [a]Heyr mundriði marnagla, snýr eigi trèvâg at skógi.

Audi, capule clavi maritimi (?), nonne lanx lignea ad silvam vertit.

a) Hi versus a commentatore griphus (*gáta*) appellantur, cujus enodationem tamen non dedit, tantummodo indicans, veram significationem verborum per plures homonymias transire, quod multis modis fieri potest. Primæ homonymiæ fortasse insunt verbis *mundriði marnagla*, quæ aut nomen proprium viri, aut appellationem prægnantem continent; deinde vocabula *trèvâg* et fortasse etiam *skógr* homonymias continere videntur.

2. ***Rögnvaldr***[a]: Ek verð þó opt silja akr[b] fyrir sjúkri njórun eyfitjar síka[c]; hin mæra menbrík[d] er mèr rjóð.[e] Slægr heðer (heiðir)[f] fylgir á hverju dægri at mínu hauksetrs hauðri[g], leitandi sútar; ek tíni svâ.

Sæpe tamen tristis adsidere cogor ægrotæ nymphæ ignis maritimi; eximia puella mihi cara est. Dolor calcitrans (gravis) quotidie pectus meum persequitur tristitiam sectans; ita rem refero.

a) Hic Rögnvaldus fortasse est comes Orcadensium, celeber sui temporis poëta († 1158). — b) In hac stropha homonymiæ ex nostra interpretatione in alternis versibus sive lineis strophæ sunt quærendæ, Egilssonius in prima tantum invenit. *Akr*, proprie ager, sed per homonymiam semen vel plantæ agrariæ, inprimis vero segetes, quæ in agris procreantur. Inter eas frumentum, *rúgr*, præcipuum locum tenet, et ita hoc vocabulum *rugr* substantiv., i. e. frumentum, in *ruggr* = *ryggr* adject., id est: tristis, per homonymiam transire potest, quæ hic vera significatio esse videtur, vide Egilss. Lex. poët. s. v. *akr*. — c) *ey-fit*, limbus insulæ, mare; *síkr* per ignem

hocce loco interpretari necesse est; *eyfitjar síkr* igitur ignem maris, i. e. aurum, significat, cujus *Njórunn*, dea v. nympha, fæmina appellatur. — d) *menbrík* sive *brík mens*, tabula torquis, denominatio fæminæ. — e) in voce *rjóð* altera homonymia latere videtur: *rjóðr* enim pro *runnr*, complexus arborum, quod iterum pro *kjarr*, fruticetum; pro *kjarr* vero per amphiboliam homonymicam substituitur *kær*, cara, quod hic ut videtur adhibere voluit poëta. — f) tertiam homonymiam in vocabulo *heðer* invenimus, *heðer* enim pro *heiðir* positum, quod falconem significat, *heiðir* autem etiam *harmr* dicitur (II, 487): quod itaque per homonymiam et falconem et dolorem significare potest, hic autem significatio de dolore quærenda est. *Höðr*, conject. Egilssonii, sed nunquam ab eo explicata. — g) *hauksetr*, proprie sedes accipitris, lacerti, manus; sed si in hac voce quartam homonymiam quærimus *hauksetr* idem est ac *mund*, manus. Pro *mund* deinde substituitur homonymice *munuð*, voluptas, animus cupidus, et *hauðr munaðar*, pectus, quam veram significationem esse accipimus.

3. ***(Rögnvaldr)***[a]**:** Eigi veit ek, nær óðflýtir[b] má knýta ægi[c], þat fiskafæra[d] dýr, (er) vèr eigum, er feigligt.

Nescio, quando poëtæ (= mihi) liceat interjungere equum, id animal habenarum, quod nobis est, moribundum esse videtur.

a) Hæc semistropha eundem auctorem ac proxime antecedens, nimirum Rögnvaldum, fortasse comitem Orcadensium, habuisse videtur. — b) *óðr*, poësis; *óðflýtir*, qui versus lepide profert, i. e. poëta, qui de se ipso loquitur. — c) *Ægir*, proprie mare, sed quum *marr*, proprie equus, etiam de mare usitetur, per homonymiam *ægir* pro *marr* (equus) substitui potest, quod hic factum est. *Ægir* igitur hoc loco equum significat. — d) *fiskafæri*, funiculi piscatorii, alio nomine *taumar*, quod iterum

homonymiæ ansam præbet, nam *taumar* etiam sunt habenæ equorum, quæ hic vera est significatio; *dýr fiskafæra* = *dýr tauma*, i. e. equus.

Tom. II, pag. 634:

[a]Ok óþokkaðr ostmýgir[b] okkar[c] broðgýgi[d]; bjúgr[e] saupstríðir[f] elr sorg um saurga flotgríði.[g]

Et invisus consumtor caseorum crassam reddit gigantidem panis; incurvus heluo jusculi dolorem patitur propter sordidam sebicoquam.

a) Exempla in hac semistropha afferuntur de poëticis denominationibus, quæ in contumeliam fiunt. — b) *ostmýgir*, qui caseos consumit, homo infimæ conditionis. — c) significatio hujus vocabuli hic derivatur a voce *ökkvinn*, tuberosus, crassus, tumidus, quasi *okkar* pro *ökkvir* positum esset. — d) *broðgýgr* = *brauðgýgr*, i. e. gigantis panis, quæ panem devorat. — e) lectio *bjúgr* proposita jam est ab Egilssonio pro *bjúgt*, quod dedit librarius, sed quod sensum præbet minus aptum. — f) *saupstríðir*, qui bellum jusculo infert, i. e. heluo jusculi. — g) *flotgríðr* (*flot*, sebum, liquamen — *gríðr*, nomen gigantidis) de fæmina, quæ in sebo et liquamine coquendo tempus peragit.

SKÁLDATAL,

SIVE RECENSUS POËTARUM SEPTENTRIONALIUM.

Scriptio illa antiqua, quæ *Skáldatal* appellari solet, jam inde ab Olai Wormii temporibus orbi literato nota fuit, sed inverso ordine et nominibus in Danicam et Latinam formam conversis, quo factum est, ut multis erroribus virorum doctorum in his rebus tractandis ansam dederit. Itaque non solum necessarium, sed etiam rationi hujus operis consentaneum esse videbatur, hunc recensum poëtarum septentrionalium, limæ criticæ subactum et expolitum, in lucem proferre, et de origine ejus et codicibus atque editionibus breviter disserere, quod ad intellectum ejus necessarium visum est.

In septentrione, ut apud plurimas gentes antiquiores, ars poëtica primaria fuit artium humanarum et ad divinam originem relata. Religio, mythologia et historia veterum populorum per carmina ad posteros descendunt, donec volventibus seculis discernendi ars et ratio ad tantam potestatem evecta est, ut historia a religione et mythis secerni incipiat. Ut apud Græcos, ita etiam apud patres nostros poësis et eloquentia a diis supremis originem traxit, quod historice a Snorrone Sturlæo ita traditur, ut dicat de Odino, in terras septentrionales immigrante: „Tanta erat oris facundia, tanta vocis et sermonis svavitas, ut quæ loquebatur sola audientibus vera viderentur, omnis autem sermo ejus metrico modo compositus erat, quemadmodum ea nunc composita cantantur, quæ carmina vocamus. Ipse Odinus et præsides templorum, qui eum comitabantur, carminum artifices sunt appellati, nam ars componendi carmina apud septentrionales populos originem suam illis debet. — — — Omnes artes tradidit per runas et per

carmina, quæ *galdrar* (incantationes) vocantur, quocirca Asæ incantationum artifices appellati sunt. — — Odino cogniti fuerunt thesauri omnes, quos terra condidit, novit etiam carmina, quorum ope ei recludebatur terra, et montes, et lapides, et tumuli, quorum incolas quum verbis solis ligaverat, ingressus quæcunque voluit abstulit"[1]. Poësis sive opus poëticum, carmen, ex nomine Odini fortasse appellatur *óðr*. Quemadmodum autem Snorro in opere suo historico eloquentiam et poësin incantatoriam tribuerat Odino, ita in opere suo mythico Edda Bragium, filium Odini, facundiæ et poëseos peritissimum fuisse dicit, hoc modo verba faciens: „Unus Asarum Bragius vocatur, is sapientia excellit, inprimis arte et facultate dicendi; artis poëticæ peritissimus est, et ex eo poësis *bragr* appellatur; de ejus quoque nomine is dicitur *bragr* virorum aut fæminarum, qui alios facundia antecellit, sive vir sit, sive fæmina"[2]. Quod ita intelligendum esset, aut Bragium a patre Odino has artes accepisse, et homines postea edocuisse, aut quum Odinus poëseos incantatriciæ auctor esset, Bragium contra poëseos epicæ, vel ut dici possit historicæ, auctorem fuisse, speciatim vero modos carminum multiplicasse, quare etiam tales modi dicuntur *bragir* sive *bragarhættir*.

Sed hæc ad traditionem historici temporis pertinent, quum multa secula fortasse jamdudum ultimum sonum carminum antiquissimorum exstinxerant. Si ex carminibus et relationibus, quæ ex antiquissimis temporibus ad nostram ætatem pervenerunt, concludere liceat, magna his cum priscis carminibus cæterorum populorum similitudo fuit, nam partim mythologici sive religiosi, partim epici sive quodam modo historici argumenti fuisse videntur. Ars poëtica eadem fere fuit ac ars literaria, poëtæ idem ac viri literati sui temporis; quid igitur mirum,

[1]) Snorri. Ýnglinga saga, cap. 6—7.

[2]) Snorra-Edda I, 99.

si videamus reges et reginas, seu homines principales utriusque sexus, inter poëtas numerari. Nec minus ex indole et forma poëseos septentrionalis prodiit, et cum genio populi convenit, quod genus poëseos in regionem epicam quam maxime divulgatum sit, dramaticam autem modo tetigerit. In hoc genere commemorandum est, quod apud nos tam multa carmina antiquissima héroibus ipsis tribuuntur, qui se ipsos et facinora sua carminibus celebrasse dicuntur, quod apud ceteros populos non eo modo factum esse comperimus. Nec minus specialis indolis sunt carmina genealogica, quæ progeniem regum vel heroum ex antiquissimis inde temporibus enumerarunt, vel ea, quæ mores aulicos regum decantarunt, vel quæ dramatica quadam modulatione corvum introducunt cum Valkyria colloquentem, et facinora regis, quem ex ovo secutus fuerat, enarrantem.

Quum igitur hoc tenemus, antiquissimis temporibus viros literatos et poëtas fere eosdem esse, necesse est reges et principes tales viros sibi adsciscere et in consvetudine sua continere cupivisse. Apud Svcones primum moris factum esse videtur, ut reges inter aulicos suos plures poëtas haberent, et ex antiquissimi temporis relationibus concludere licet, poëtas ex Norvegia oriundos apud reges Daniæ et Sveciæ versatos fuisse, quemadmodum Starkadus apud Ingjaldum regem Daniæ, Bragius senior et Kalfus Trondensis apud Eysteinum belium, Sveciæ regem. Et nihil obstare videtur, quin Refum „ryzki", qui eundem regem Eysteinum belium carmine celebrasse, aut etiam cum eo commorasse dicitur, ex Russia oriundum fuisse accipiamus. Quum vero hæc ita sint, non mirari possumus, quod et narrationes rerum memorabilium per carmina poëtarum late divulgari, et per longum tempus per eadem carmina in memoria populorum conservari potuissent.

Sed etiam hoc facile conspicitur, quod quamquam auctores historici libros componere, et res gestas antiqui-

oris temporis ordine describere cœperint, necesse tamen non breve temporis spatium supponendum sit, donec tantum in arte critica proficeretur, ut carmina veterum poëtarum inter historicos fontes numerari et hauriri possent. In hac re inter Saxonem et Snorronem magnum discrimen adest, quum enim Saxo non pauca carmina mythica et heroica cognovisse, et in historiæ suæ usum convertisse videtur, Snorro contra fere nihil horum carminum in historiam suscipit, sed proposita sibi norma et terminis criticis, quos in auctoritate carminum ponderanda et testimoniis eorum applicandis circumscripserat, ea fere solum carmina adfert, quæ et temporis præsentia et auctoritate ipsorum poëtarum testimoniali nituntur. In hac re Snorro medium tenuisse videtur, nam multa in historiis antiquitatis referuntur, quæ demonstrent varias relationes de rebus gestis intra et extra Islandiam circumvolasse, varia carmina et versus per ora hominum transiisse, et utrumque interdum in unum confluxisse, quum in conviviis et cœtibus hominum a poëtis et viris rerum antiquarum et historiarum peritis publice recitarentur.

Ante quam carmina poëtarum per literas conservari potuerunt, partim in familiis illis memoria tenebatur, quæ interdum per multas generationes venam poëticam conservarunt, ut multis exemplis adhuc probari potest[1], partim in scholis poëticis, qui jure ita appellari possunt, ubi poëtæ celeberrimi juvenes, quos vel amore vel ingenii juvenilis vigore allecti instituendos sibi sumpserant, leges poëticæ artis edocuerunt, ea præsertim methodo, quem ad modum ex ipsa Edda Snorronis discimus, ut amplissimum numerum anti-

[1]) ex. gr. familia Myramannorum ex Skallagrimo; — familia Osvifi sapientis, cui per quatuor generationes adnumerantur quinque poëtæ celeberrimi: Glúmr Geirason, Helgu-Steinarr, Stúfr Þórðarson (cæcus), Einarr Skálaglam, Hallar-Steinn (Herdisarson); — familia Gilsbakkensium, Bragii senioris nepotes; — Þórðr Kolbeinsson cum filio Arnore jarlaskáld; — Þórðr Sigvaldaskáld cum filio Sighvatr skáld, et ex filia nepote Ottare nigro, et plures.

quorum carminum exquisitorum verbotenus discerent et memoria tenerent. De hoc unum fortasse nobis testimonium relictum est in carmine Refi Hofgardensis (seculi XI.), cujus fragmenta in Edda Snorronis asservata sunt, et ad carmen ejus paræneticum in mortem magistri sui Gizuris Gullbraæ poëtæ, qui in pugna Stiklastadensi cecidit (1030), referenda videntur. Ex hoc carmine, præter unam integram stropham, duæ semistrophæ, quæ tamen inter se cohærere videntur, nobis servatæ sunt, ubi poëta in memoriam revocat, quam sæpe eum magister, tunc fato defunctus, „ad sacrum potum Corvorum Domini" (Odinis, i. e. fontem poëticum) admovisset:

Opt kom jarðar leiptra,
er baldr hniginn, skaldi
hollr at helgu fulli
hrafnásar mèr stafna;
þær eigu vèr veigar
Valgautr salar brautar
fals hrannvala fannar
framr valdi tamr gjalda[1].

In epilogo primæ Eddæ partis, *Gylvaginníng*, hæc magis aperte indicantur, admonente auctore „quemlibet juniorum poëtarum, qui copiam verborum unacum vetustis appellationibus sibi comparare, carminaque obscuris orationis figuris composita intelligere velit", ut hunc librum (eddicum) intelligere studeat; quibus verbis haud dubie indicatur, eddam Snorronis institutiones poëticas scriptas, fere eodem modo ac antea in scholis poëtarum adhibitæ fuerant, continere. Certe nonnulla exempla afferuntur, ubi carmina ex ore auctoris per literas conservata esse dicuntur, quemadmodum de Egillo Skallagrimi filio refertur (c. 975), qui quum pia fraude filiæ a suicidio aversus esset, carmen paræneticum in mortem filii pepegit, filia ductim baculo impinxit, deinde vero carmen peractum

[1]) Snorra-Edda I, 232. 240.

ipse uxori, filiæ et domesticis suis scriptum recitasse perhibetur[1]; sed tamen multo plura solummodo per traditionem oralem descendisse videntur, et inprimis per eos, qui arte sua poëtica nobiles facti apud exteros principes honores sibi acquirere studuerunt. Skapti Þóroddsson, legifer Islandorum, de Olavo Sancto Norvegiæ rege carmen composuit et, quum aut ætate aut officio suo detentus in Norvegiam ipse proficisci non potuit, filium suum discere fecit, eo fine, ut coram rege hoc carmen publice declamaret, quod tamen, quum filius mox succensionem regis in se contraxisset, nunquam perfectum est (1025—1026). Stúfr Þórðarson, unus ex familia Osvifiana, quæ antea ut poëtis primi ordinis abundans commemorata est, cœcus fuit, et jam adultæ ætatis in Norvegiam trajecit temporibus Haraldi Sigurdi filii (severi), hæreditatis petendæ causa, ut dicitur, sed etiam eo verosimiliter fine, ut artis suæ specimina dare, et aliquid honoris et lucri inde haurire posset. Is exemplo est, quantam carminum copiam poëtæ memoria comprehendere et data occasione recitare valebant, dicitur enim uno vespere triginta carmina minora non intercalata *(flokka)* regi recitasse, et interrogante rege, quapropter sola breviora carmina recitaret, et numquid propterea, quod nulla majora intercalata *(drápur)* memoria teneret, respondisse: „haud pauciora teneo carmina majora intercalata, quam breviora non intercalata, et tamen ex his multa sunt, quæ nondum cecini"[2]. Simili modo narrationes de heroibus et athletis, de regibus et principibus, de gestis eorum et ceteris rebus, quæ maxime notabiles esse videbantur, in ore populi, inprimis vero poëtarum et aliorum hominum literatorum utriusque sexus, formatæ sunt, et ita per generationes descendebant. De compositione harum narrationum

[1]) (Þorgerðr Egilsdóttir): Vilda ek . . at þú mættir yrkja erfikvæði eptir Böðvar, en ek mun rista á kefli.... Ok er lokit var kvæðinu, færði hann (Egill) þat Ásgerði ok Þorgerði ok hjónum sínum. Egils s. c. 81.

[2]) Har. saga harðráða c. 110: Fms. VI, 389—393.

prima quidem vestigia inveniuntur haud paulo ante ætatem librorum scriptorum, et hæc compositio duplex est, partim de rebus memorabilibus, ut v. c. de prælio *Hakonis* dynastæ cum piratis Jomensibus, de expeditionibus et facinoribus Haraldi regis Sigurdi filii in terris orientalibus, nam de utroque disertis verbis dicunt, per homines Islandos, qui ipsi rebus interfuerunt, narrationes inde in Islandiam translatas esse; partim de heroibus, quæ narrationes a compositoribus ipsis liberius tractatæ sunt, et variis carminibus interspersæ. Utræque compositiones in cœtibus hominum et conviviis oblectamento habitæ sunt. Haldor Snorronis filius, socius Haraldi regis, quotannis in comitiis generalibus historiam de expeditionibus ejus orientalibus retulit, et ex relationibus ejus alter quidam vir Islandus memorialiter historiam collegit, quæ regi ipsi satisfecit[1].

De compositione artificiali clarissimum exemplum nobis dedit Historia Sturlungorum, in descriptione convivii Reykjaholensis anno 1119, unde hæc ad nostrum finem maxime spectantia afferemus: Ingimundus Einari *(Íngimundr Einarsson)*, nobili genere natus, curio hæreditarius et presbyter ordinatus ecclesiæ, quam antecessores ejus Reykjaholis c. 1020 fundaverant, vir fuit literis magnopere deditus, historiarum et relationum compositor dexterrimus et enarrator, in conventibus oblectator, poëta elegans, qui pro carminibus suis apud exteros præmia acceperat. Accola ejus Hrolfus de Skalmarneso, colonus popularis, juris bene peritus fuit et causas tractare consuevit; historiarum apprimè gnarus, poëta satis elegans, re familiari bene florente. Quum hoc tempore res civiles et ecclesiasticæ in magistratu separari inciperent, Ingimundus, ut vir clerici ordinis, civilem suam potestatem, quam hæreditate tenebat, cognato suo tradidit, ipse fundos et ministerium ecclesiasticum retinens. Ille moris habuit quotannis circa festum sancti Olavi regis per integram hebdomadem convivium celebrare. In his conviviis inter cetera

[1]) Har. s. harðr. c. 99: Fms. VI, 354—356.

oblectamenta ludi varii generis, tripudationes, luctationes et historiarum enarrationes numerantur. In convivio, quod anno 1119, ut mox dictum erat, celebratum fuit, Hrolfus de Skalmarneso retulit de Hraungvido athleta et pirata, de Olavo Lidsmannorum rege, de tumuli Thrainiani destructione atque Hromundo Greipi filio, cum multis versibus inspersis. Ab auctore simul indicatur, historiam de Hromundo et versus interpositos a relatore composita esse, quamvis Hromundus revera persona historica et non ficta esset, quum multi homines a Hromundo genus suum ducerent, addens hanc relationem postea Sverreri Norvegiæ regi oblectamento recitatam fuisse, qui dixisset, tales historias effictas jocosas esse. In eodem convivio herus ipse, Ingemundus presbyter, historiam de Ormo Barreyensi poëta cum multis versibus retulit, addito eleganti carmine breviore non intercalato, quod ipse composuerat[1].

Circa hæc ipsa tempora auctores historici in Islandia opera sua literis mandare inceperunt. Teste Snorrone ARE THORGILSSON presbyter, polyhistor dictus, hoc celeberrimum agmen ducit, ille enim, ut dicit Snorro, „primus omnium in hac regione tam priscas quam novas scientias lingua boreali conscripsit. In principio libri sui maxime de prima habitatione Islandiæ et legum ibidem constitutione disseruit, deinde legiferos recensuit, et annos officii cujusque, in quo ordinem suum chronologicum usque ad tempus introductæ in Islandiam religionis Christianæ funda-

---

[1]) Sturlúnga s. I, c. 6. 13. Ceterum notandum est, nullam harum narrationum neque carmina ad nos pervenisse, nam quæ hodie superest narratio de Hromundo Greipi filio, quæ etiam de Hraungvido athleta et destructione tumuli Thrainiani agit (FsN. II, 363—380) multo inferioris ætatis est. Cantilenæ (rímur), Griplur dictæ, de Hromundo, quorum fragmentum in codice membranaceo Guelferbytano (c. 1500 scripto) servatum est, et apographa in collectione A. Magnæana Nr. 310 C et 146. 8vo, certe antiquiorem narrationis textum tractant, non tamen illum, de quo hoc loco sermo esse posset.

vit, postea vero ad sua usque tempora persecutus est. Cui præterea multa alia documenta addidit, tam vitas regum Norvegiæ et Daniæ atque Angliæ, quam etiam res maxime memorabiles, quæ in hac terra (Islandia) evenerant. Omnia ab eo relata multis sapientibus viris primo loco ponenda videntur, erat enim rerum scientissimus et tantæ ætatis, ut natus sit anno post casum Haraldi regis Sigurdi filii proximo. Scripsit, ut ipse testatur, vitas regum Norvegiæ ex relatione Oddi Koli filii, nepotis Halli de Sida, Oddus vero a Thorgeiro afradskollio didicerat, viro sapiente, et ætate tam provecto, ut in villa Nidarnesensi habitaret quo tempore Hakon dynasta, potens dictus, occisus est. In eodem loco Olavus rex Tryggvii filius emporium fundare jussit, ubi jam nunc positum est". A septimo ætatis anno usque ad annum vicesimum primum in domo Halli Haukadalensis fuit, qui quum olim negotia mercatoria pro rege Olavo sancto gesserat, et societate commerciorum cum eo junctus fuerat, de periodo temporis ejus bene novit, et alumnum suum de his rebus instituere potuit[1]. Quæ de historia rerum Norvegicarum ab Ario presbitero conscripta dicit Snorro, non plenam quidem de hoc opere notitiam suppeditant, sed tamen vix dubitari potest, quin ejusdem in universum fuerit formæ atque ejusdem auctoris „liber Islandorum", quem Snorro etiam cognovisse et in præfatione operis sui verbotenus uno loco excerpsisse videtur. Quod si ita sit, non multum a veritate errabimus accipientes, hanc seriem regum Norvegicorum brevem fuisse, ad certum ordinem chronologicum redactam, nominibus additis eorum, quorum fide historia et ratio temporum nitebatur, nulla vero poëtarum carminibus auctoritate attributa. Terminum seriei verosimiliter ab Haraldo pulchricomo usque ad auctoris tempora, sive ad mortem usque Sigurdi regis Hierosolymipetæ (c. 850—1130) definire possumus, quamquam ex appendice „libri Islan-

[1]) Snorr. Heimskr. in Præfatione.

dorum" appareat, genealogiam Ynglingorum auctori notam fuisse, et vix dubiæ fidei ab eo habitam, quum ipse ex hoc genere originem suam duxerit. — Eodem fere tempore Sæmundus, presbyter Oddensis, is quoque polyhistor ab antiquis nominatus († 1133), aliam seriem regum Norvegicorum, sive historiam Norvegicam conscripsisse dicitur, quæ, Latino sermone fortasse conscripta, a nonnullis etiam magnæ auctoritatis habita est. Opus ejus „liber" appellatur[1], qui narrationes anecdotas de Olavo rege, ex parte legendarias, continuisse videtur, et prout a carmine in honorem nepotis Sæmundi compositi, et seriem regum Norvegicorum tractantis, perspici potest, decem tantum reges, ab Haraldo pulchricomo ad Magnum bonum (c. 850 —1040) enumeravit vel historice tractavit[2]. Quum hoc opus tam longe ante auctoris tempora finierit, nihil verosimilius est, quam inter ultima ejus scripta fuisse et imperfectum ab eo relictum. Quod autem ad rationem operis attinet, non dubitari potest, quin et breviter conscriptum fuerit, et de carminibus poëtarum nihil susceperit, hæc enim, non minus quam methodus legendaria historiæ ejus, ex relationibus, quæ ei tribuuntur, perspicua sunt.

Non multo post tempora Arii et Sæmundi historiam Norvegiæ conscripsit vir Islandus Ericus Oddi filius (Eiríkr Oddsson). Operis ejus rationem et auctoritatem exposuit Snorro Sturlæus his verbis: „Hallus, filius Thorgeiri medici, Steini nepos (vir Islandus), satelles aulicus regis Ingii, his rebus peractis præsens fuit (supplicio Sigurdi slembidiaconi 1139), et Ericio Oddi filio retulit, qui deinde

[1]) „Svâ hefir Sæmundr ritað um Ólaf konúng (Tryggvason) í sinni bók". Ólafs saga Tryggvasonar sec. Oddum monachum. Fms. X, 289. — Paulo aliter cod. Holm. (ed. Christianiæ 1853. c. 27 p. 30), ubi testimonium Sæmundi, non „liber" ab eo scriptus, adfertur.

[2]) Jon Loptsöns encomiast, ed. Jon Eiríksson (Erichsen). Khavn 1787. 4to; Fornm. s. X, 422—433, vide inprim. stroph. 40.

relationem ejus literis mandavit. Ericus librum conscripsit, qui *Hryggjarstykki*[1] appellatus est; in hoc libro de Haraldo gillio et filiis ejus, de Magno cœco et Sigurdo slembe, et de obitu eorum, distincte narratum est. Erat Ericus ipse vir sapiens, et his temporibus in Norvegia frequenter versatus. Aliquam partem narrationis scripsit ex relatione Hakonis magii (stomachi), præfecti regum filiorum Haraldi. Hakon vero et filii ejus omnium contentionum et consiliorum clandestinorum hujus temporis participes erant. Præterea Ericus plurium virorum sapientium et veracium nomina adfert, qui ei de rebus gestis retulerunt, ipsi vero his rebus tam prope adfuerant, ut visu vel auditu perceperint; nonnulla vero ipse ex proprio visu vel auditu descripsit"[2]. Patet igitur, librum Erici historiam annorum 1131 usque ad 1159 pertractasse, neque minus nomina, quæ testimonii loco adfert, indicant, nullam apud eum poëtis et carminibus auctoritatem relictam esse, quum nemo poëtarum inter testes ejus nominatus sit. Opus ejus ad nostra tempora integrum non pervenit, nisi a librariis interpolatum et auctum, quare verosimile fit carmina, quæ in codicibus ad librum *Hryggjarstykki* nunc referuntur, a secunda manu inserta esse.

Circa annum 1180, vel certe post annum 1176 (1176—1188) prodiit liber Theodorici monachi Nidrosiensis, Latino sermone scriptus, et breve compendium historiæ regum Norvegicorum, ab Haraldo pulchricomo usque ad obitum Sigurdi Hierosolymipetæ continens. Ex relationibus ipsius elucet, quos fontes ad manus habuerit, et quo-

---

[1]) *hryggjarstykki*, nomen aviculæ, in nomenclaturis Eddæ Snorrianæ adfertur (Sn.-E. II, 488), unde nomen derivat Munch. Hist. Norv. C, 1040. Ex interpretatione vulgari Islandorum opus Erici *hryggjarstykki* (dorsum) appellatum est, quoniam mediam partem historiæ Norvegieæ tractat (Finn. Joh. Hist. Eccl. Isl. I 214; Mœbii catal. librorum Isl. et Norv. p. 113).

[2]) Snorron. Hkr. de Sigurdo, Ingio et Eyst. c. 11, cfr. ib. c. 4. 7. 10.

modo rationem operis conscribendi inierit. Librum suum Augustino (Eysteinn), secundo archiepiscopo Nidrosiensi, dedicavit, simul indicans, hunc librum primum opus historicum esse, in Norvegia scriptum, „ubi nullus antiquitatum unquam scriptor fuerit"[1]. Historiam ab Haraldo pulchricomo incipere se dicit, quoniam vetustiorum regum memoriam „scriptorum inopia" deleverit, uno loco autem, ubi de Canuto magno sermo est, annorum rationem ex „Catalogo regum Norvagiensium" affirmat. Quod vero ad historiam ipsam pertinet, et narrationes et computationes Islandorum fontes sibi esse dicit, studiose quodammodo inhærens, quod auctoritas eorum lectori veritatis pignus esse debeat, et omnem fidem operis ex ea sola dependere. „Operæ pretium duxi", inquit, „pauca hæc de antiquitate regum Norvagiensium annotare, et prout sagaciter perquirere potuimus ab eis, penes quos horum memoria præcipue vigere creditur, quos nos Islendingos vocamus, qui hæc in suis antiquis carminibus percelebrata recolunt .... Veritatis vero sinceritas in hac nostra narratione ad illos omni modo referenda est, quorum relatione hæc annotavimus, quia nos non visa sed audita conscripsimus"[2]. — De computatione annorum Haraldi pulchricomi iterum: „Hunc numerum annorum domini investigatum, prout diligentissime potuimus ab illis, quos nos vulgato nomine Islendingos vocamus, in hoc loco posuimus: quos constat sine ulla dubitatione præ omnibus aquilonaribus populis in hujusmodi semper et peritiores et curiosiores extitisse"[3]. Ex his verbis perspicuam satis de hujus libri

[1]) Theodor. mon. ed. Kirchmann. cap. 13; Langeb. SRD. V, 321.

[2]) Theodor. monach. in prologo, Langeb. SRD. V, 312.

[3]) Theodor. monach. c. 1, SRD. V, 314; cfr. cap. 33 p. 341: „Pauca hæc de antecessoribus nostris .... perstrinxi, non visa sed audita retractans ..... quæso ne me mendacii arguat, quia aliena relatione didici, quod scripsi".

fontibus notitiam formare possumus. Quum periodus historiæ Norvegicæ, a Theodorico monacho tractata, omnino cum periodo historiæ Arianæ (Arii presbyteri) coincidat, non cum Sæmundi, dubitari non potest, quin liber Arii fundum operis quodam modo fecerit, non tamen ita, ut ipsum librum Arii in usum suum convertere potuerit auctor, sed magis „catalogum regum Norvagiensium", inde excerptum, et relationes aliquorum virorum Islandicorum, qui librum Arii studuerant et magna ex parte memoria tenuisse videntur. Novit quidem gesta majorum apud Islandos „in suis antiquis carminibus percelebrata" esse, sed nihil inde hausisse videtur. Præterea leges sancti Olavi regis, „patria lingua" conscriptas, cognovisse se dicit[1], sed quemadmodum hoc loco vix de authentica harum legum editione, sed tantum de legibus Norvegicis in universum, quæ vulgo ad Olavi sancti regis auctoritatem referebantur, sermo esse potest, ita hæ leges in libro Theodorici nullas partes habent. — Denique etiam miracula sancti Olavi, „a nonnullis memoriæ tradita", huic auctori nota fuerunt, et certe ejus non pauca cum historia miraculosa Olavi regis, quæ adhuc nobis servata est[2], conveniunt; si autem ex verbis ejus concludere liceat, verosimillimum fit, relationes, quas ipse de miraculis sancti Olavi dedit, ex iisdem fontibus Islandicis atque cetera haustas esse, scriptas autem narrationes, quas commemorat, et quibus ut bene notis immorari superfluum duxit, Latino sermone conscriptas fuisse[3]. — Librum Ericianum,

[1]) „Rex Olavus ... leges patria lingua conscribi fecit, juris et moderationis plenissimas, quæ hactenus a bonis omnibus et tenentur et venerantur". Theodor. monach. c. 16; SRD. V, 324.

[2]) Ólafs saga ens helga, secundum codicem Delagardianum Upsaliensem, ediderunt Keyser et Unger. Christiania 1849. 8vo.

[3]) Quo .... modo deus merita martiris sui Olavi declaraverit, cæcis visum reddendo et multa commoda ægris mortalibus impendendo, et qualiter episcopus Grimkel ... post annum et quinque

quem antea nominavimus, *Hryggjarstykki* dictum, neque in usum suum convertit, neque omnino cognovisse videtur.

Duo monachi Thingeyrenses in Islandia, Oddus Snorronis filius (c. 1200) et Gunnlaugus Leifi filius († 1219), historiam Olavi Tryggvii filii Norvegiæ regis conscripserunt, uterque sermone Latino. Ipsa hæc opera ad nostra tempora non sunt servata, sed ex Oddi monachi libro, in sermonem Islandicum magna quidem cum libertate translato, trium codicum fragmenta ad nos pervenerunt, atque jam dudum edita sunt[1]. Certe in his non pauca carmina occurrunt, sed verosimiliter a translatoribus inserta, primum enim non est, cur strophas poëtarum Islandicorum non translatas in textum Latinum susciperent, deinde cædem sæpissime strophæ et eodem fere ordine ac apud Snorronem citantur. Epigramma Stefneris in Sigvaldium dynastam apud Oddum monachum luculenter idem demonstrat, quum hoc Latine dederit, unde non dubitari potest, quin hoc solum ab initio pars libri fuerit, cetera vero a secunda manu addita.

Circa initium seculi tertii decimi triplex igitur literaturæ historicæ et poëticæ genus et quasi fundamentum invenimus (nam hic de cetero literarum genere, v. c. theologico, computistico etc. sermo non est): Carminum mythicorum, epicorum et ceteri generis immensam copiam, quæ vulgare quodammodo scientiarum genus fuit,

dies beatum corpus e terra levaverit ... quia hæc omnia a nonnullis memoriæ tradita sunt, nos notis immorari superfluum duximus". Theodor. mon. c. 20, SRD. V, 330; cfr. Ólafs saga (1849), c. 100.

[1]) codices hi sunt: *a*, A. Magn. 310. 4to, ed. Reenhjelm, Upsal. 1691 4to.; Fms. X, 216—376; locus quidam in Antiqu. Russes I, 415—417 cum specimine scripturæ ib. Tab. VII. — *b*, Bibl. reg. Holmiens. Island. Nr. 20 (18?) 4to. ed. P. A. Munch. Christiania 1853. 8vo. — *c*, Collect. Delagardiana Biblioth. Univers. Upsaliensis, ed. Verelius 1665. 8vo; ed. P. A. Munch exser. Ungeri in libro cit. p. 64—71.

inprimis vero a poëtis tenebatur et studio excultum fuit; narrationes arte compositæ, ex minore vel majore parte effictæ, et a poëtis carminibus intersitæ, quæ in conviviis et cœtibus hominum oblectandi causa referebantur; et libri historici, quorum nonnulli res gestas breviter recensuere, additis nominibus testium oculatorum seu aliorum, quibus fidem certissimam attribuerunt, et quorum testimonio nitebantur; alii autem, superstitionis suæ ætatis et auctorum suorum ordinis non expertes, traditiones miraculosas magis magisque immiscuere. Eodem autem tempore Snorro Sturlæus prodiit, et elementa antecessorum suorum tanto ingenio et arte, tanto vigore et jucunditate, simul autem tanta dignitate atque æquitate, colligere et componere valuit, ut opus ejus merito inter præstantissima opera historica omnis ævi numeratum sit, quod inprimis saburra prodigiorum et portentorum removenda, et velis poëtarum antiquiorum expandendis ei succedit. Quod autem Snorro re vera auctor sit, ut carmina historico-epica de regibus et principibus in usum historicorum converterentur, multi operis ejus loci testantur, quorum præcipui hic afferri merentur.

In præfatione operis sui tanto cum studio de auctoritate poëtarum et carminum testimoniis eorumque valore disserit, ut non dubitari possit, quin hoc pro innovatione quadam methodus suæ historicæ defendenda et vindicanda factum sit. „In hocce libro”, inquit, „describi curavi relationes antiquas de principibus viris, qui in terris borealibus regnis præfuere, Danica lingua utentes, prout viros rerum gestarum scientissimos narrantes audivi; adhæc etiam nonnulla eorundem stemmata, quemadmodum mihi relatum est, partim quod invenitur in serie genealogica, ubi stirpem suam recensuerunt reges aut ceteri principes viri, summo loco nati; partim vero ex vetustis carminibus aut cantilenis historicis, quæ oblectandi causa decantata sunt, hausimus. Esto quidem, quod harum rerum veritatem non sciamus, tamen exempla nobis bene sunt cognita,

quæ demonstrent, antiquos viros historicos eadem pro vero habuisse. Thiodolfus sapiens de Hvine poëta erat Haraldi pulchre comati; ille etiam de Rögnvaldo rege, montibus excelsiore cognominato, carmen composuit, quod recensus Ynglingorum generis *(Ýnglíngatal)* dictum est.... In hoc carmine triginta majores ejus nominatim recensentur, addita mentione mortis cujusque et loci sepulchralis, quo singuli quiescunt. Fjölner dictus est filius Yngvi-Freyi, per multa tempora a Svecis sacrificiis culti, cujus ex nomine Ynglingi appellati sunt. — Eyvindus poëtarum corruptor *(skáldaspillir)* itidem recensuit majores Hakonis dynastæ, Potentis appellati, in carmine dicto recensus generis Haleygensium *(Háleygjatal)*, quod in honorem Hakonis compositum erat. Ibi nominatus est Sæmingus, filius Yngvi-Freyi [rect. Odini], itidemque de morte cujuscunque illorum tumulique loco commemoratur. Secundum traditionem Thiodolfi vitæ Ynglingorum primum scriptæ sunt, deinde ex relationibus virorum scientissimorum auctæ ....., Haraldo autem pulchricomo in Norvegia regnante Islandia habitari cœpta est. In comitatu Haraldi poëtæ fuerunt, quorum carmina etiamnum homines memoria tenent, ut et carmina de omnibus regibus, qui exinde in Norvegia imperarunt. Hæc carmina maximi argumenti nobis sunt, quæ coram principibus ipsis aut eorum filiis decantata fuere, omnia enim pro vero accipimus, quæ in illis carminibus de itineribus regum vel præliis gestis inveniuntur. Est quidem mos poëtis, ejus præsertim decantare laudes, cui præsenti carmen recitant, nemo autem eo procederet audaciæ, ut ipsi principi narraret res ab eo gestas, quas omnes auditores ut ipse princeps falsas fictasque esse noverint; id quod ludibrio esset, non laudi". — Deinde, quum de vita et scriptis Arii presbyteri dixerat, et eorum auctoritati multa tribuerat, hæc in fine addit: „Sed carmina, si incorrupta decantantur et scienter interpretantur, minime omnium a veritate

formæ et sensus distracta mihi esse videntur"[1]. Postea, in ipsis historiis regum Norvegiensium, sæpius ad auctoritatem poëtarum revertitur; ita verbi causa in historia Olavi Tryggvidæ: „Ex Hallfredi carminibus plerumque scientiam et veritatem hausimus earum rerum, quæ de Olavo rege Tryggvii filio relata sunt"[2]. — In historia Olavi sancti regis jam antea monitum est, Arium presbyterum optime instructum fuisse, et ideo in hac parte historiæ tractanda a Snorrone maximæ auctoritatis habitum, sed si fontes hujus historiæ accuratius exploramus, auctoritati poëtarum plurima attributa esse invenimus. Hoc præsertim in prologo codicis Holmiensis (Nr. 2. 4to.), qui a Snorrone ipso profectus esse videtur, disertis verbis dictum est, qui quum eodem modo ac in præfatione Heimskringlæ de antiquissimis poëtis Thiodolfo et Eyvindo disseruit, de serioris temporis et præsertim regni Olavi sancti historia conscribenda ita verba facit: "Postquam vero Haraldus pulchre comatus regnum in Norvegia tenuit, multo accuratius vera referri possunt de vita regum, qui Norvegiæ imperarunt. Regnante Haraldo Islandia habitari coepit, et tum frequens inter Norvegiam et Islandiam commeatus fuit. Res gestæ quacunque æstate ex una in alteram harum terrarum relatæ fuerunt, quæ deinde memoriæ traditæ et per narrationes promulgatæ sunt. Sed mihi tamen ad veram historiam referendam hæc maxime notabilia videntur, quæ disertis verbis in carminibus dicuntur, sive in ceteris operibus poëticis, quæ de regibus aut aliis principibus viris composita et ipsis præsentibus recitata sunt, vel etiam quæ in carminibus funebribus a poëtis coram filiis eorum recitatis continentur. Verba in carmine numero poëtico composita ab initio immota manent, si recte recitantur, et quamquam unus ex altero didicerit mutari non possunt. Sed quoad narrationes, quæ per ora hominum transeunt, periculum adest,

[1]) Snorr. Hkr. in præfatione.

[2]) Hkr. Ol. Tryggv. c. 90.

ne diverso modo intelligantur; sunt alii, quos labente tempore memoria fallit, ut non recte teneant quo modo ipsis relatum sit, fallente vero memoria narrationes immutantur et levioris momenti fiunt. — Islandia plus quam ducentos et quadraginta annos inhabitata fuerat, quum libri historici hic componi incipiebant; longum quidem hoc fuit ævum, et certe difficile, ne relationes per oralem traditionem formam mutaverint, nisi carmina nova et antiqua haberemus, unde veritatem scientiæ haurire possemus. Ita viri historici prioris ætatis fecerunt, quum veritatem quærere vellent, ut nimirum horum virorum dicta pro vero haberent, qui ipsi res gestas viderant, et præsentes adfuerant. Ubi vero poëtæ ipsi præliis interfuerunt, testimoniis eorum auctoritas non deest. De iis, quæ coram ipso principe recitavit poëta, idem valet, non enim auderet has res ab eodem principe gestas referre, quæ et ipse princeps et omnes auditores scirent nunquam eo præsente accidisse, hæc enim cavillatio non laus esset. — Nos nunc res maxime notabiles describemus, quæ tempore regis Olavi sancti acciderunt ...... Scio equidem, si ad exteros hæc narratio perveniat, fore quosdam, quibus de viris Islandis justo plura referre videar, sed ejus rei hæc causa est, quod viri Islandi, qui has res gestas aut viderunt aut audiverunt, in hanc terram relationes de iisdem rebus traduxerunt, quas deinde ceteri ex eorum narratione didicerunt. Sed tamen pleraque tali modo scribo, quemadmodum ea in carminibus poëtarum, qui cum Olavo rege fuerunt, invenio"[1] — Non igitur dubitari potest, quin apud Snorronem maxima pars historiæ Olavi sancti regis ad ductum carminum Sighvati et aliorum poëtarum scripta sint, id quod præterea luculenter demonstratur in narratione de pugna Stiklastadensi, inprimis his verbis: „Ferunt Olavum regem, aciem struentem, viros robore et fortitudine præstantissimos selegisse, qui clypeis dense consertis

[1]) Saga Ólafs konúngs ens helga. ed. Munch & Unger. Christiania 1853. 8vo. Prolog. p. 2—3.

agmine vallato ipsum propugnarent. Tum rex poëtas suos ad se vocavit, jussitque agmen vallatum intrare; hic vobis manendum, inquit, et quid eveniet inspiciendum, ne alienis narrationibus indigeatis, nam vestrum erit rem gestam narrare et deinceps carmine celebrare. Aderant ibi Thormodus Kolbrunæ-poëta, Gizur Gullbraæ-poëta et Thorfinnus munnus", omnes viri Islandi[1], Sighvatus vero Romam profectus eo tempore procul aberat. — Quanta pars historiæ Magni boni ex poëtarum carminibus, inprimis Sighvati, Thiodolfi Arnoris filii et Arnoris dynastarum-poëtæ prodierit, ipsum opus Snorronis demonstrat; in historia vero Haraldi regis severi, Sigurdi filii, pluribus locis indicat, quorum relationibus originem debeat: „Duo viri Islandi nominati sunt", inquit, „qui ibi (in Sicilia) in comitatu Haraldi erant, alter Halldor, filius Snorronis antistitis, qui harum rerum narrationem in Islandiam portavit, alter Ulfus Ospaki filius, Osvifi sapientis nepos" (qui postea aulæmagister regis factus est), uterque corporis robore et audacia bellica insignis, Haraldoque intima amicitia junctus[2]. Et alio loco ita verba facit: „In his duobus carminibus intercalatis de Haraldo (i. e. Thorarini et Thiodolfi) et multis aliis carminibus in ejus gloriam compositis, hoc commemoratur, quod nimirum ipse rex Haraldus Græcorum regem occæcaverit; cujus facti alium nominare potuissent auctorem, aut ducem aliquem, aut comitem, aut alios quosdam viros eximiæ dignitatis, si hoc verius esse novissent, ipse enim rex Haraldus hujus rei narrationem in vulgum edidit, et ceteri viri, qui tunc temporis ei socii fuerunt"[3]. Inprimis autem poëtarum auctoritas in rebus Haraldi narrandis sequenti loco diserte exprimitur: „Multo plura sunt rerum ab eo gestarum, quæ literis non mandata sunt, cujus rei causa est inscitia nostra, et hæc alia causa accedit,

---

[1]) Hkr. Ol. sanct. c. 218.

[2]) Hkr. Har. harðr. c. 9.

[3]) Hkr. Har. harðr. c. 14.

quod narrationes testibus destitutas libris mandare nolumus, quamvis plura fusius enarrata aut brevius attincta audiverimus, nam malimus nostra aliis posthac augeri, quam partem aliquam narrationis nostræ auferri. Magna ejus historiæ materia in carminibus deposita est, quæ viri Islandi aut ei ipsi aut filiis ejus portarunt, qua de causa et his ipsis magna se amicitia junxit, et omnes terræ nostræ (Islandiæ) incolas eximia benevolentia prosecutus est"[1].

Hæc, quæ jam ex opere Snorronis attulimus, tam certum nobis testimonium de compositione libri suppeditant, ut nulli fere dubio locum relinquere videatur. Historiam Ynglingorum inprimis ad ductum carminis Thiodolfiani scripsisse videtur, Halfdani nigri ex traditionibus antiquis, si non jam apud Arium primam partem historiæ Haraldi pulchricomi, filii ejus, effecerit. In periodo ab Haraldo pulchricomo ad decessum Sigurdi Hierosolymipetæ Arii librum et auctoritatem fundamenti loco posuit, et narrationes ejus haud dubie integras quoad materiam suscepit, stylo tantummodo in elegantiorem facundiam mutato; præsertim vero in historia Olavi sancti, ubi Arius tamen certe copiosior esse potuit, magnam materiæ partem ex eo hausisse videtur, additis quidem in toto opere rerum gestarum narrationibus ex carminibus selectis, ipsis carminum veterum locis plerumque allatis, et si carmina cum relationibus antiquiorum convenissent, strophis testimonii loco additis. Eodem modo librum Erici *Hryggjarstykki* in usum suum convertit, additis etiam hic narrationibus de rebus gestis et testimonii loco strophis selectis ex carminibus poëtarum. Postremam periodum partim ex suis composuisse videtur, partim ex auctore anonymo hausisse, qui ex auctoritate Sverreris Norvegiæ regis libellum quendam historici argumenti scripsit, et fortasse de fatis patris

---

[1]) Hkr. Har. harðr. c. 36.

ejus et fratris quædam retulit[1], paucis tantum strophis Einaris presbyteri Skulonis filii et Thorþjörni Skakkipoëtæ allatis, quod etiam bene procedit, quum ex ore nutricii, Jonæ Lopti filii Oddensis, de historia sui temporis facile instrui potuerit. Hoc autem mirari possumus, Snorronem nusquam librum Sæmundi neque ejus auctoritatem commemorare, quum de Ario non raro sermo sit, et de ejus libri ratione et auctoritate tam accurate in præfationibus operis disseratur; quo credibile fit, scriptum Sæmundi non magni momenti fuisse, et fortasse brevem solummodo catalogum decem virorum principalium, qui ab Haraldo pulchricomo ad Magnum bonum in Norvegia imperarunt, quemadmodum carmen „encomiastæ Jonæ Lopti filii" nos edocet, continuisse, paucis observationibus chronologicis interspersis.

Opus Snorronis brevi postquam scriptum erat per librarios divulgatum est, nam dubitari non potest, quin de eo sermo sit, quum libri historici a Snorrone compositi commemorantur. Hoc jam 1230 vel antea cœptum est, nam eodem anno de Sturla Sighvati filio, Snorronis ex fratre nepote, refert historia Sturlungorum: „Hoc tempore familiaritas Snorronis et Sturlæ magis conjungi cœpit. Sturla Reykjaholti sæpius commorabatur, multumque curæ habuit codices historicos per librarios describendi, ex iis libris, quos Snorro composuit"[2]. Non igitur mirandum est, quamvis „Historiæ" vel „Vitæ regum" *(Konúngasögur[3])* vario modo per exemplaria divulgatæ sint, et historiam Arii in oblivionem detruserint, ita ut auctor histo-

[1]) *Svá hefir Sverrir konúngr rita' látið* (de captivitate Eysteini regis 1157). Snorr. Hkr. de Sig. Ing. et Eyst. c. 32.

[2]) Sturl. V, 11.

[3]) Ita opus Snorronis ante Torfæi tempora appellabatur: „Ívarr hinn víðfaðmi kom með her sinn í Svíaveldi, sem segir í konúngasögum". Hervarar saga in FSN. 1, 509; interdum vero „æfi Noregs konúnga" appellatur (v. c. in Flateyjarbók et Knytlíngasaga). Opposita est denominatio „Historiæ comitum" *(Jarla sögur)*, de comitibus Orcadensibus: „Þat er sagt í Jarlasögunum" etc. Snorr. Hkr. Ól. helg. c. 109.

riæ prolixioris Olavi Tryggvidæ relationes Snorronis non Arii testimonii loco adferat[1]. Sic etiam omnes codices, qui historiam Norvegiæ tractant et ad nostra tempora venerunt, Snorronis exemplum secuti, strophas selectas ex poëtarum carminibus afferunt, ex maxima quidem parte eadem ac ipse Snorro, non paucis tamen additis, id quod minime nobis mirandum est, quum certum sit, his temporibus innumeram fere multitudinem carminum apud poëtas et viros literatos in Islandia exstitisse.

Pleraque ex his, quæ hic exposita sunt, gravissima auctoritate ipsius Arnæ Magnæi firmantur, cujus verba hoc loco afferre liceat:[2]

„Med Norvegs konunga Sögurnar, sem vær eignum Snorra Sturlusyne, mun svo saman hanga.

Hinn fyrsta hlut þeirra[3] mun í fyrstu skrifad hafa Are frode ädur enn hann utgaf þä sidare edition af sinne Jslendingabok. [Er likast ad su hans Noregs konga historia hafi näd hier um til annum 1120. Epter þä sïdare edition Jslendinga-bokarinnar mun hann hafa continuerad sina Noregs historiu til dauda Sigurdar Jorsalafara (id est til annum 1130) eda þar um bil.[4]

---

[1]) „Frásagnir Snorra ok annarra um burthvarf Ólafs konúngs. Snorri Sturluson segir svâ, at þá er Ólafr konúngr sá . . . . . . handtekinn. þessi er sögn Snorra". Saga Ól. Tryggvas. c. 256, Fms. III, 1—2; cfr. Snorr. Hkr. O. Tr. c. 129 („En Ólafr kon. sjálfr . . . handtekinn"). Videantur porro Fms. II, 310. 314; III, 5. Orkn. s. pag. 116 collat. cum Snorr. Hkr. Magn. berf. c. 27 ejusdem rei exemplo est.

[2]) folia autographa Arnæ Magnæi in Additamentis Bibl. Un. Hafn. Nr. 66. 4to.

[3]) nimirum si ab Haraldo pulchricomo initium capimus, ut infra plenius se exprimit Arnas.

[4]) Hæc a [litura delevit Arnas, et eorum loco substituit quæ sequuntur: „Ecke þarf þessa. Are gaf ut þä sidare Islendinga bokar edition paulo post annum 1130. Kann so Noregs k(onun)ga sagan (usque ad 1130) hafa ferdug vered, sem hun og ad visu var, teste ipso in Jslandorum libro".

Þetta hans skrif hefur *Theodricus Monachus*[1] haft fyrir sier, og med þvi þad þraut med dauda Sigurdar Jorsalafara, þä vard hann og ad hætta þar, iafnvel þott hann adra orsök legge til þess ad hann eigi leingra continuerar sina sögu.

Um Haralld gilla, Magnus blinda, Sigurd slembi og Haralldz sonu hefur skrifad Eirikr Oddzson, coævus illorum temporibus. Hans saga hefur näd til liflats Sigurdar slembes og hefur so vered historia rerum Norvegiearum ab anno 1130 ad 1139 inclusive. Hans opus er kallad Hryggiarstycke.

Þad sem framar var ad seigia um sonu Harallz gilla, rīki þeirra þä þeir uxu upp og liflät. Jtem upphaf rikis Magnuss konungs Erlingssonar, hefur öefad skrifad Snorre Sturluson, so sem til ad continuera opera Ara og Eiriks, vard so opus Eiriks midt i bokinne, og þvi ad rettu kallad Hryggiar̄stycke.[2] Styl Ara og Eiriks mun Snorri umbreytt hafa per totum volumen,[3] haft sinn eigen styl, enn teked materiuna ur operibus Ara og Eiriks. So ad öll bokin mun ad visu vera opus Snorra.

Mier þætti og līklegt, ad þad sem allra fyrst stendur i bokinne um Odinn og þä fornu Svia konga munde vera opus Snorra, epter Ynglinga tale og frodum sögnum (com-

---

[1]) Theodricus byriar ä Haralldi Härfagra, og so mun Arc og hafa giört. *AM.*

[2]) Eiriks Oddzsonar opus hiet Hryggiarstycke fyrrenn Snorre bætte sinu aptan vid. So ä þä hryggiar stycke hier ad skiliast fyrer ultimam partem historiæ Norvegiæ, nempe adur enn Snorra continuatio kom til. Og er so allusio nominis teken af sitiande manne, hvar höfuded er hid efsta og hryggurenn hid nedsta. *AM.*

[3]) Þad er vīst ad Snorro hefur interpolerad scriptum Eiriks Oddzsonar. Þvi i genealogiâ Sigurdar slembis nefnast Ingi konungr (Bardarson) og Skuli hertogi, til hverra daga Eirikr eigi lifa kunni. Jtem i genealogiâ Skula konungsfostra in vita Olafi mansveti. *AM.*

mentariis oralibus) yfir þad.[1] Snorri var skalld, og hefur þvi hallded uppä carmina. um Ara vitum vær ei, ad hann hafi skalld vered. Hann var og re verâ accuratior enn so, ad hann munde allar þær fabulas ä skrä setia.

So er og ei ölïklegt, ad Snorri hafi ex suo visurnar innsett bæde i vitas Harallz harfag(r)a. Hakonar jarls Rika og annarra. þvi allt þetta er likara Snorra, skällde, enn Ara. vera kynni og, ad Snorri hefdi, in hac parte, hier og hvar locupleterad sögurnar,[2] þar hann þottest frödare vera. Þvi Are synest ad hafa vered scriptor brevis, sem ecki hafi hirdt um ad skrifa upp nema þad sem mest var verdt. Jtem hefur hann vered admodum sollicitus um ad rita eigi annad, enn hann ætlade satt vera.

Author Olafs sögu Tryggvasonar citerar (in pugna Svoldrensi) Snorra, enn ecki Ara. Mun þä opus Ara allareidu hafa interciderad vered? — Ad visu synest ad ecke hafi þä Ara Konunga æfi algeing vered medal folks, fyrst Snorri citerast. nema þeim hafi virdst Snorre celebrior".

Secundum Arnam hæc igitur ratio operis historici Snorronis componendi fuit:

„Arius presbyter historiam regum Norvegicorum ab Haraldi pulchricomi tempore ad obitum Sigurdi regis Hierosolymipetæ 1130 conscripsit, eandemque perfecit ante quam secundam editionem libri Islandorum edidit, quod factum est paulo post 1130. Hanc Arii historiam ad manus habuit[3] Theodoricus monachus, quoniam autem eum

---

[1]) imò ita esse autumo. Are mun hafa byriad med Haralldi harfagra. vide prius. þö hefur hann kunnad þær fornu genealogias, sem siä er af hans Jslendinga bok. *AM.*

[2]) þad er öefad, ad citatio Skiölldunga sögu framarlega i bokinni er Snorra sialfs, enn ecki Ara. þvi hun er, öefad, yngre enn Are. *AM.*

[3]) ut vero antea demonstratum est, magis vero simile fit Theodoricum brevem tantum modo catalogum ex ratione Arii ad manus habuisse, cetera vero ex orali traditione Islandorum quorundam hausisse.

obitu Sigurdi Hierosolymipetæ desiit, ipse quoque ibi finem facere coactus est, quamquam tamen aliam causam, cur historiam suam non ultra hunc terminum produxerit, interponat. — De Haraldo gillio, Magno cæco, Sigurdo slembe et filiis Haraldi (gillii) historiam scripsit Ericus Oddi filius, qui coævus illorum temporibus fuit. Relatio ejus usque ad cædem Sigurdi slembis pertinuisse videtur, proptereaque historiam rerum Norvegicarum ab anno 1130 ad 1139 (incl.) comprehendisse. Liber ejus dictus est Hryggjarstykki, quod nomen ab initio, certe ante Snurronem, gessisse videtur. Nomen igitur de ultima parte historiæ Norvegicæ accipiendum est, nimirum ante continuationem Snorronis additam, allusione nominis ab homine sedente desumta, cujus caput supremam dursum vero infimam partem corporis efficit.[1] — Quæ præterea de filiis Haraldi gillii, regni eorum fatis, postquam ad ætatem adultam pervenerunt et de obitu eorum narranda fuerunt, similiter quoque de principio imperii Magni regis Erlingi filii, absque dubio scripsit Snorro Sturlæus, eo nempe fine, ut opera Arii et Erici continuaret. Genus eorum dicendi per totum volumen mutasse videtur, certe in libro Erici quædam loca interposuit, quum in genealogia Sigurdi slembis nominetur rex Ingius (Bardi filius) et dux Skulo, uterque tam inferior ætate, ut Ericus eorum tempora attingere non potuerit; eodemque modo in genealogia Skulonis regis-nutricii in vita Olavi mansueti factum est. Itaque accipiendum est, Snorronem per totum opus suam propriam rationem scribendi secutum esse, materiam tantum ex operibus Arii et Erici hausisse. Certe igitur totus liber pro opere Snorronis accipiendus est. — Adhæc etiam verosimile videtur, primam partem operis, quæ de Odino et priscis Svecorum regibus agit, ab ipso Snorrone profectam esse, eumque hæc ex carmine *Ýnglíngatal* (recensu Ynglingorum) et relationibus hominum scientissimorum ac

[1]) de nomine aviculæ hryggjarstykki Arnas non observasse videtur.

commentariis ex eorum ore desumtis hausisse. Snorro poëta fuit, ideoque carminibus multum tribuisse accipiendus est. De Ario nobis non cognitum est, quod poëta fuerit; ille etiam re vera accuratior fuit, quam qui omnes istas fabulas literis mandaverit. — Non minus etiam verosimile est, Snorronem ex suo carmina interposuisse vitæ Haraldi pulchricomi, Hakonis dynastæ potentis et ceterorum, hæc enim omnia melius Snorroni, ut poëtæ, quam Ario conveniunt. Forte etiam in hac parte operis uno et altero loco historias locupletiores fecit, ubi se melius informatum esse putaverit, quod verbi causa de Historia Skjoldungorum *(Skjöldúnga saga)* valet, quæ in prima operis parte allegatur, certe autem post Arii tempora conscripta est[1]; Arius enim scriptor brevis fuisse videtur, describere non curans nisi quæ maximi momenti essent, neque minus admodum sollicitus, ne quid scriberet, cujus de veritate non persvasum sibi haberet. — Notandum est, auctorem historiæ Olavi Tryggvii filii, in narratione de pugna Svoldrensi, Snorronis non Arii testimonium afferre. Dubitari potest, an hoc jam tum interitum libri Ariani indicet nec ne; certe ex eo concludere licet, Arii Vitam regum *(konúnga æfi)*[2] eo tempore non magnopere vulgatam fuisse, quum Snorronis testimonium memoretur, nisi câ de causa sit factum, quod Snorro celebrior illis visus sit".

Quum autem, ut antea dictum est, tanta carminum epicorum et historicorum copia apud poëtas et homines literatos in Islandia servarentur, sua sponte apparet, non sine necessitate factum esse, ut auctores historici, qui poëtas antiquiores et carmina eorum testimonii causa provocare et rerum gestarum narrationes ex eorum operibus elicere vellent, nomina non

---

[1]) Snorr. Ýnglinga s. c. 33; cfr. SnE. I, 392—398.

[2]) supponit igitus Arnas, Historiam Norvegiæ ab Ario scriptam „Vitam regum" *(konúnga æfi)* appellatam fuisse, et eandem esse, quam in exordio libri sui Íslendingabók eo nomine commemorat (… „fyr utan ættartölo oc konúnga æfe"), vide Ísl. sögur (1843) I, 3.

solum ipsorum poëtarum, sed et regum et virorum principum, quos carminibus celebraverant, ordine describerent. Esto igitur, quod Arius ipse, historiæ septentrionalis pater, primus carminum auctoritatem invocaverit, et in librum suum susceperit, sive, ut hie demonstratum est, Snorro Sturlæus primus hunc fontem historiarum invenerit, at tamen non dubitandum erit, recensum poëtarum necessario his studiis conjunctum esse. Duo talis recensus exemplaria ad nostra tempora venerunt, et quum utrumque eorum operibus Snorronis in libris manuscriptis associatum sit, non parum sententiam nostram affirmare videntur, nimirum Snorronem revera recensus illius primum auctorem esse, et eo fine perfecisse, ut nomina poëtarum, quorum carmina cognovit et qui in historiis conscribendis testimonii loco adhiberi possent, præsto haberet. Deinde ad ipsam hanc scriptionem, quemadmodum ad nos pervenit, describendam transeamus.

Notum est, tantam jacturam codicum Snorrianorum accidisse, ut nunc certe quinque palmarii codices membranaeci incendio perierint, qui temporibus Thormodi Torfæi et Arnæ Magnæi bibliothecas academicas Hafniensem et Upsaliensem ornaverunt. Verumtamen hanc jacturam diminuit prudentia Torfæi, qui codices academicos Hafnienses per manum librarii sui dexterrimi Asgeiri Jonæi exscribere curavit, et eo modo exemplaria operis acquisivit, quæ eo mortuo in collectionem Arnæ Magnæi transierunt, et felici casu ita ad nostros usque dies conservata sunt. Unus ex codicibus membranaceis bibliothecæ Academiæ Hafniensis a Torfæo „Kríngla" appellabatur, ea de causa, quod præfatione destitutus (primo et octavo folio abscisso) verbis initialibus ipsius operis „Kríngla heimsins" (neque ut alter: „Svâ er sagt, at kríngla heimsins") incipiebat. Hunc eundem codicem Arnas Magnæus appellavit „codicem Academicum primum", cujus exscriptum Asgeirianum, mox commemoratum, in tria volumina divisum, sub Numeris 35, 36 et 63 formæ maximæ (Fol.)

in collectione Arnamagnæana Bibliothecæ Universitatis Hafniensis asservatur. Hæc tria volumina integrum opus Snorronis, præfatione tantummodo excepta, continent, sed præterea teste Torfæo recensum poëtarum septentrionalium ad calcem habuit. Verba Torfæi hæc sunt: „Eysteinus, cognomento illradus, id est astutus .... belium alicubi cognominatum legi: in indice Skaldorum seu poëtarum, ad calcem chronici Norvegici membranacei, quod ex æde ss. Trinitatis Hafniensi mutuatum ad manus habeo, Kringlamque appellare soleo".[1] Quæ verba in recensum hunc nostrum bene quadrant, nam ibi rex Svecorum, de quo hic sermo est, Eysteinn beli appellatur. Hunc tamen indicem vel recensum poëtarum exscribere neglexit Asgeirus, et nunc fortasse inter res perditas numerare possemus, nisi Arnas ipse hoc munus suscepisset, cui tali modo etiam optime provisum fuit. Exscriptum Arnæ in collectione ejus sub Nro. 761 in 4to servatur, septem folia chartacea formæ quartæ numerans. Contenta vero libri, maxima ex parte ipsius Arnæ manu exarati, hæc præcipue sunt:

1. „Fjörlausn *(Höfuðlausn)* Egils Skallagrimssonar et Sonar-torrek ejusdem auctoris, p. 11—17.

2. Skáldatal ex codice Academico, quod hic sequitur, signatum Litr. A, p. 21—34.

3. Fragmenta carminum Thorbjörni hornklofii et Thiodolfi Hviniensis, ex pluribus codicibus manuscriptis collecta, p. 35—60.

4. Skáldatal, alterum exemplar, ex apographo chartaceo, quod progenies fuit codicis Upsaliensis, p. 61—76.

5. Skáldatal, tertium exemplar manu amanuensis cujusdam Arnæ Magnæi, ex editione Peringskjoldii descriptum, p. 77—93.

6. Fragmenta quædam carminum Thiodolfi Hviniensis et Bragii grandævi, p. 97—106.

[1]) Notæ Posteriores in seriem regum Daniæ (Torfæana Hafn. 1777. 4to.) pag 37.

7. Series Ynglingorum (*Ýnglíngatal*), carmen Thiodolfi Hviniensis, partim ex codice Academico primo, nunc deperdito, partim ex alio codice membranaceo (Frisiano) manu Arnæ Magnæi descriptum, p. 107—138.

8. Varia fragmenta poëtarum septentrionalium, ex Edda Snorriana manu Arnæ Magnæi collecta, notisque ejus pluribus locis illustrata, quibus apparet, Arnam etiam in hac re viris doctis sui temporis præcelluisse, quum et recte videret, quanti momenti hæc fragmenta essent, et simul rectam viam criticam in iis pertractandis demonstraret.

Ex inscriptione, quæ duplex est, pro certo dicere possumus, eundem codicem huic exemplari archetypum fuisse, quem antea a Torfæo „Kringlam" vocatum esse monuimus. Primum Arnas in exscribendo hanc inscriptionem præposuit: „Ad calcem chronici Norvegici Snorronis, quod pertinet ad Bibliothecam Academicam Hafniensem, sequentia extant", cui mox subjungitur „Scaldatal Dana kononga oc Svia" etc., vide nostrum A. in sequentibus. Deinde post non breve tempus iterum exscriptum suum cum codice membranaceo contulit ipse Arnas, et uno atque altero loco leviter correxit, quod ad nigrioris atramenti ductum facile adhuc discerni potest, tum etiam in interiori margine inscriptioni priori hæc adscripsit: „Est codex Academicus, quem primum voco". Quum autem Arnas ipse hunc recensum non solum ex codice archetypo exscripserit, sed etiam deinde cum eodem contulerit atque correxerit, certe ejus curæ et diligentiæ auctoritas nobis sufficiet, ut de fide exscripti non dubitemus, unde etiam hoc in prima sede posuimus.

Ætatem codicis membranacei, et speciatim exemplaris recensus poëtarum in eo scripti, exscriptum Arnæ Magnæi satis accurate nobis ostendit. Post obitum Snorronis scriptus fuit, id enim exinde apertum est, quod „Gitzorr jarl" inter poëtas numeretur, qui Hakonem regem Hakonis filium carminibus celebrarunt, is vero anno 1258 Comitis titulum nactus est. Sturla þórðarson, legifer

Islandiæ, inter poëtas Hakonis regis majoris recensetur, quæ ejus carmina de Hakone anno 1262 composita sunt; Carmen autem ejus de Birgere dynasta, anno 1265 compositum, non in hoc quidem, sed in exemplo juniore (Upsaliensi) tantum invenitur. Neque tamen ex nostra quidem sententia inde sequitur, recensum totum post 1262 elaboratum esse, sed tantummodo exscriptorem, qui recensum hunc operi Snorronis additum in calce archetypi sui invenit, eundem etiam suo exemplari addere voluisse, et nomina sui temporis, quæ ipse novit, catalogo poëtarum inter exscribendum inseruisse. Quum vero tam pauca nomina, quæ Snorronis tempora excedunt, hic inveniantur, inter annos 1262 et 1265 hunc codicem cum recensu poëtarum scriptum esse autumamus. Olavus Albipoëta (Ólafr þórðarson) inter novissima poëtarum nomina sæpius occurrit, id quod opinioni ansam præbet: codicem „Kringlam" sive „Academicum primum" ex codice aliquo, quem ille eximius poëta et Snorronis ex fratre nepos reliquerit, profectum esse. Ex ultimo nomine, quod est „þorleifr hinn spaki", eique junctus poëta „þjóðólfr or Hvini", qui hic nominibus Danicis subjuncti sunt, alias vero primi in recensu magnatum Norvegicorum numerantur, concludi posset, ultimam partem scriptionis hic deesse et ex codice fortasse cum ultimo folio periisse, sed quum accuratissimus exscriptor Arnas nihil de tali defectu notaverit, verosimilius nobis videtur, hoc ultimum nomen a librario vel a secunda manu coæva appositum fuisse.

Ex Arnæ Magnæi apographo jam memorato (AM. 761. 4to.) duo exscripta nobis cognita sunt, alterum in collectione Raskii, quæ in Bibliotheca Universitatis Hafniensis asservatur, Nr. 22. in 4to (pag. 131—149) manu Gudmundi Magnæi, olim stipendiarii Magnæani, scriptum; alterum in Bibliothecæ regiæ Hafniensis nova collectione (Nye kongelige Samling 1893. 4to. pag. 114—130), manu studiosi Islandi Gudmundi Helgonis filii Isfoldi c. 1778 scriptum. Utrumque vero horum exemplarium

nihil ulterius ad nostrum finem proficit, quare satis habemus ea commemorare.

In collectione Rostgardiana, quæ etiam in Bibliotheca Universitatis Hafniensis servatur, sub Numero 122 Fol. [numeri veteres 79 et 418] unum exemplar hujus recensus poëtarum invenitur, ante Arnæ Magnæi tempora vel etiam fortasse tempore Olai Wormii et ante ejus editionem scriptum, et ut certe putamus ex ipso codice academico membranaceo, quod ipsa ratio hujus exscripti satis luculenter nobis ostendit. Titulus est: "Skallda tal danmarka (!) og Svija", quod verosimile facit, librarium non fuisse Islandum, sed Danum quendam, in literis Islandicis tamen nonnihil versatum. Ipsum exscriptum erroribus gravioribus scatet, non solum in nominibus (Bragðe hinn gamle = Bragi; Eysteinn heli = heli, unde forte Wormii interpretatio „den hellige"; Eirekur Tæfels son = Eirekr Refilsson; Struttharer = Strútharaldr; Harekur þorkelsson = Haraldr þorkelsson), qui fere cum erroribus Wormii conveniunt, sed multo magis in omissione nominum et corruptione ordinis, quæ non parum errores Wormianos superant. Inter Svecorum reges et magnates, qui hic recte primo loco (non ultimo, ut apud Wormium) ponuntur, ad nomen regis „Olafr sønske" omittitur nomen poëtæ „Ottar svarte", quemadmodum apud Wormium; simili modo etiam in serie regum Danorum post „Knutur helge" omittitur: „Eirekr Sveinsson—Markus Skeggiason", ut apud Wormium, sed in sectione Norvegica hujus exscripti multum superant errores Wormii, quamquam satis graves sint; hic enim post ultimum Svecum: „Karl jarl Sonason—Haldorr skvaldri" ita pergit:

Knutur Hakonar son:	*Teitur skälld*
	Rodgeir aflason
	þoralfur prestur
	Olafur þordarson
Sveirn Tiugu son: (i. e. tjúguskegg)	*Ottar svartte* etc.

hoc est: exscriptor totam seriem Norvegicam omisit, præter ultimum nomen: „Knútr Hákonarson" (comes factus 1240), cui præter nomen poëtæ „Ólafr þórðarson", quod recte ad eum pertinet, tria etiam poëtarum nomina, quæ ad Skulonem ducem recto ordine referuntur, attribuit. Qui error hic ideo maxime notabilis est, quod etiam apud Wormium et omnes alios, hujus auctoritatem secutos, in textum susceptus est, et talem in modum quasi expansus et dilatatus, ut ex magnate Norvego seculi tertii decimi creatus sit rex Danorum „Canutus parvus sive Lodne-Knud", qui seculo decimo quatuor poëtas Islandos indentidem seculi tertii decimi accepit.[1] Secundam partem seriei Norvegicæ, quæ suo loco ut jam dictum tali modo omissa est, eadem librarii manus in altero folio addidit, incipiens a duobus ultimis nominibus poëtarum, qui ad Ericum comitem Hakonis filium referuntur, nimirum

Skule þorsteinsson
þordur Siäreksson,

omisso tamen ipso comitis nomine, cum prima parte hujus sectionis ab Haraldo pulchricomo usque ad Ericum. Deinde recto ordine pergit et ultimo loco ponit „Skule hertogje", cum septem poëtis, et inter eos ultimo nomine „Gudmundur Oddsson". Quæ omnia cum serie Wormiana conveniunt. Fere non dubitari potest, tales errores et recti ordinis conturbationem ex codicis archetypi difficultatibus orta esse, quas Arnas solus dissolvere et in rectum ordinem redigere novit. Hoc demum de exscripto Rostgardiano notari meretur, quod vocabulis nonnihil difficilioribus Danica interpretatio interlinearis alia manu coæva addita est. — Quicquid autem sit, tamen curante Suhmio exemplar hoc Rostgardianum (sub Numero 418) per Marcum Magni filium, tum Studiosum, postea officialem in Islandia, circa 1780 exscriptum est, quod iisdem erroribus retentis, imo pluribus additis, in Bibliothecæ regiæ Hafniensis nova collectione (Nye kongelige Samling 854. 4to) adhuc conservatur.

[1]) Wormii literatura Runica (1636. 4to) p. 243.

Expositis igitur quæ de libris manuscriptis, ad recensionem codicis „Kringla" dicti, sive „codicis academici primi" pertinentibus dicenda erant, restat ut de editionibus hujus recensus poëtarum, quæ ad eandem ordinationem textus referendæ sunt, accuratius disseramus.

In universum de hac re observandum est, quamvis recensus poëtarum ex codice academico profectus apud plurimos auctores datus sit, nullam tamen editionem ejus, quæ juste ita nominari possit, adhuc factam esse. Omnes aut Danice aut Latine dederunt. — Primo loco commemoranda est Danica editio Olai Wormii, ad calcem Chronici Norvegici Snorroniani, a pastore Norvego Petro Clausonio Undalino Danice translati, cui titulus:

> *Snorre Sturlesons Norske Kongers Chronica. Vdsat paa Danske, aff H. Peder Claussøn, fordum Sogneprest i Vndal. Nu nyligen menige mand til gaffn igiennemseet, continuerit oc til Trycken forferdiget. Kiöbenhafn 1633. 4to.*

cum præfatione et additamentis Olai Wormii. Inter hæc additamenta ad calcem adjecta penultimo loco invenitur recensus poëtarum, quatuor folia implens, et hoc modo incipiens:

> *Skaldatal, det er: Fortegnelse paa de fornemste Skaldrer eller Poëter, som hafuer værit i Danmarck, Norge oc Suerrig, oc hafuer beskrefuen Herrernis Bedrifter.*
>
> *I Danmarck. Den förste vi lese om, hafuer værit Hiarn, som for det Epitaphium hand giorde ofuer K. Frode bleff Konge efter hannem.*
>
> *Dernest Starkader hin gamle, huis Viser er met de eldste de mand ved at sige aff; hand dictet om de gamle Danske Konger.*
>
> *Kong Regner Lodbrog var ocsaa Skald, hans Hustrue oc saa oc hans Sønner.*
>
> *Vdi K. Regners Logbrogs tid var ocsaa Bragda Skald hin gamle Bodda Søn.*

Vnder Knud Hagengensøn lefde:
Teitur Skald.
Rodgier Aflasøn.
Thoralfur Prest.
Olafur Thordar Søn.
Svead Tiuffskeg: *Ottar Svart.*

Post hæc series regum et magnatum Daniæ, omisso ut supra dictum est „Eirikr Sveinsson — Markus Skeggiason" usque:

Hareker Thorkilsøn — Thiodulfur Arnasøn.
Thorleifar hin Spaka — Thiodolfur vr huine.

Deinde series Norvegica sequitur, his verbis:

Vnder Norgis Regentere hafue disse vnderskrefne værit: Thiodolphur hin Hrinverske, dietede om Rangvalds Sleet oe deris Ynglingatal, Harald Harfagers brødre, oc opregnede 30 hans Forfædre, oe dictede om huer deris død oe begrafuelsis sted.

Vnder K. Harald Harfager var: — Aundun Ildskiælda etc.

unde series regum Norvegicorum cum recensu poëtarum pergit usque:

Hagen Hagensøn den kronede — Olafur Thordarsøn.

Quæ deinde excipit series magnatum Norvegicorum, ita incipiens:

Evind Skaldaspiller dietede Viser om Hagen den Rige, som hand kallede Haleigiatal, oe opregnede hans Forfædre indtil Odin, oc fortalte huer deris død oc begrafuelsissted.

Hagen Jarl Gottormsøn — Thiodolfur vr Huine etc.

ultimo vero loco ponit

Skule Hertug ...... Gudmunder Odsøn.

Tum demum series Svecica claudit agmen, hoc modo:

Vnder Suerrigis Regentere hafue disse dictit.
Vnder K. Eisten den Hellige (!) — Bragde hin gamle etc.
usque: — *Karl jarl Sonasøn — Haldor Squaldre.*

Hæc ultima nomina sunt, adjectis verbis:

Aff alle disse deris Dicter oc Vijser er megit tagit aff det som *skrifuis i denne Chronicke.*

Secunda editio translationis Undalinæ (Khavn. 1757. 4to) eundem recensum poëtarum immutatum addidit.

Secunda vice eundem recensum poëtarum Latine edidit Wormius in libro, vulgo „Literatura Runica" dicto (Hafn. 1636. 4to. pag. 242—249), præmissis verbis, quæ luculenter demonstrant, recensum hunc ex codice membanaceo, haud dubie ipso codice academico, desumptum esse. Ita enim incipit: „Quia in veteri quodam codice membraneo manuscripto celebriorum Scaldrorum seu Poëtarum, qui in hisce septentrionalibus floruerunt regnis, priscâ nostra lingua consignatum inveni catalogum, non gravabor eundem, Romana toga donatum, hic subjungere". Deinde ipsum recensum ita orditur:

„Danorum celebriores hi fuere Scaldri.

Starkaterus senior Scalder fuit, ejus rhythmi sunt vetustissimi, et adhuc exstant. Ille vero potissimum res gestas Danorum versibus complexus est.

Hiarno Rex, qui ob Epitaphium Frothoni positum regio diademate ornatus.

Regnerus Lodbrog Scalder erat, ut et uxor ejus Aslaug, omnesque ejus filii.

Sub Regnero Lodbrog floruit Bragde Skald senior Boddæ filius.

Sub Canuto parvo:	Teitur Skald
(Lodin-Knud)	Rodgeir Aflason
	Thoralfur Prestur
	Olaus Thordarson
Sub Svenone Tiuskeg:	Ottar Svarte". etc.

quo facto seriem Danicam producit, omissis ut in Danico

nominibus: „Eiríkr Sveinsson — Markús Skeggjason", ultimosque ponit:

„sub Hareko Thorchilli: Thiodulfur Arnason
sub Thorleifo hin Spake: Thiodolfur ur Hvine.
Hi Danis ascribuntur".

His series Norvegica mox subjuncta est, hoc modo: „Scialdri Regum et Dynastarum Norvegiæ.

Thiodulfur hin hvinverske cecinit de Ragnvaldi progenie, et Ynglingorum serie, rebus gestis Haraldi Harfageri, ejusque triginta enumeravit proavos, eorumque sigillatim descripsit et obitus et sepulturas.

Sub Haraldo Harfager floruerunt: Audun Ildskiælda". etc. quo facto series regum atque poëtarum continuatur usque:

„sub Haquino Haquini coronati
Regis filio: Olaus Thordarson."

deinde autem series magnatum Norvegicorum cum poëtis his verbis incipit:

„Evindus Skaldaspiller cecinit de Haquino divite, quod carmen vocarunt Haleigiatall, ejus enim proavos usque ad Othinum enumeravit, eorumque sigillatim descripsit et obitus et sepulturas.

sub Haquino barone Gutormi filio: Thiolfur ur Hvine". . . etc., quæ deinde series pergit eodem atque in Danica editione modo, usque:

„sub Schulone Hertogie: . . . Gudmundur Oddson."

Finem faciunt „Scaldri Regum et Dynastarum Sveciæ.

Sub Eisteno Sancto (!): Bragde senior". . . etc., donec ultimo loco ponuntur:

„sub Carolo barone Sone filio: Haldor squaldre". In secunda editione „Literaturæ Runicæ" (1651) eadem ratio operis servata est, nulla re mutata.

Has editiones sive rectius translationes Wormianas accuratius exposuimus, non ut singuli errores consignarentur, sed ut tota ejus ratio scriptionis tractandæ perspicua lectori fieret. Exinde patet, Wormium possedisse exscriptum codicis Academici, postea „Kringla" appellati,

erroribus non paucis quidem laborans, Rostgardiano tamen præstans, quo editor doctissimus et a literis nostris optime meritus gravitatem et usum hujus scriptionis bene percepit, recte vero edere et interpretari non valuit. In ordine seriei editori displicuisse videtur, quod reges Sveciæ primo loco enumerarentur, ideo translocationem fecit, qua reges Daniæ primum locum obtinent, sed tamen eo modo, ut Knutus Hakonis filius, qui re vera ultimus est magnatum Norvegorum, primus inter Danicos principes fiat, et hoc modo per duo secula et dimidium ascendat. Hunc errorem mirabilem, quem etiam nomina poëtarum indicare possent editori, in translatione Latina ita dilatavit, ut pro hoc Knuto comite Norvegico Canutum „parvum sive Lodin-Knud", Daniæ regem dederit, quod nomen igitur hoc loco fictum est.[1] — Nomen poëtæ Hjarnii ex Saxone apposuit, quum in recensu desiderari videretur. In ipsa scriptione hoc non recte intellexisse videtur, quod non sit vera auctoris sententia nomina poëtarum ut domesticorum seu famulorum „sub" regibus vel magnatibus servantium enumerare, nam multi eorum, qui enumerati sunt, ne faciem quidem viderunt eorum, quos carminibus celebrarunt (v. c. Skapti þóroddsson ad Olavum Sanctum Norv. Regem), alii non coævi fuerunt; sed ratio auctoris hæc erat, quemadmodum ex iis, quæ antea disseruimus, satis perspicuum fit, ut memoriæ firmandæ causa seriem regum, comitum et aliorum præstantium virorum, qui in historia Sveciæ, Norvegiæ et Daniæ commemorandi essent, ordine recenseret, additis nominibus poëtarum, qui eosdem reges et magnates carminibus celebrasse cognovit, quorum vero nomina ideo recensita sunt, ut ex his carminibus testimonia historica promi possent.

Post Wormium series illa poëtarum apud Svecos

[1]) Hunc errorem, quemadmodum etiam translationem fere comicam cognominis „heli" (prava lectione pro „beli") in „Sanctum", de ethnico rege et summo idololatra, jam vidit Finnus Johannæus (Hist. Eccl. Isl. I, 216 not. b), auctori editoris peccata imponens.

prodiit, addita libro, qui ex translationibus de Hugonis Grotii et Snorronis historia compositis editus est hoc titulo:

Norlandz Chrönika och Beskriffning: Hwaruthinnan förmähles the äldste Historier om Swea och Götha Rijken, sampt Norrie, och ecndeels om Danmarck, och om theres Wilkår och Tilstånd. Sammanfattad och ihopa dragen aff åthskilliga trowärdiga Bööker, Skriffter och Handlingar. Tryckt på Wijsingzborg, aff hans Hög-Grefl. Nådes Hr. Rijkz-Dråtzetens Booektryckare Johann Kankel. åhr. 1670. Fol.

In hoc libro appendicis loco addita est series poëtarum, duo folia libri occupans et ita incipiens:

Skaldatahl. Eller Förteckning vppå the förnåmste Skaldrer, som hafwa warit i Swerige, Norrige och Danmarck, och beskriffwit Regenternes sampt the höge Herrars Bedriffter,

vthi Konung Annis (som ellest Håkan Ring Jårmundersson kallas) tijd, wid Pass åhr effter Christi Börd 72. Tå leffde Starkotar hin gamble, hwilcken ock Wijsor giorde, the thermed the åldste åro, som man weet tala om[1].

Hoos Konung Eystein then Helige, som leffde vid pass åhr effter Christi Börd 806. woro: Bragde hin gamble Bodda son . . . etc.

Deinde series regum et poëtarum ad Sveciam pertinentium sequitur, ex Latina (non vero ex Danica) editione Wormii translata, sed ad mentem Svecorum simul mutata, et annis regum ex eorum calculo additis.

Quæ series, ut cum ipsius auctoris comparetur, ita exprimi potest, omissis tamen regibus mox nominatis et poëtis ad Eysteinum regem relatis, quorum nomina cum Wormio fere conveniunt:

[1]) Notandum erit, verba „hann orti um Dana konúnga" fortasse non inouriose hic omissa esse.

Björn at Haugi (c. 860):	*Bragði (= Bragi) hinn gamli.*
	Erpr lútandi.
Eiríkr Íngjaldsson (907):	*Þorvaldr Hjaltason.*
Eiríkr sigrsæli (917):	*Álfr jarl hinn litli.*
Styrbjörn hinn sterki:	*Úlfr Súlujarl.*
Ólafr sænski (980):	*Gunnlaugr ormstúnga.*
	Rafn Önundarson.
	Gizurr svarti.
Önundr Ólafsson (1018):	*Sighvatr skáld Þórðarson.*
Íngi Steinkelsson (1059):	*Markús Skeggjason lögsögumaðr.*
Sörkver Kolsson (1138):	*Einar Skúlason.*
	Halldórr skvaldri.
Knútr Eiríksson (1168):	*Hallbjörn hali.*
	Þorsteinn Þorbjarnarson.
Sörkver Karlsson (1192):	*Sumarliði skáld.*
	Þorgeirr Danaskáld.
Eiríkr Knútsson (1223):	*Ólafr Þórðarson.*
Jón jarl Sörkvisson:	*Einarr Skúlason.*
	Halldórr skvaldri.
Sóni jarl Ívarsson:	*Halldórr skvaldri.*
Karl jarl Sónason:	*Halldórr skvaldri.*

Ex hoc ad seriem Norvegicam transit editor, omissa tamen præfatione, hoc modo:

Vthi Norrige weet man til att tala om efftevfölgande:

Hoos Konung Harald Hårfager, som åhr effter Christi Börd 868 är bleffwin öfver heela Norrige Eenwäldz Konung, woro: Auudun illskjålda ... etc.

Quæ series in universum Wormium sequitur, additis solummodo annis regni cujusque regis inchoantis, et omisso ultimo nomine regis et poëtæ („Hákon Hákonar-

son hins kórónaða: — Ólafr Þórðarson"), deinde ad comites Norvegicos transit, his verbis:

Nu föllja Jarlarne i Norrige som hafwa hafft Skaldrer.

Håkan jarl Gottormsson leffde wid Erick Blodyxas tijd, hade Thiodolfur vhr Hwine ... etc.

quæ deinde pergit usque: "Skuli hertogi ... Guðmundr Oddsson", ad ductum Wormii, nisi quod nomina dynastarum, cui nemo poëtarum adscriptus erat, omittantur.

Ultimo loco series Danica posita est, ita incipiens:

Then förste man låsz om, som hafwer warit i Danmarck, war Hiarn, som för det Epitaphium han giorde öfwer Konung Frode, som leffde wid pass åhr effter Christi Födelse 72, bleff Konung effter honom.

Konung Regner Lodbroek, som leffde wid åhr 827, war ochså Skald. Vthi Konung Regner Lodbroeks tijd war ock så Bragda Skald hin Gamble, Bodda Son.

Knut Håkonsson hade efterfölgande: Teitur Skald.
Rodgier Aflaszon.
Thoralfur Pråst.
Olafur Thordarszon.

Swen Tiufweskegg, som leffde åhr 1000: Ottar Swarte ... etc.

quæ series etiam vestigia Wormii legens annorum tantum numeros addit, et ita tandem finitur:

Harcker Thorkilszon leffde uthi S. Oloffs tijd: Thiodolfur Arnaszon.

Om Thorleifar hin Spake hafwer ock Thiodolfur vhr Hwine dichtat.

Quibus etiam patet, textum Wormianum hic fundamenti loco positum esse, quamquam liberius tractatum, et interdum erroribus adauctum, nusquam purgatum.

Propius ad ductum Wormii accedit tertius scriptionis editor Nic. Petr. Sibbern, qui in libro suo:

„Bibliotheca historica Dano-Norvegica, sive de scriptoribus rerum Dano-Norvegicarum commentarius historico-literarius." Hamb. et Lips. 1716, 8vo. pag. 4—12, eandem edidit, Wormii „Literaturam Runicam" in omnibus secutus, excepto quod aliquot locis errores aliquantum auxerit.

Ad hanc seriem editorum numerandus est etiam Halfdanus Einari (Hálfdan Einarsson), qui in „Sciagraphia Historiæ Literariæ Islandicæ" (Havn. 1777. 8vo. pag. 49—56) hunc recensum poëtarum dedit, Latine quidem, sed „juxta exscriptum Thormodi Torfæi, qui veterem membranam secutus est". Si eum recensu codicis academici primi, sive „Kringla" Torfæi, et cum Wormii translatione Latina conferimus, apparebit Torfæi exscriptum ex eodem codice academico progenitum esse, editorem vero Wormium in plurimis, ut in Latinitate, secutum esse, emendatis tantum singulis erroribus nominum et interpretationis. Ita exemplo Wormii Danicam seriem primo loco ponit, eique corollarium Wormianum de Hjarnio interponit, finitque duobus nominibus ineptis, nimirum „Hareko" (r. Haraldo) et „Thorlevo Sapiente", qui re vera, ut antea monuimus, ad seriem Norvegicam pertinet. Ex altera parte recte omisit Wormii „Canutum parvum" cum suis laudatoribus, nec minus recte addidit nomen Erici regi Svenonis filii, cum poëta Marco Skeggii filio. — Post seriem Danicam apud eum sequitur Svecica, id quod opinionem movet, genuinum ordinem in exscripto Torfæi servatum fuisse, sed ab editore novo quodam modo mutatum. Recte in hac serie restituit cognomen Eysteini regis „beli" ex „heli" Rostgardiano et ludicro illo „helige (Sancto)" Wormii, recte etiam addidit Ottarem nigrum *(Óttarr svarti)* in numero poëtarum, qui carmina de Rege Olavo Sveco *(Sænski)* composuere; sed iterum male nomen comitis *Sóni* in „Johanne" mutavit. — Tertio loco sequitur Series Norvegica, cujus prima sectio reges, secunda comites complectitur; hic multa quidem in nomini-

bus emendata sunt, pauca tamen ex Wormianis corrupta (v. e. Arnór Saxaskáld de Sverrere, pro Saxason), et quoad ultima attinet notari debet seriem finiri cum

„Skúli hertogi ...... Guðmundr Oddsson,"

omissis tribus poëtis qui de Skulio, et uno qui de Canuto comite Hakonis filio carmina composuerunt, sed hæc eadem sunt poëtarum nomina, quæ apud Wormium „Canuto parvo" tribuuntur. Non est igitur quod dubitemus, quin doctissimus editor Halfdanus cognoverit, non recte hæc a Wormio dari, sed contra ejus auctoritatem eadem nomina in rectum locum transponere non ausum esse, nisi in exscripto Torfæano quoque abfuerint. [1]

Descripto itaque textu et editionibus a codice Academico Hafniensi perductis, transeamus ad alterum codicem, qui vetus exemplum hujus scriptionis continet, et alteram seriem editionum produxit.

In præfationibus Tomi primi hujus operis (pag. VI) et Tomi secundi (pag. VII) codicem membranaceum academiæ Upsaliensis, qui in collectione Delagardiana sub Nro. 11 servatur, commemoravimus, et secundum hunc codicem, cujus ætatem ad annum c. 1300 posuimus, textum Eddæ Snorrianæ in Additamentis dedimus (vide Tom. II, 250—396). Hic codex non solum vetustate præclarus est (circa annum 1300 scriptus), sed etiam eo, quod antiquissimum testimonium genuinum nobis præbet, hunc librum „Eddam" vocari, et a Snorrone Sturlæo compositum esse. Quod vero non minus notari meretur, hoc est, quod aliquot foliis in medio codice (pag. 43—50) tres antiquæ scriptiones speciales inveniantur, nimirum: 1) recensus poëtarum septentrionalium (pag. 43—47); 2) Genealogia Snorronis

---

[1]) Pag. 50 notavit Halfdanus ad Seriem Danicam post Ragnarem Loðbrók: „Inserit chartaceum exemplar: Sub Canuto Haquini filio Olavus Theodori", quod ex parte cum Wormio convenit, et verosimile facit, locum in exscripto Torfæano non exstitisse.

Sturlæi et familiæ Sturlungorum (pag. 48)[1]; 3) series legiferorum Islandiæ (pag. 48—49) ab initio usque ad Snorronem secundo („Snorri stvrlo son i annat sinn"—i. e. 1222—1231)[2]. Quæ omnia satis aperte Snorronem quasi principalem auctorem innuunt. De causa, cur librarius has scriptiones interposuerit libro, hæc moneri debent, quod mytho de itinere Thoris in Geirrödgardos testimonii loco addere voluerit carmen Eilifi Gudrunæ filii de Thoro *(þórsdrápa)*, sed quum hoc carmen verosimiliter ad manus non fuerit, vacua folia quatuor reliquisse videtur, dein vero, spe fallente de acquirendo carmine, his foliis tres scriptiones mox dictas inscripsisse.[3] Nomen „Skáldatal" in hoc codice non præmittitur, sed ipsa scriptio in summa pagina 43 incipit, primis lineis per totam paginam ductis, his verbis: „Starkaþr inn gamli var skalld" etc., deinde vero recensus poëtarum sequitur, tres columnas singulæ paginæ 43—46, duas vero paginæ ultimæ (47) implens. Nomina poëtarum transversim, regum per longitudinem paginæ scripta sunt. Quoad recensum ipsum notandum est, eundem ordinem ac in codice Academico servari, primum nempe locum tenent Sveciæ reges et comites, addito tamen Birgere comite Magni filio (comes factus 1248, obiit 21. Oktbr. 1266) et poëta Sturla Thordi filio († 1284), qui comitem carmine laudavit (1265, vide Sturl. x, 18). — Secundo loco enumerantur reges Norvegiæ et poëtæ, qui eos carminibus celebrarunt, ab Haraldo pulchricomo incipientes, et ordine ad Eirikum Magni filium (clericiosorem † 1299) continuato. Ex his regibus duo ultimi, inde a 1263, hic additi sunt, cum poëtis, quæ eos carminibus celebrasse traduntur. Series comitum Norvegiensium, quæ regum seriem excipit, cum codice academico quam maxime convenit, in comite Knuto Hakonis filio (1240 † 1261) et

[1]) Genealogia hæc edita est in Dipl. Isl. I, 501—506.

[2]) cfr. Safn til sögu Íslands ɪɪ, 29; edita est hæc series in Diplom. Isl. ɪ, 498—501.

[3]) vide Tom. ɪɪ, 301 not. 2.

Quemadmodum jam dictum est, fontes relationum de Starkado præcipui sunt Hervarar saga, Gautreks saga, Sögubrot et Saxonis Grammatici Historia Danica (Libr. VI et VIII). Sed tamen non prætereundi sunt libri serioris ætatis Islandici, qui traditiones de Starkado pertractarunt. Ex his libris maximi momenti est Æfisaga (v. Saga) Starkaðar hins gamla, cujus unum exemplar in collectione librorum manuscriptorum Societatis Literariæ Islandicæ (Nr. 187. 4to), tria inter libros manuscriptos societatis antiquariorum Septentrionalium asser-

---

[1]) Saga Gautreks konúngs cap. 3 sqq. (Forn. s. Norðrl. III, 16 sqq.)

[2]) Saga Gautreks konúngs cap. 7 (Forn. s. Norðrl. III, 36—37).

[3]) Snorra-Edda in hac nostra editione II, 104, ubi de certamine cum Hama sermo esse putatur (cfr. Saxo VI, 281, VIII, 403); verum non minus apte ad certamen cum Geigado et Svipdago referri posse videtur, de quo Saxo ita: „Gegathum petit … acerbissimum capite vulnus excepit; unde postmodum in quodam *carmine* non alias tristiorem sibi plagam incidisse perhibuit". Saxo Libr. VI, pag. 279. — „Svâ segir Starkaðr í *Starkaðarkviðu*, at þat högg hafi hann þegit mest ok banvænlegast, er hann fèkk af Svipdag" (á Írlandi), Saga Stark. h. gamla c. 6.

[4]) Saxo Libr. VIII, pag. 397—405.

vantur. Quum primum exemplar maximi momenti sit, id paulo accuratius tractandum esse putamus. Scriptus est ille liber præcedente seculo, ex maxima parte manu Snorronis Björnsonii (SNORRI BJÖRNSSON, nat. 1710 † 1803), parochi primum Stadi in Aðalvík (1741—1756), deinde Husafelli in Borgarfjord (1757—1795), poëtæ sui temporis non parvi nominis. Contenta vero libri sunt: a) Æfisaga Starkaðar hins gamla; — b) Rímur af Hálfdani Brönufóstra, s. cantilenæ XVII de Halfdano Branæ alumno, rege Daniæ heroicæ ætatis, ab eodem parocho Snorrone compositæ et manu ejusdem scriptæ; — c) Rímur af Ívari víðfaðma, Helga hvassa, Hræreki konúngi, Haraldi hilditönn og Brávallar bardaga, s. cantilenæ decem de regibus nonnullis septentrionalibus et pugna Bravallensi, auctore Arna Böðvarsson[1] et ipsius auctoris manu scriptæ. — d) Stropha et oda Snorronis parochi, ejusdem manu scriptæ circa ann. 1786. — Quod ad Historiam Starkadi attinet, nullum adhuc exemplar ætate majus inventum est, id autem non parum suspicionis movet, ipsam hanc „Historiam Starkadi" eidem pastori Snorroni originem suam debere. Quæ suspicio non parum firmatur considerando, primum quod Arnæ Magnæo nullum hujus historiæ exemplar cognitum fuisse videatur, deinde ipsam libri compositionem, quæ vestigia non tantum historiarum Hervarianæ et Gautrekianæ et fragmenti historici (Sögubrot), sed quam maxime Saxonis ostendat; cujus non solum nomina propria (v. c. in relatione de pugna Bravallensi), sed et ipsa rerum gestarum narratio, immo figura exercitus cuneati ex editione Stephaniana lectori ante oculos sistitur. Nova quædam et aliunde ignota, quæ hic liber nobis præbet, infirmiora tantum auctoritatis testimonia præ se ferre videntur, et ingenio compilatoris originem suam verosimillime debent. Inter hæc inprimis commemorari meretur relatio de Herlevo (Herlevr),

---

[1]) confr. Halfd. Einari Sciagraph. Hist. Liter. Island. p. 76.

qui aliunde ignotus hic (cap. XII) introducitur [1]. Commorante Starkado apud Halfdanum Sveciæ regem [2], alter rex Ullarakrensis in Svecia, qui hic Agnar appellatur, Halfdanum regem ad convivium invitat. Hunc Starkadus cum satellitibus secutus, in aula Agnaris regis cum Herlevo convenit, qui præfectus regius et propugnator regni contra Bjarmos atque Ruszos appellatur [3], et cum eo intimam amicitiam pactumque sodalitium init. Hi sodales in oris maris Baltici per quinque æstates rem piraticam exercent, et inter ceteros duos comites Nowogardenses, Brynjarem et Sævarem, acri prælio non sine magna suorum clade profligant. Herlevus saucius excubias per noctem peragens, a Starkado imprudenter hasta transfossus moritur. Quem Starkadus in colliculo montis cum armatura et magnis opibus vestium, auri et argenti, tumulo imponi jubet, et dum tumulus strueretur epicedium canit, cui *Herlevsstikki* nomen dedit, versu intercalari ita sonante:

Lítt er mèr nauð lètt
norna sköp mjök forn,
er stýla rèði stríðr [4] fyr
stórhugaðr mèr Þórr. [5]

Deinde tumulo occluso lapidem magnum imponit et

---

[1]) cetera exemplaria dederunt nomen Herleifr, et diversa capitum divisione ad cap. XV. referunt.

[2]) hæc aperte ad ductum verborum Saxonis: „petito Sveonum regis Haldani contubernio". Libr. VI, pag. 284.

[3]) Herlevr het ᛘ (maðr), er var med Agnari, hann var sýslo ᛘ (maðr) konúngs oc hafþi landvorn mót ahlavpom Biarma oc Ryssa; hann var hersir at nafnbót. Saga Stark. c. 12.

[4]) al. dederunt: *stirðr*.

[5]) confr. Svb. Egilss. Lex. poëtic. s. v. Stikki; metrum prope accedit ad hálfhnept (Háttatal Snorr. str. 77, Sn.-E. I, 694).

inscriptionem sculpit, tumulus autem postea tempore Halfdani Nigri spoliatus fuisse a nonnullis traditur [1].

Ex carminibus Starkadi, quæ nos antea commemoravimus, et apud nostros inveniuntur, paululum tantum in hoc libro scriptum est, sed de carminibus apud Saxonem Latine datis non exigua pars metris antiquis (*fornyrðalag*) redditur. Sic verbi causa ex carminibus in aula Ingjaldi regis compositis, quæ hic sub Nro. 4, 5 et 6 commemorata sunt, libere et non sine dexteritate vertuntur, primum nimirum sedecim strophis (Latine xxi), *Hvöt* (instigatio) dictis, sic incipientibus:

Því fór ek híngat
at finna hugðak

---

1) Starcaþr .... lętr geora havg micinn a halsi einom, vanðar hann þar til greot oc viþo sem mest mátti, oc er havgrinn er geor setr Starcaþr Herlev i hann oc vapn hans, þar til ugrinni fiár i clęþum Gulli oc silfri, oc męlti at Herlevr seilþi einhver rikazr coma til Valhallar, nema ef hann hefþi ęþri bústaþ. Þá sáu menn at Starcaþi fello tár af avgom sem haglkorn vęri, oc þotti ellðs litr á vera. En á meþan byrgþr var havgrinn ordti Starcaþr Erfidrápo þá er hann callaþi Herlevs sticca, oc er þetta stef i:

litt er mier navþ lett
norna scavp mioc forn,
er styla ricþi striþr fyr
stórhugaþr mier þór.

Oc er havgrin var luctr tecr Starcaþr biargstein noccorn oc satti a havginn. þar á risti hann þessi ord:

þenna stain satti Starcaþr ovir Herleff enn hugprnþa filaca sinn.

Var þar sá háls callaþr Herlefs þúfa er hann var heigþr. Þat er męlt at Halfdan konungr svarti, þa hann heriaþi til Sviþioþar, hafi brotiþ upp havg þenna, oc fengit sitt micla gull, en aþrir menn hava mótsagt því, oc segia sá havgr se ramgeorvari en sva, at breota meigi. s. Stark. h. gamla cap. 12. — Nos hoc loco literaturam libri observavimus, ut inde conspiceretur, quanta cura antiquitatem imitatus sit, non ita tamen, ut imitationem celare posset.

fóstra minn,
feðr í sinni:
því nè vissa þat,
nè ek vænta þess,
at lifri Fróða
liðinn væri.

Deinde viginti et quatuor strophis increpationes in reginam (Latine XLIX), quarum initium:

Sœmri er höfði
húfa or járni
ok hærum mínum
hjálmr dreyrroðinn:
heldr en kvenna
helgar meiðmar
ok skrípiligt
skraut drottnínga,
nema ef brúðr sèr
ek blauðr sják.

Postremo duodecim strophis carmen gratulatorium post cædem Svertingidarum absolvit, quarum primam afferemus:

Mál man at skemta
skötnum Íngjaldar
ok gleðja guma
í grams sölum:
hví 'ro rekkar
rauðir of nasir,
þars þeir landreka
líta fjörvan.

Sub finem libri altercationem inter Starkadum et Hatherum (qui *Haddr* dicitur) quinquaginta octo[1] strophis complectitur, quorum initium cum Saxonis versibus:

---

[1]) strophæ 33—50 in omnibus, quæ vidimus, exscriptis desunt, sed in libro Societatis Islandicæ diverso atramento et quasi alio tempore si non alia manu addita sunt.

Ut sine regressu pronas agit alveus undas,
Sic ætas hominum, cursim labentibus annis,
Irreditura fluit; ...

aperte correspondet, nimirum ita:

Ámynt er æfi
ok öldur breka,
eðr brims háfir
boðar á leiri;
líkt sem stórbólginn
straumr árfossa,
óstöðvandi
unz sæ nemr.
Fölnar hinn forni
farvi mannæsku, ...

In sequentibus hujus carminis annotari merentur: nomina regionum orientalium, minus cognitarum, quæ apud Saxonem enumerantur, hic cum aliis magis notis commutari.

Codex chartaceus, seculo decimo septimo scriptus, qui in collectione Arnamagnæana sub Nro. 592 A. 4to servatur (exscriptum in Bibl. Reg. Nye kongel. Saml. Nro. 1696. 4to) breviorem de Starkado relationem inter cetera continet, inscriptam „Frá Starkarði", quæ tribus tantum paginis primum epitomen eorum, quæ de juventute Starkadi in Gautreks saga traduntur, deinde relationem de Thorsteine skelk, particulam ad Historiam Olavi Tryggvidæ Norvegiæ regis pertinentem[1], complectitur.

Starkadi vetusti nominis memoria vario modo tam in mythis popularibus quam in traditionibus poëticis et historicis servata est. Ex his antea relationes de Norna-Gesto et Thorsteine skelk commemoravimus, quarum utraque mentionem Starkadi facit. Sepulchrum Starkadi, sexaginta ulnas longum, in Scania demonstratum esse ferunt[2], quod certe in memoriam nobis revocat veterem

---

[1]) Fornm. s. III, 199—203.

[2]) Chythræus ap. Bring. Monum. Scan. III, 311.

traditionem legendariam de statura Adami, nimirum hunc sexaginta ulnas altum fuisse [1]. Auctor cantilenæ jocosæ de Skidio mendico *(Skíða ríma)*, — Iro quodam Islandici vel Norvegici generis, qui seculo duodecimo in Islandia vixisse fingitur — seculo decimo quarto florens, Starkadum grandævum inter heroës illos enumerat, qui ex partibus Skidii in Valhalla certarunt. — De dentibus Starkadi certo quodam ordine narrantur fabulæ. Primum enim Nornagestus de jactura duorum dentium, quam in prælio cum Gandalfi filiis fecerit Starkadus, in aula regia Olavi Tryggvidæ Norvegiæ regis historiam edit, addens, se alterum horum dentium secum transportasse, quem deinde (seculo decimo quarto), alicubi in Dania campanæ retinaculo impositum esse dicunt [2], septem orarum (unciarum) pondus habentem. — Deinde Chronicon Erici et inde Ar. Hvitfeld narrant, Hinricum Æmelthorpium militem de Dacia dentem Starkadi habuisse, in Scania inventum, magnitudine sex pollicum, quem de Dania in Teutoniam „pro miraculo" portasse dicunt [3]. Posthac Annalistæ Islandici seculi decimi quinti referunt de Arna Olavi filio, postea episcopo Skalholtensi (1413—1430), ipsum „in loco, qui dicitur Africa", capulum gladii Sigurdi Fofnisbani vidisse, et dentem, „qui dicebatur Starkadi grandævi capite desumtus, unius palmæ latus et longus, præter eam partem, quæ gingivæ insita fuerat" [4]. — Præterea Starkadi nomen

---

[1]) Sæmundar edda ed. Arnæ-Magn. in vita Sæmundi multiscii pag. XXVII not. 87.

[2]) verba codicis Flateyensis: „er sá nú hafdr í klukkustreng ..... sjá hann þar", pro glossa accipimus. Forn. s. Norðrl. I, 331; Flateyjarb. I, 354.

[3]) Chron. Erici regis ap. Langeb. Serr. Rerr. Dann. I, 155 (Dan. Ny Danske Mag. V, 172); Ar. Hvitf. ad ann. 1253. I, 238 (fol.), cfr. Schön. Norges Riges Histor. I, 485.

[4]) Ann. Island. ed. A. Magn. ad ann. 1405, pag. 381.

servatum est in appellatione metri *Starkaðarlag*, cujus specimen nobis suppeditavit Clavis metrica Snorronis [1], etsi leges metricæ non plane respondeant versibus, quæ in Gautreks saga et ceteris antiquitatis scriptis Starkado grandævo tribuuntur. — Ad memoriam ejus postremum referendum videtur nomen loci „Starcoteris promontorium", quod in Norvegia australi situm in descriptione terrarum septentrionalium Claudii Clavii seculo decimo quinto composita [2] nominatur, quamvis hujus nominis memoria jam dudum evanuisse videatur.

Poëmata Danica, hoc et præcedente seculo composita, quæ de Starkado grandævo agunt [3], omnia relationibus Saxonis Grammatici superstructa sunt, quum fortasse hæ solæ auctoribus cognitæ fuerint.

2. RAGNARR KONÚNGR LOÐBRÓK. ÁSLAUG ok SYNIR ÞEIRRA. — Recensus poëtarum (Skáldatal) in eo vulgarem nostram traditionem sequitur, quod post ætatem Starkadi grandævi Ragnarem proximo loco ponat. Ex verbis ipsis etiam conjicere licet, auctorem eadem fere carmina, quæ ex antiquitate nobis servata sunt, Ragnari et conjugi ejus Aslögæ reginæ, filiisque tribuisse, quamquam enim non solum filiis Aslögæ, sed etiam privignis ejus carmina

---

[1]) Háttatal Snorra Sturlusonar str. 98, Sn.-E. I, 712. — N. M. Petersen (Dansk Literaturhist. I, 6 et pluribus locis) ita intellexisse videtur, quasi hæ strophæ fragmentum essent carminum Starkadi („Om Stærkodder har Saxo meddelt Sange, hvoraf Snorres Edda — under Starkadarlag meddeler nogle Brudstykker"); sed hoc error est, nam strophæ illæ ad carmen Snorronis pertinent, non ad carmina quæ Starkado tribuuntur.

[2]) Claudius Clavius (Klaus Nagel) Beschreibung des scandinavischen Nordens. ed. Waitz. Nordalbing. Studien I, 175—190 cum charta.

[3]) Stærkodder. Et Digt i femten Sange af C. Pram. Khavn. 1785. 12. — Stærkodder en Klubsang, i Edv. Storms Digte ed. Boye. Khavn. 1832. 8vo. pag. 156—158. — Stærkodder. Tragoedie af Oehlenschläger.

tribuantur, id in tali contextu fere non incuriæ tantum adscribendum est.

Ceterum nemini non engnitum est, traditiones antiquitatis nostræ [1] de Ragnare et filiis ejus præcipue in Ragnars saga [2], et Þáttr af Ragnars sonum [3], nec non in Historiæ Saxonis Grammatici Libro IX. [4] servatas esse, præterquam quod nomen Ragnaris lodbrokæ et Lodbrokidarum in genealogiis, annalibus et innumeris fere libris intra vel extra septentrionem scriptis inveniatur. In opere Saxonis etiam in hac parte relationes de partibus orientalibus, fortasse etiam de Norvegia, intextæ sunt. Ragnar loðbrók filius et successor fuisse dicitur Sigurdi hring (Annuli), quod tamen patris nomen voce tantum, non vero genere nec tempore inter Saxonem et Islandos convenit. Ex communi traditione regnis Sveciæ et Daniæ hæreditate acceptis magnam bellicæ virtutis gloriam et domi et foras reportasse dicitur. Saxoni soli nota fuit relatio de connubio ejus cum Lathgertha *(Hlaðgerðr)* ex Gaulardalo Thrandheimensi, ex qua filium unum, nomine Friðleifum et duas filias suscepisse dicitur, sed hæc nomina et genus mox evanescunt, quasi ex peculiari quadam traditione orta. Connubium Ragnaris cum Thora omnibus auctoribus notum est; Aslogæ nomen in nomine Svanlogæ apud Saxonem cognoscimus. Neque filiorum nomina, quorum apud omnes antiquitatis auctores non pauca numerantur, etsi ab omnibus non eodem modo recensita, similitudinem et unitatem dissimulare possunt,

---

[1]) de variis modis, quibus auctores historici novi temporis priscas relationes de Ragnare lima critica polire cribroque purgare conati sint, hoc loco non agendum erit.

[2]) Forn. s. Norðrl. I, 235 310; cfr. Saga Herrauðar ok Bósa, Forn. s. Norðrl. III, 233—234.

[3]) Forn. s. Norðrl. I, 343—360.

[4]) Crisin historiæ Ragnaris vide in eadem editione Mülleri III, 362 sqq.

si enim verbi causa nomina Lodbrokidarum, ex Thora et Asloga (Svanloga) susceptorum comparamus, qui nimirum hi sunt:

in Ragnars saga:		apud Saxonem:	
filii Thoræ:	Eiríkr	filii Thoræ:	Rathbarthus
	Agnarr.		Dunvattus
filii Aslögæ:	Ívarr beinlausi		Syvardus
	Björn jarnsíða		Biornus
	Hvítserkr		Agnerus
	Rögnvaldr		Ivarus
	Sigurðr ormr í auga [1]	filii Svanlogæ:	Regnaldus
			Witsercus
			Ericus [2]

omnia hæc nomina, exceptis duobus primis apud Saxonem[3], invicem plane convenire videmus.

De carminibus a Ragnare loðbrók compositis non solum in hoc nostro Recensu, et in Historia Ragnaris sermo est, sed etiam in commentario ad Clavem metricam Snorronis [4], ubi Ragnar inter poëtas vetustissimos numeratur, et speciale quoddam strophæ genus ad formam metricam, quam ille adhibuisse dicitur, relatum est. Attamen hæc metri forma non exacte in strophis, quæ sub Ragnaris nomine ad nostram ætatem servatæ sunt, observatur, sed alia nonnihil simplicior, quæ apud Snorronem partim variatio extemporalis (*munnvörp*) partim syllabis harmonicis carens (*háttlausa*) appellatur [5]. Inde fortasse concludere liceret, Snorronem et suæ ætatis homines seculo decimo tertio carmina sive strophas Ragnari auctori tri-

[1]) Ragnars saga cap. 3. 6. 8; Forn. s. Norðrl. I, 242. 251. 258.

[2]) Saxo Libr. IX, pag. 444. 450.

[3]) nomen Dagr dúnvöttr in genealogia quadam Lodbrokidarum invenitur (A. Magn. 738 4to), quæ, seculo XVII. quidem scripta, tamen a codice Haukiano (Hauksbók) ante et post 1300 scripto, haud dubie derivatur.

[4]) Háttatal str. 54: Sn.-E. I, 666.

[5]) Háttat. str. 66. 67: Sn.-E. I, 680.

buisse, quæ nunc deperdita sint[1]. Saxo autem nullos versus, quæ ad historiam Ragnaris referrentur, cognovisse videtur. Quæ vero carmina Ragnari tribuuntur, et cum Ragnars saga[2] ad nostram ætatem pervenerunt, sunt sequentia:

1) strophæ solitariæ novem cum dimidia, diversa occasione fusæ[3].

2) Krákumál, interdum etiam Bjarkamál (manifesto quidem errore) et Loðbrókarkviða appellatum, viginti novem strophas continens, quod Ragnar in carcere vermibus et viperis vexatus cecinisse traditur. Talis cruciatus exempla non semel dedit antiquitas, et ita verbi causa de Gunnare Gjukii filio relatum est, illum viperarum morsibus vexatum carmen cecinisse, quod inter suspecta carmina Eddica editum est[4]. De morte Ragnaris similis fuit antiquitatis relatio, priscis auctoribus nota. Saxo enim mortem Ragnaris his verbis commemoravit: "Comprehensus enim atque in carcerem conjectus noxios artus colubris consumendos advertit, atque ex viscerum suorum fibris tristem viperis alimoniam præbuit. Cujus adeso jecinore, cum cor ipsum funesti carnificis loco coluber obsideret, omnem operum suorum cursum animosa voce recensuit, superiori rerum contextui hanc adjiciens clausulam: si suculæ verris supplicium scirent, haud dubio, irruptis

---

[1]) stropham Snorronis (Háttat. str. 54) Ragnari non recte attributam esse jam monstravit Raskius. Sn.-E. 247 not. 2, cfr. huj. edit. I, 666—667 not. 12. — Snorro ipse hujus strophæ auctor est, sed quoad metricam formam antiquitatem imitatus.

[2]) Ragnars saga in Forn. s. Norðrl. I, 235—310.

[3]) nimirum: ad Thoram interfecto serpente, str. 1 (p. 240).
ad Krakam puellam .... - ½ (- 247).
ad eandem .... - 1 (- 248).
in nativitatem filii Sigurdi ... - 3 (- 258-9).
ante expeditionem Anglicam... - 2 (- 278-9).
in captivitate.............. - 2 (- 282).

[4]) Sæm. Edda ed. Rask p. 274—277.

haris, afflictum absolvere properarent"[1]. Quis non hic usque ad ipsissima verba cognoscat relationem, quæ in Ragnars saga invenitur, præsertim vero quæ in duabus strophis ibi allatis occurrunt:

Orrustur hefi' ek áttar,
þær er ágætar þóttu,
gerða ek mörgum mönnum
mein, fimmtigi ok eina ...

et in altera stropha:

Gnyðja mundu grísir
ef galtar hag vissi[2] ...

Verumtamen ex hac similitudine vel consensione non concludere possumus, carmen, quod nunc sub nomine Krákumál habemus, his auctoribus cognitum fuisse. Equidem hoc certum est, neque nomen carminis neque ullam ejus partem apud antiquiores scriptores nobis cognitos occurrere. Carmen et nomen Krákumál primum in uno vel duobus fortasse libris membraneis, quorum unus saltem circa annum 1400 scriptus fuit, ad nostra tempora devenit. Uterque carmen post finem historiæ Ragnaris addidit, quamquam in ipsa historia nullus de eo sermo sit. Alter horum codicum ab episcopo Skalholtensi Brynjolfo Svenonio 1641 possessus, deinde regi Frederico tertio dono missus, nunc in bibliotheca regia sub numero 1824^b novæ collectionis regiæ formæ quartæ asservatur. Secundum hunc codicem carmen Krákumál bis editum est[3]. — Ab hoc codice diversus fuisse videtur alter, qui a Magno Olavio pastore Laufasensi in literis ad Olaum Wormium v. cal. Septbr. 1632 his verbis commemoratur: „Hisce diebus fortuito ad manus erat libellus, qui ad calcem

[1]) Saxo Libr. IX, pag. 460.

[2]) Ragnars s. cap. 15; Forn. s. Norðrl. I, 282.

[3]) Krákumál sive Epicedium Ragnaris Lodbroci regis Daniæ, ed. C. C. Rafn. Hafn. 1826. 8vo. cum interpretationibus et commentario. Deinde iterum in Forn. s. Norðrl. I, 300—310.

habebat Ragnari lodbrok, prisci Danorum regis, fatalem cantilenam, sed ob nigrorem membranæ et vetustissimam scriptionem lectu difficillimam. Eam demum laboriose erutam, hoc, quo vides, modo explicui" ....[1]. — Quod exscriptum Olavii, a Wormio in literas Runicas translatum, brevi postea editum fuit[2], et deinde plurimis editionibus et interpretationibus pro fundamento positum est. Exscripta seculi decimi septimi et non paucæ editiones (v. c. Björneri) pro Krákumál dederunt vitiose Bjarkamál.

Quod ad metricam formam carminis attinet, non diffitendum quidem est, eandem cum strophis in ipsa historia Ragnaris servatis magna ex parte convenire, sed tamen duplici modo a ceteris differt, et in his rebus peculiari quadam lege tenetur: primum, quod stropharum quæcunque decem versibus constet, quam octo versuum transgressionem non nisi in simplicioribus carminum generibus invenimus; secundum, quod primus versus strophæ cujusque

Hjuggum vèr með hjörvi,

per totum carmen sine variatione repetatur. Tale exemplum, quod certe ad leges metricas carminum intercalatorum (draparum) prope accedit, in cantilena, ad Daniam relata, quæ Asbjörno eleganti tribuitur, solummodo invenimus[3], cujus etiam metrum ad nostrum prope accedit. Deinde autem in carminibus seculi decimi quarti et quinti, quæ ad claves metricas referuntur, similia exempla adsunt, ita tamen, ut in his carminibus primus et ultimus versus per aliquot strophas repetantur.

ASLOGÆ reginæ decem integræ strophæ et una semistropha, partim sub nomine Kráka, partim sub nomine Áslaug, filia Sigurdi Fafnericidæ, tribuuntur, quarum

[1]) Ol. Worm. epistt. I, 363.

[2]) O. Worm. Literatura Dan. antiquissima. Hafn. 1636. 4to pag. 190—227, cum commentario Olavii.

[3]) Annat var þá ek inni, ... primus versus, qui per septem strophas repetitur. Fornm. s. III, 218–220.

plurimæ in historia Ragnaris exstant, una in Particula de filiis ejus invenitur [1]. Hæ strophæ omnes fere ad eadem metra referri possunt, quæ in strophis Ragnarianis adhibentur.

Quatuor filiorum Ragnaris quasi auctores singularum stropharum citantur, partim in Historia Ragnaris, partim in Relatione de filiis ejus. Sic Erico quatuor strophæ tribuuntur [2]; Ivari exossi una vel duæ [3]; Björno ferrei lateris quatuor [4]; Hvitserko una [5], et hæc quidem diversi metri generis; Sigurdo angvioculo apud auctorem Relationis de filiis Ragnaris una, quæ in Historia Ragnaris Ivari adscribitur [6]; unde præter alia concludi possit, non solum diversos auctores esse historiarum de Ragnare et de filiis ejus, sed etiam plures relationes de iis apud posteros eorum in Islandia per longam ætatem traditas esse.

Præter hæc carmina aliquot strophæ in historia Ragnaris inveniuntur, quæ comitibus Lodbrokidarum, et simulacro ligneo a Lodbrokidis in insula Danica Samsoa ut putabatur erecto, adscriptæ sunt.

3. BRAGI SKÁLD HINN GAMLI, BODDASON (cfr. sub nro. 4, 15). Quæ de hoc celeberrimo antiquitatis poëta dedit Recensus noster, maximi momenti sunt, quum ceterorum auctorum relationes non parum augeant. Primum enim nomen patris suppeditat [7], deinde etiam tres Sveciæ reges recenset, de quibus carmina composuisse traditur Bragius. Neque rationes chronologicæ vel historicæ

---

1) Forn. s. Norðrl. I, 247. 248. 264. 265. 266 (319). 279—80. 293. 358.

2) Forn. s. Norðrl. I, 261—263 (318. 349).

3) Forn. s. Norðrl. I, 268 (350). 267.

4) Forn. s. Norðrl. I, 254. 267 (350). 284.

5) Forn. s. Norðrl. I, 268 (350).

6) Þáttr af Ragnars sonum, Forn. s. Norðrl. I, 349.

7) Boddi = bóndi, sive nomen bondonis, Rigsm. 21.

obstare videntur, quin hæc pro vero accipiantur, et Bragii ætas ante et post annum 800 disponatur (c. 770—850). Nomen poëtæ in Edda Snorronis vario modo scribitur, nimirum „Bragi hinn gamli", sive „Bragi skáld", sive simpliciter „Bragi", quæ omnia eundem poëtam significare putamus, cognomen vero „hinn gamli" (priscus, vel etiam: major) attributum est aut propter distantiam temporis, aut ad distinguenda nomina hujus poëtæ antiquissimi temporis et poëtæ Bragii Hallsson (Nr. 132. 138), qui circa ann. 1200 floruit.

1. Inter reges, cum quibus Bragius priscus versatus fuit, quosque carmine celebravit, primo loco nominatur Ragnar loðbrók. Carmen Bragii in honorem ejus non solum Snorroni notum fuit, quum plures semistrophas et duas particulas integras cum versibus intercalaribus inde descripserit, sed etiam auctori tractatus de figuris ad manus fuisse videtur, quum (c. 1330—1360) hunc suum tractatum conscripsit[1]. Apud utrumque hoc carmen appellatur Ragnars drápa loðbrókar, vel simpliciter Ragnarsdrápa. Ansam vero carmini dedit clypeus, a rege per Hrafnketillum quendam poëtæ dono missus, in quo arcatim Volsungorum, Hjaðningorum, fortasse etiamceterorum antiqui temporis heroum res gestæ depictæ fuerunt. Quas picturas eodem ordine secundum areas poëtice descripsisse et carmen suum legato regis recitasse videtur Bragius, legatus iterum fortasse viva voce regi tradidit. Fragmenta hujus carminis, quæ ad nos pervenerunt, in Edda Snorronis servata sunt, nimirum:

a) semistrophæ duæ

1. Vilit, Hrafnketill heyra ...
2. Nema svâ at góð ens gjalla ...
... mögr Sigurðar ...[2]

quæ utraque ad initium vel primam partem carminis referenda erit.

---

[1]) Sn.-E. II, 206—208. 210.

[2]) Sn.-E. I, 426. Lexicon mythol. pag. 450.

b) octo integræ strophæ cum duabus semistrophis ex media parte carminis, quæ dilucide totam carminis constructionem nobis demonstrant. Nimirum prima pars introductio, secunda ipsa descriptio clypei, tali modo disposita, ut pictura unius areæ quatuor strophis absolveretur, huic vero quatuor stropharum cyclo una semistropha addatur, quæ versum intercalarem efficiat; tertia pars quasi apodosin carminis continuisse videtur, a posterioribus *slæmr* appellatam. Quot vero intervalla mediæ partis cum versibus intercalaribus fuerint, vel, quod idem est, quot fuerint areæ clypei, pro certo scire nunc non possumus. Ipsæ semistrophæ intercalares peculiari quodam modo constructæ sunt:

Þat seg'ek fall á fögrum
flotna randar botni:
ræs gáfumk reiðar mána
Ragnarr, ok fjöld sagna [1].

Þá má. sókn á Svolnis
salpenníngi kenna
ræs gáfumk reiðar mána
Ragnarr ok fjöld sagna [2].

Quæ constructio versuum intercalarium fere eodem modo in carmine Egilli ad Ericum sanguisecurim, etsi diversa ratione metrica, occurrit.

c) semistrophæ duæ, quibus certus locus assignari non potest, sed tamen huic carmini tribuendæ videntur.

1. Eld of þá'k at jöfri ....
2. Þann átta' ek vin verstan ...[3]

[1]) Sn.-E. I, 370—374; Lex. mythol. pag. 885—86.

[2]) Sn.-E. I, 436—438; hoc loco strophæ nonnihil transponendæ sunt, in codicibus enim et editione semistropha intercalaris inter tertiam et quartam intervalli stropham locum habet, quod et recte observatum est in Ann. for nord. Oldk. 1860, pag. 10.

[3]) Sn.-E. I, 338. 350.

2. Alter rex, quem Bragius carmine celebrasse traditur, in Recensu nostro (nro. 4) nominatur Eysteinn beli. De tali carmine, quod seculo decimo tertio notum fuisse videtur, nihil nunc cognitum est, de ipso rege autem non dubitari potest, quin idem sit ac ille Eystein rex, in Hervarar saga filius Haraldi hilditanni appellatus [1], in Historia Ragnaris sacrificiis maxime deditus et vaccæ cujusdam Sibiliæ cultor dictus. Hic postquam cum Ragnare amicitiæ et affinitatis fœdus inierat, rupto fœdere hostis factus est, et quum duos filios Ragnaris prostravisset a ceteris profligatus est et occisus. Prælium Ullarakrense, ubi rex Eystein occubuit, in carmine Krákumál commemoratur [2]. In sequentibus vero, præter Bragium, decem poëtarum nomina recensentur, qui de hoc Eysteine carmina composuissent.

3. Rex Björnus Hogensis (*at Haugi*) tertio loco enumeratur (nro. 15), quia Bragio carmine laudatus sit. De hoc rege Historia Hervaræ certissimam antiquitatis traditionem nobis servasse videtur, quum ad familiam Lodbrokidarum referat, et accuratius de successione regum disserens hæc addat: „Björnus rex sedem, quæ Hoga (*at Haugi*) dicitur, evexit, et Björnus Hogensis appellatus est; cum eo versatus est Bragius poëta" [3]. Anno 829, quum Anscharius in Sveciam primum advenit, rex Bern (= Björn) Bircæ regnasse dicitur [4]. De carmine vero Bragii, in laudem hujus regis composito, nullum nobis servatum est fragmentum, quod quidem certe illuc referri possit. Attamen etiam aliunde certum est, relationem non solum de tali carmine nostris antiquitus notam fuisse, sed etiam de occasione, quæ eidem ansam dederit. Quum enim

---

[1]) Hervarar saga, Forn. s. Norðrl. I, 510.

[2]) Ragnars saga c. 8—11. Forn. s. Norðrl. I, 254—272; Krákumál str. 7, ib. pag. 302.

[3]) Hervarar s. cap. 20; Forn. s. Norðrl. I, 510 not. 3.

[4]) Anschar. vita ap. Langeb. S. R. D. I, 444—447.

Egil Skallagrimi filius in potestatem Erici regis venisset, et capitis supplicii evitandi cum amico suo Arinbjörno consilium iniret, hic ei carmen encomiasticum de rege componere hortatus est: „Sic enim, inquit, Bragius fecit, consanguineus tuus, quum iram Björni Sveeorum regis in se contraxisset, nimirum una nocte carmen intercalatum (drapam) viginti stropharum de eo composuit, et caput suum præmii loco incolume recepit" [1]. — Non igitur dubitandum esse videtur, hoc ipsum carmen de Björno rege, forte Höfuðlausn appellatum, si non plura, auctori Recensus nostri in mente fuisse, neque non verosimilis erit conjectura: carmen Egilli, quod etiam viginti strophis constat, ad formam veteris hujus carminis compositum esse.

4. In Edda Snorronis non paucæ semistrophæ occurrunt, Bragio attributæ, quæ divina Asa-Thori gesta canunt, quæque non solum numeri sed et metricæ constructionis causa non apte ad encomium Ragnaris vel ad cetera carmina de regibus encomiastica referri posse videantur; has igitur semistrophas pro fragmentis carminis cujusdam in gloriam Thori (Þórsdrápa) a Bragio prisco compositi accipimus. Semistrophæ vero, quæ pro certo Bragio auctori tribuuntur, hæ sunt:

1. Þat erumk sent at snemma ...
2. Vaðr lá Viðris arfa ....
3. Hamri fórsk í hægri ...
4. Ok borðróins barða ...
5. Vel hafit yðrum eykjum ....
6. Hinn er varp á víða ...
7. Þá er forns Litar flotna ...
8. Vildit vröngum ofra ...
9. Þars er lofðar líta ...[2]

---

[1]) Egils saga, cap. 62.

[2]) Sn.-E. I, 242. 252. 256. 370. 501; II, 134; cfr. Lex. mythol. 460. 481. 698.

quarum ultima duos tantum versus, seu quartam strophæ partem continet. Una vero semistropha

10. Þjokkvöxnum kvað þykkja[1] ....

in codice Upsaliensi Ulfo Uggii filio tribuitur, quasi ad carmen Húsdrápa referenda, cui nos etiam magis consentimus. Ceterum plurimæ harum semistropharum (1-4. 7. 8. 10) de captura serpentis Midgardici tractant, aliæ (5. 6) de cœde gigantum Thrivaldii et Thjassii agunt. Immo etiam, si strophas 6 et 9 ad cœdem Thiassii referamus, non minus verosimile esse videtur, has duas strophas ad carmen quoddam in gloriam ipsius Odinis conferre[2].

5. Cetera poëmata, quæ apud antiquos scriptores Bragio tribuuntur, non ad carmina pertinere, sed solitaria esse videntur. Sic verbi causa stropha illa celebris de mythica Sialandiæ origine, quæ a Snorrone sæpius allegatur:

Gefjon dró frá Gylfa[3] ....

Similiter etiam dialogus cum gigantide:

Skáld kalla mik[4] ...

et denique stropha de filiis Hjöri regis, Hamundo et Geirmundo, quam poëta senex in aula regia Hördensi pronuntiasse fertur:

---

[1]) Sn.-E. I, 258; Lex. mythol. pag. 460. Omnia hæc fragmenta ad carmen Loðbrókardrápa (rect. Ragnarsdrápa) relata sunt et invicem ordinata in Annall. for nord. Oldk. 1860, pag. 7—9.


[2]) semistropha 6. nominat „illum, qui oculos patris deæ xylosolearum in cœlum conjecit", i. e. Odinem, qui oculos Thiassii occisi in gratiam filiæ ejus Skadeæ in duas stellas mutavit, Sn.-E. I, 214. — Fragmentum sub Nro. 9 allatum de Odine Gungnerem gestante, seu de Sleipne, equo Odiniano, loqui videtur.

[3]) Yngl. saga, cap. 5; Sn.-E. I, 32. Hæc stropha ad carmen de Ragnare in AnO. 1860 pag. 9 refertur, cui etiam non metrum quidem sed ratio picturæ vel carminis adversatur, nam picturæ clypei Ragnariani certamina Hjadningorum et Gjukungorum, fortasse plura ejusdem non diversi generis, exhibuisse videtur.

[4]) Sn.-E. I, 466.

Tveir'ro inni[1] . . .

Bragius poëta Lopthænam, filiam Erpi poëtæ (Nr. 6), uxorem habuisse traditur, cujus nomen stirpem Hrafnistensem indicat, nam in hac sola familia nomen fæmineum Lopthæna invenitur[2]. Inter posteros Bragii tres poëtæ[3] celeberrimi seculi decimi et undecimi in Islandia numerantur, quemadmodum ex hac tabula conspici potest:



Inter veteres poëtas Bragius priscus per omne ævum maxima celebritate gaudebat. Ex ejus nomine, sive ad methodum ejus, formata est denominatio cujusdam metri

[1]) Landnámab. II, 19; Sturl. saga I, 1; Hálfs s. cap. 17; Forn. s. Norðrl. II, 60.

[2]) unam fæminam hujus nominis adhuc nostris temporibus in Islandia invenimus, in toparchia Skaptafellensi. Skýrslur um landshagi á Ísl. I, 558.

[3]) ex Historiæ Egilis Skallagrimi filii loco allato (cap. 62) hic etiam ex familia Bragii fuit, sed quo modo nunc nescimus, neque lectio ipsa (frændi þinn) suspicione caret (forte: frændi minn?), quum consanguinitas, quæ inter Egilem et Arinbjörnum intercessisset, nusquam commemoretur.

[4]) Landnámab. II, 1. 7. 8. 15.

generis, dictum Bragaháttr, cujus forma usus est Snorro in una stropha clavis suæ metricæ[1]. Neque tamen hoc metri genus accurate respondet fragmentis nostris, id quod etiam verbis commentarii quodammodo explicatur, quum dicat: „Sæpius in veterum poëtarum carminibus usu venit, ut in eadem stropha aut diversæ sint variationes, aut certe cujusdam variationis leges negligantur; quod etsi in priscis carminibus pro vitio non habeatur, haud temere imitandum est"[2]. Quamquam igitur non omnes carminis cujusdam strophæ, a Bragio compositæ, tales leges metricas observent, certum est eas ut carminibus Bragii quodammodo proprias a Snorrone acceptas esse et imitatas, unde necesse erit concludere, Snorronem suo tempore plura carmina Bragio attributa, quam quæ nobis nunc cognita sunt, ad manus habuisse.

4. BRAGI HINN GAMLI, vide sub nro. 3.

5. GRUNDI PRÚÐI, Grundius elegans, poëta, qui Eysteinem belium Sveciæ regem (cfr. quæ de hoc rege antea sub nro. 3 disputata sunt) carminibus laudasset, apud nullos antiquitatis scriptores, quantum nos scimus, commemoratur. Nomen ipsum Grundi, quamquam rarum, et in Islandia ex usu ignotum, in Norvegia et Svecia notum fuisse videtur, apud Islandos poëtice tantum, quasi appellative usitatum, vide supra pag. 201.

6. ERPR LÚTANDI (cfr. sub nro. 16). Quemadmodum antea sub nro. 3 demonstravimus, Erpus incurvus socer erat Bragii poëtæ grandævi, et huic fere coævus. Nomen poëtæ Erpr in memoriam nobis revocat nomen unius ex athletis Vikaris regis, Starkadi sodalis[3], ex Norvegia, nomen unius ex filiis Jonakri regis et Gudrunæ Gjukii filiæ[4],

[1]) Háttatal str. 58, Sn.-E. I, 672.

[2]) Sn.-E. I, 673.

[3]) Gautreks saga cap. 4: Forn. s. Norðrl. III, 20.

[4]) Sn.-E. I, 366.

et denique nomen Erpi Scotorum comitis filii, qui familiæ Erplingorum in Islandia progenitor fuit [1]. Carmen de Eysteine belio Sveciæ rege (nro. 3) nobis aliunde omnino ignotum est, neque minus prisca illa relatio de commoratione Erpi poëtæ apud Björnum Hogensem, Sveciæ regem, ubi propter eædem in sacris patratam supplicio destinatus, carmine intercalato *(drápa)* quo eanem regis, Saur (stercus) nominatum, celebravit, caput suum et vitam redemit (vide sub nro. 16). Hoc solum carmen verosimiliter ad Erpum poëtam et Björnum Hogensem referre voluit auctor, neque necesse est, ut plura ei carmina de ipso rege cognita fuissent. Quod vero ad ipsam relationem ejusque conservationem attinet, notari meretur, posteros Erpi incurvi in familia Gilsbakkensium (vide genealogiam sub nro. 3) non solum auctoritate et divitiis, sed et poëseos sive literarum studio insignis nominis fuisse; facile igitur hæc traditio eum carmine in familia Gilsbakkensium conservari, et auctori Recensus nostri, in vicinia habitanti, communicari potuit. Lectio codicis Upsaliensis, quæ diceret: „carmen de Soro rege Hogensi composuit" ex facili depravatione orta esse videtur, nisi fortasse accipiendum esset, priscam traditionem de cane pro rege constituto, quam per totum septentrionem divulgatam fuisse comperimus [2], scriptori in mentem incidisse.

7. KÁLFR ÞRÆNZKI ut a cognomine manifestum est ex Thrandheimia oriundus fuisse videtur, ubi etiam nomen Kálfr, v. c. in nobili familia Arnungorum, longo tempore invenitur. De hoc vero poëta et carminibus ejus, quorum unum certe de Eysteine belio Sveciæ rege et ejus rebus gestis tractasse videtur, nihil præter nomen ipsum ad nostra tempora servatum est.

---

[1]) Landnámab. II, 17.

[2]) Snorri Hák. góð., cap. 13; — Saxo Libr. VII, pag. 351—53; Chron. rhytm. Svecan. (sec. XV) ap. Fant, S. R. Svec. I, 253; — Chron. Erici et Annal. Esrom. ap. Langeb. S. R. D. I, 151. 225.

8. REFR RYZKI, cujus cognomen Russiam innuere videtur, nullibi in libris scriptis commemoratur, etsi nomen neque apud Islandos, neque apud Svecos ignotum sit. Inter poëtas Islandos Refr skáld, interdum Skáld-Refr sive Hofgarða-Refr dictus (nro. 63), seculo decimo et undecimo celeberrimum nomen habuit. Denominatio poëtica ref-hvörf[1], de variatione metrica, quæ Enantiophona dicitur, nota est, an vero de nomine poëtæ cujusdam Refr derivata sit, in medio relinquimus.

9. ORMR OFRAMI, cujus cognomen ita, non vero óframi (=úframi) legendum esse videtur, ideoque „pervalidum" non „modestum" vel „ignavum" significare, aliunde omnino ignotus est, quemadmodum etiam carmen sive carmina, quibus Eystein belius, rex Svecorum, ab eo laudatus sit, quod etiam de tribus sequentibus poëtis valet, nimirum:

10. ÖLVALDI

11. ÖLVALDI alter, et

12. ÁVALDI. Ex his nominibus autem Ölvaldi aliunde non nisi in nomine gigantis auri divitis, patris Thiassii[2], notum est, quamquam similes formæ non sint incognitæ in Norvegia et Islandia (Ölmóðr — Ölveig); Ávaldi vero et Ávaldr in Landnámabók et Historia Hallfredi poëtæ[3] occurrunt.

13. FLEINN SKÁLD. Hoc nomen antiquissimum et prægnantis significationis[4] inde a primis historiæ temporibus

---

[1]) Snorr. clav. metr. Sn.-E. I, 622—632.

[2]) Sn.-E. I, 214.

[3]) Landn. II, 15; III, 5. — Hallfreðar saga in Fornsögur, ed. Guðbr. Vigfússon et Möbius, pag. 83.

[4]) fleinn, spiculi genus: „Ör ein, er fleinn er kallaðr", Snorr. Hák. bon. cap. 31; cfr. nomen Oddr = cuspis; Geirr = gladius; Brandr = ensis.

obsoletum fuit. Quæ in Libro originum Islandiæ[1] referuntur, magni momenti sunt: „Thorolfus (inquit) filius Heriolfi eornufraetoris et Olavus frater ejus regnum in Upplandis (Norvegiæ) tenuerunt; apud eos Flein poëta Hjöri filius versatus erat, septentrionem versus in insula Josurheid nominata, prope ad insulam Borgund in provincia Mæria educatus, ubi pater ejus habitavit. Flein in Daniam profectus est, et eum Eysteine rege commorabatur, tantumque honorem arte poëtica acquisivit, ut rex filiam suam ei nuptum daret". Hæc traditio, quam successores regum Upplandensium Thorolfi et Olavi, postea Skogenses (Skógverjar) dicti, in Islandiam emigrantes transferre et servare potuerunt, non parvam lucem adfert nomini poëtæ. Primum enim inde elucet, hunc Fleinem ex stirpe Halfi regis et familia regia Hordorum originem duxisse; deinde etiam pro certo haberi potest, Eysteinem Daniæ regem eundem esse ac nostri Recensus Eysteinem belium, Sveciæ regem. Vixit igitur Fleinn poëta c. annum 800, Bragio poëtæ fere coævus, posteri autem ejus Geirmundus et Hamundus, heljarskinn dicti, inter nobilissimos Islandiæ occupatores nominantur.

Carmina Fleinis poëtæ in honorem Eysteinis regis composita jam dudum perierunt, variatio autem metrica, Fleinsháttr dicta, quam Snorro Sturlæus in Clave sua[2] exhibuit, verosimiliter in ejus memoriam, vel ad ejus exemplum formata est, unde igitur elegantem formam metricam ab eo usitatam cognoscere possumus.

14. RÖGNVALDR, sive Rögnvaldr skáld, qui præter decem poëtas jam enumeratos regem Eysteinem belium carminibus celebrasse dicitur, nunc nobis ignotus est, nomen autem ipsum, per omnia tempora in omnibus septentrionis regionibus (Dania, Sveeia, Norvegia, Orcadibus, Islandia) tam notum quam nobile, in Islandia hodie adhuc exstat.

---

[1]) Landnámab. v, 1.

[2]) Háttatal str. 57, Sn.-E. I, 670.

15. BRAGI HINN GAMLI, vide supra nr. 3.

16. ERPR LÚTANDI, vide supra nr. 6.

17. ÁLFR JARL HINN LITLI, qui in honorem regis Sveciæ Erici Refilis filii carmina composuisse dicitur, secundum lectionem codicis Upsaliensis Parvi cognomen (hinn litli) non comitis (jarl) titulum nactus est. Nomen ejus originem a gente Alfica indicat, tempus de ætate Erici regis Refilis filii dependit. Ex mente auctoris seriei regum Sveciæ, quæ in Recensu poëtarum observatur, circa annum 850 floruit, quum ille auctor Björnum Hogensem, circa annum 830 regnantem, Erici regis antecessorem faciat; si contra seriem in Hervarar saga propositam sequimur, cui vulgaris series regum, Lángfeðgatal dicta[1] et plurimi gravissimi auctores assentiunt, Ericus rex Refilis filius Björni Hogensis antecessor fuit, et ideo tempus Alfi poëtæ ad annum c. 820 referendum erit[2]; facile vero accidere potuit, ut in Recensu nostro, qui non seriem regum, sed nomina poëtarum, quorum carmina ad historiam regum illustrandam pertinentia superesse novit, literis mandare proposuerat,

---

[1]) edita a Langebekio in Scriptt. Rerr. Dann. I, 12, cfr. Scriptt. Rerr. Svecicarum I, 206.

[2]) Chronologia, quæ ab editore Recensus nostri in libro „Norlandz Chrönika" (cfr. supra pag. 243) addita fuit, quæque Alfum poëtam ad tempus Erici regis victoriosi et annum 917 refert, ab ipso hoc editore inventa est. Qua vero ratione Wieselgren (Sveriges sköna Literatur II, 91, cfr. 418–420) Ericum regem Refilis filium in Ericum väderhatt mutaverit, non liquet, quum perspicuum esse videatur, hoc cognomen, jam a Saxone Erico Ragnaris Lodbrokæ filio attributum (Regnerus . . . . „filium suum Ericum ventosi pilei cognomen habentem, Sveciæ præfert", i. e. præficit, Saxo Libr. IX, pag. 458 cfr. Müll. not. uber. Vol. III, 257), inde apud seriores chronistas Svecos in alios translatum esse, et pro populari more explicatum, inde scilicet, quod „rex, quocunque pileum verteret, ventum ex ea plaga spirantem excitare potuisset".

strictus ordo nominum non semper observatus sit, præsertim quum multa regum nomina, quæ aliquo carmine celebrata esse ei ignotum fuit, omissa sint, quod ex sequenti tabula stirpis regii Lodbrokidarum in Svecia, cum Recensu nostro collata, perspicuum erit:



¹) „Ek em nú hinn tíundi konúngr at Uppsölum, svâ at hverr hefir eptir annann tekit konúngdóm vârra frænda, ok verit einvalds konúngr yfir öllu Svíaveldi", verba Olavi regis, Fornm. s. iv, 140. Numeri hic appositi seriem indicant, quam fere eodem modo proposuit Munch. Hist. Norv. i. 2, 552.

18. ÚLFR SÚLUJARL, qui Styrbjörnum fortem carmine laudasse dicitur, in Historiæ particula nominatur, quæ ab antiquitate nobis servata est de eodem Styrbjörno[1]. Nomen Styrbjörni, quod hic seriei regum Sveciæ insertum est, novo exemplo demonstrat, auctori hujus Recensus non seriem regum sed poëtarum scribere propositum fuisse, nam Styrbjörn nunquam inter Sveciæ reges numeratur. Hic autem, vero nomine Björn, filius erat Olavi regis Upsalensis, filii Björni grandævi, natus circa annum 960. Mater ejus erat Ingibjörg, filia Thrandi dynastæ Sulensis (Súlujarl)[2]. Olavus Upsalis mensæ accubans veneno proditus subita morte periit, quo facto frater ejus Ericus Sveciæ rex, qui cum fratre imperium tenuerat, et mortis ejus non inscius putabatur, filium Björnum inter aulicos educari jussit, et avunculum ejus Ulfum Thrandi filium, dynastam Sulensem, educatorem ei dedit. Björn, adhuc puerili ætate non modicæ insolentiæ, regni partem poscere et aulicos regis male mulcare cœpit, quare patruus, Ericus rex, eum Styr-Björnum (Björnum turbulentum) appellavit, idque nomen per secula ei servatum est (apud Islandos Styrbjörn sterki, aut Styrbjörn Svíakappi). Quum tamen regni partem a patruo recuperare non posset, rem piraticam exercere et præsertim varias regiones maris Baltici vexare incepit. Brevi tempore præfectus piratarum Jomsburgensium factus regem Daniæ filiam Thyram sibi collocare et auxilia ad occupandum Sveciæ regnum concedere coëgit, quo facto ingenti exercitus copia Sveciam invasit et in campis Fyrensibus

[1]) Fornm. s. IV, 243–266; cfr. Eyrbyggja s. c. 29; Ólafs saga Tryggvas. Fornm. s. I, 61; Ólafs s. ex recens. Oddi monachi, ed. Unger p. 7. 29.

[2]) Lectio in Fornm. s. „Þrándar súlu jarls", et interpretatio per „dynastæ Thrandi sulæ", quasi Sula cognomen esset, non loci vel sedis dynastiæ nomen, errore laborant; num vero a Sula Veradalensi in Norvegia, vel ab alia sede comitum nomen trahant, incertum nobis est.

prope Upsaliam prælium cum patruo commisit (988). In hoc prælio, quum periculum adesse videret, hortatu avunculi sui Ulfi comitis et populi adductus, deum Asa-Thorum sacrificiis placare et suis partibus jungere tentavit, sed nullo cum successu, nam postquam patruus ejus se ipsum post decem annos Odino victimam promisisset, Danis et Jomensibus in fugam conversis, Styrbjörn cum suis acri prælio occubuit. Cum eo igitur Ulfus poëta Sulensis dynasta in eadem pugna Fyrisvallensi (988) cecidisse putatur.

De carminibus Ulfo attributis nihil nunc superest.

19. Þorvaldr hjaltason primus Islandorum inter poëtas in Svecia versatos commemoratur. Genus ejus ex Skagafjordo Islandiæ septentrionalis fuit, et causæ cur aulam Sveciæ regum inprimis peteret non e longinquo quærere opus est, si in memoriam revocamus: plures nobilissimas familias Skagafjordenses ejus temporis cum regibus Sveciæ arcta consanguinitate junctas fuisse, ut v. c. Thordum Höfdensem et Slettu-Björnum et plures[1]. Inter curiones Skagafjordenses seculi decimi principalem locum tenuit Hjaltius, Thordi skalpi filius, qui inter seriores occupatores Islandiæ Hofi in valle Hjaltadal sedem sibi fixit, et unius ex tribus templis Skagafjordensibus antistes (*goði*) præfuit. Filii ejus Thorvaldus et Thordus etiam inter principales viros sui temporis numerati sunt, non minus propter elegantiam et splendorem ornatus, quam propter largitiones, cujus exempla memoriæ prodita sunt[2]. Exequias patris, verbi causa, mille ducentorum convivarum frequentia, donationibus et carmine parentali intercalato (*drápa*), in honorem mortui ab uno convivarum composito, celebrarunt, quæ epulæ lautissimæ in Islandia fuisse dicuntur. Thorvaldus, jam ut videtur provectæ ætatis, ad Ericum Sveciæ regem,

[1]) Landn. III, 9. 10.

[2]) Landn. III, 10. 20; Saga Bárðar Snæfellsáss cap. 22: Nord. Oldskr. XXVII, 45.

post pugnam Fyrisvallensem victoriosum appellatum, se contulit, et huic pugnæ interfuit, ubi victoria reportata Ericus rex in clivo Upsaliensi constitutus quemcunque qui posset carmen facere invitavit, præmio proposito. Tum Thorvaldus has duas strophas fudisse dicitur:

1. Farit til Fýrisvallar...
2. Ill(r) varð elfar fjalla[1]...

et pro singulis strophis armillam quatuor uncias pendentem præmii loco accepisse. Cui relationi addit auctor Historiæ de Styrbjörno, illum (ɔ: Thorvaldum) neque antea, quantum vulgo notum esset, versus fecisse neque post, quod si recte se haberet, hæ solæ strophæ nomen Thorvaldi in Recensum poëtarum introduxissent; inde vero etiam concludi posset, non carmina solum, sed etiam singulares strophas interdum auctori hujus Recensus ansam dedisse, eos, qui tales versus aliqua occasione fudissent, in seriem poëtarum suscipere, præsertim quum tales versus ad historiam illustrandam inservire possent.

20. GUNNLAUGR ORMSTÚNGA (cfr. 171. 226). Vitæ Gunnlaugi studiosos ad ejus historiam sæpius editam[2] allegamus, ubi etiam carmina ejus citantur. — Gunnlaugus, ut jam antea commemoravimus, ex genere Bragii poëtæ (nro. 3) natus, familiam Gilsbakkensium, quæ secundum locum post Myramannos in Borgarfjordo Islandiæ tenuit, natalem sibi habuit, filius curionis Gilsbakkensis Illugi nigri. „De Gunnlaugo relatum est, eum omnibus animi corporisque viribus cito maturum fuisse, statura magnum et robustum ... insignem denique poëtam, sed plus justo mordacem, ideoque ormstúnga, i. e. vermilinguem cognominatum esse". Verum tamen aviæ ejus pater hoc cog-

---

[1]) Flateyjarb. II, 73; Fornm. s. V, 250—251.

[2]) Sagan af Gunnlaugi ormstúngu ok Skáld-Rafni. Hafn. 1775. 4to. — Íslendínga sögur (1817) II, 187—276. — Gunnlaugs saga ormstúngu ed. O. Rygh. Christianiæ 1862. — De chronologia vide Safn til sögu Ísl. I, 437—441.

nomen gesserat[1], cujus igitur et nomen et cognomen hæreditate accepisse magis crederemus. Natus est circa annum 983, educatus a Thorsteino, Egilis Skallagrimi filio, viro inter Borgarfjordenses principali, et 1001, octodecim annos natus, peregre profectus est, primumque Ericum dynastam Hakonis filium invisit, sed quum dynastam non leviter offendisset, aulam ejus relinquere cogebatur, et mox eodem autumno Angliam petiit, ubi eum Adalrado (Ethelred) rege diutius moratus est, deinde plures reges et principes invisit, et carminibus celebravit, donec anno 1005 in Islandiam reversus contentiones cum Hrafno poëta (nro. 21) iniit, qui ejus sponsam in matrimonium duxerat. In Islandia duello frustrati sequenti anno (1006) peregre profecti sunt, et 1008 in tesquis inter Norvegiam et Sveciam jacentibus certarunt. Gunnlaugus in ipso duello victor ab adversario insidiose vulneratus post aliquot dies occubuit, 25 annos natus. Carmina Gunnlaugi vermilinguis hæc nominare possumus:

1. Drápa um Aðalráð Englakonúng, carmen intercalatum in Adalradi Angliæ regis honorem anno 1001 vel 1002 compositum, metro collatato (*dróttkvætt*), cujus versus intercalaris servatus est, et formam carminis luculenter demonstrat:

Herr sèst allr hins örva
Englands, sem guðs, þengils,
ætt lýtr grams ok gumna
gunnbráðs Aðalráði[2].

Hujus carminis in Recensu nostro mentionem factam esse putamus sub nro. 226.

2. Drápa um Sigtrygg silkiskegg, Íra konúng, carmen intercalatum de rege Sigtryggo sericobarbo (*silkiskegg*) Hiberniæ rege (1002), cujus una et dimidia stropha super-

[1]) Landn. II, 2.

[2]) Gunnl. s. cap. 7.

est, præter duos versus strophæ intercalaris, metro homœoteleuto (*runhenda*) compositæ:

Elr sváru skæ
Sigtryggr við hræ [1].

Hi versus, qui dimidiam partem posteriorem semistrophæ intercalaris efficiunt, nobis exemplum præbent, metrum carminis illius et versus intercalares fere ad ipsissima verba carmen Egilis Skallagrimi filii ad Ericum sanguisecurim imitari, quod poëta apud educatorem suum, Thorsteinum Egilis filium de Borg, didicisse accipiendus est.

3. Flokkr um Sigurð Jarl Hlöðversson á Orkneyjum, carmen brevius non intercalatum de Sigurdo Hlödveris filio dynasta Orcadensi (æstate anni 1002) [2] de quo nunc nihil superesse novimus.

4. Flokkr um Sigurð Jarl í Skörum, carmen brevius non intercalatum de Sigurdo comite Skarensi in Gothia occidentali[3], ad quem visitandum autumno ejusdem anni (1002) ab Orcadibus per Konghellam orientem versus iter fecit, et per hiemem 1002—1003 apud eum commoratus est. Ad hoc carmen nulla fragmenta referri possunt.

5. Drápa um Ólaf sænska Svíakonúng, carmen intercalatum in honorem Olavi Sveciæ regis (1003)[4], de quo nunc nihil superest. Æmulus Gunnlaugi, Hrafnus poëta, de eo suum judicium coram Olavo rege his verbis prædicasse perhibetur: „Carmen bene quidem compositum est, tumidum magis quam lepidum, nec sine rigiditate, quemadmodum ipsius Gunnlaugi indoles se ostendit".

6. Kvæði um Eirík Jarl Hákonarson, carmen de Erico comite Hakonis filio auctori Recensus nostri

[1]) Gunnl. s. cap. 8.
[2]) Gunnl. s. cap. 8.
[3]) Gunnl. s. cap. 8.
[4]) Gunnl. saga cap. 9.

cognitum fuisse videtur (Nr. 171), cujus autem in Historia Gunnlaugi nulla mentio fit. Hoc carmen autumno anni 1005, quum Gunnlaugus in aula dynastæ morabatur, compositum esse potest, vel etiam hyeme ineunte anni 1007—1008, quum Hladis hospitio dynastæ usus est. Nihil hujus carminis ad nostra tempora servatum esse novimus.

7. Lausavísur, Strophæ singulares, non paucæ Gunnlaugo poëtæ attributæ, et ad annos 1001—1008 referendæ, in Historia ejus servatæ sunt, inter eas sex, sive fere dimidia pars, argumenti erotici (*mansaungr*), quarum una semistropha sub ejus nomine etiam in Edda Snorronis citatur [1], una vero fortasse rectius Kormako (nro. 53) tribuitur, nimirum hæc:

Brámáni skein brúna [2] . . .

quam igitur Gunnlaugus memoriter recitasse accipiendus esset. Ceterum ex strophis solitariis dimidia tantum in Norvegia, una integra in Anglia, altera in Gothia, plurimæ vero in Islandia 1005 et 1006, compositæ sunt. Metra, quæ in carminibus Gunnlaugi adhibentur, duplicis tantummodo generis sunt, nimirum metrum collatatum (*dróttkvætt*), et homœoteleuton (*runhent*).

21. HRAFN ÖNUNDARSON (cfr. nr. 172) ex Historia de Gunnlaugo ormstúnga (nro. 20) maxime cognitus est. Filius erat Önundi de Mosfell in tractu Kjalarnes sito, nunc Mosfell í Mosfellssveit, unius ex viris principalibus quadrantis australis Islandiæ. Matres Hrafni et Skaptii legiferi Thoroddi filii (nr. 64)[3] sorores erant. Æstate anni 1002 cum Hallfredo poëta contentionem habuit[4], deinde eodem autumno in Norvegiam navigavit, unde in Sveciam

[1]) Gunnl. saga cap. 11; cfr. Sn.-E. I, 410.

[2]) Gunnl. saga cap. 11; cfr. Korm. s. cap. 3, ed. A. Magn. pag. 14.

[3]) Landn. v, 8. Genealogica tabula Hrafni poëtæ ad calcem Gunnl. sag. ed. princ. pag. 315.

[4]) Gunnl. s. cap. 10; Hallfreðar s. in Fornsögur, pag. 113.

profectus, inter satellites Olavi Sveci, regis Upsaliensis, susceptus est. Hac hieme primæ inter eum et Gunnlaugum simultates ortæ sunt, quæ postea ita increverunt, ut paucis posthac annis se invicem occiderent (1008), sicut antea (nro. 20) dictum est.

Carmina, quæ Hrafno tribuuntur, hæc sunt:

1. Flokkr um Ólaf sænska, Svíakonúng, carmen brevius non intercalatum de Olavo Svecorum rege, cujus brevitatem ei objecit æmulus ejus Gunnlaugus, quasi tali modo honori regis aliquid detrahere voluisset, quum Gunnlaugus ipse carmen majus intercalatum in honorem regis composuisset. De carmine ipso nihil nunc superest, sed de ingenio ejus ex judicio æmuli quodam modo sententiam formare possumus. „Bene", inquit, „compositum est, forma venusta, quemadmodum ipsius Hrafni est, minore vultus virilitate".

2. Carmen de Erico comite Haconis filio exemplar nostrum Upsaliense solum commemorat, quod vero aliunde ignoramus.

3. Strophæ solitariæ, metro collatato, quarum tres in Historia Gunnlaugi vermilinguis conservatæ sunt, annis 1005 et 1006 compositæ; sed nulla dubitatio adesse potest, quin hic elegantissimus poëta multo plura poëmata ediderit.

22. ÓTTARR SVARTI (cfr. 25. 57. 197. 199. 232), Ottar niger, unus inter celeberrimos Islandorum poëtas (*höfutskáld*), ex Islandia australi oriundus fuisse videtur, familia populari quidem, sed ingenio et poëticæ artis gloria insigni, nam mater ejus filia erat poëtæ non ignobilis Thordi, Sigvaldaskáld dicti (nro. 223), avunculus vero Sighvatus poëta (nro. 24)[1], mareschallus et consiliarius intimus amicusque Olavi sancti Norvegiæ regis et filii ejus Magni boni. In juventute apud paganum

[1]) Hkr. Ólafs s. helga, cap. 41. 92.

quendam, Karlium nomine, commoratus, parvo cum successu rusticos labores exercere, majori vero amores sectari et versus fundere cœpit. Ex his temporibus (c. 1010 vel paulo antea) una stropha nobis servata est:

Hèðan sè ek reyk þann er rjúka[1]...

Non multo post juvenis peregre profectus est[2], et primum ad Olavum Sveciæ regem se contulit, ubi magno honore apud hunc regem non parum difficilem et elati animi habitus est, erat enim Ottar „sermone promtus et audax, viris principalibus semper gratus", quemadmodum Snorro Sturlæus testatur[3]; filiæ vero Olavi regis, Astridæ, posthac reginæ Norvegiæ, talem sibi gratiam conciliavit, ut carmen majus intercalatum in honorem ejus cecinerit, non minorem admirationem et fervorem poëticum spirans, quam quod zelum mariti postea moveret, et ad carmina amatoria (*mansaungvar*) relatum sit. Post mortem Olavi Svecorum regis primum ad Olavum regem Norvegiæ (1022) se contulit, quum per intercessionem avunculi sui Sighvati et carmen laudatorium conciliationem cum rege inierat; postquam vero paucos annos ibi se continuerat aulam Canuti potentis regis Daniæ postremo adiit (1027) ubi mortem oppetisse videtur.

Carmina Ottaris, quæ apud auctores nostros commemorantur, hæc sunt:

1. Drápa um Ólaf sænska, Svíakonúng, carmen intercalatum de Olavo, dicto Sveco, rege Svionum (nro. 22). Anno 1003, Gunnlaugo ormstúnga et Hrafno aulam Svecicam visitantibus, nulla Ottaris nigri mentio fit, sed anno 1017, quum Hjaltius Skeggii filius pacis componendi causa in Svecia moraretur, Ottar niger jam inter intimos regis ami-

---

[1]) Saga Ólafs helga (ed. 1849), cap. 62; et Fornm. s. v, 177 hanc stropham Sighvato avunculo ejus tribuunt, sed ex nostra quidem sententia minus recte.

[2]) Saga Ólafs helga (1849) cap. 60.

[3]) Hkr. Ólafs s. helga, cap. 71.

cos numeratur. Carmen igitur verosimiliter ad annum c. 1014 referendum erit, fragmenta autem ejus sola Snorronis Edda nobis servavit, sex integras semistrophas, metro semiapocopato dicto (*hálfhnept*)[1] facile distinctas. Harum primæ ad ipsum initium et primam partem carminis pertinent, ceteræ in certum ordinem referri non possunt.

1. Jöfurr heyri upphaf . . .
2. Þengill var þegar úngr . . .
3. Örn drekkr undarn . . .
4. Braut en hreki þaut . . .
5. Vísi tekr vígfreys[2] . . .

Metrum non minus quam argumentum nos certiores facit, illa fragmenta recte ad idem carmen referri, inprimis vero sexta semistropha, quam mox adferemus, luculenter demonstrat, hoc carmen Olavum Svionum regem laudare, nimirum:

Fold verr fólkhaldr,
fár má konúngr svá,
örnu reifir Óleifr,
er framr Svía gramr[3].

2. Mansaungsdrápa um Ástríði konúngsdóttur, Carmen amatorii generis de Astrida, ejusdem Olavi regis filia, postea regina Norvegiæ, anno 1016 vel circa compositum. Quæ de fatis hujus carminis traduntur, hæc nobis referenda esse videntur. Quum anno 1022[4] post mortem Olavi Sveciæ regis Norvegiam peteret, jussu Olavi regis Norvegiæ in carcerem conjectus est, quum carmine isto amatorio, de quo rex audierat, iram ejus in se contraxisset. Tum avunculus ejus Sighvatus poëta in carcere eum visitans, primum carmen illud suspiciosum sibi repetere, deinde versus illius ardentiores aut elidere aut mutare, et carmen de ipso rege laudatorium componere jussisse fertur, quod

---

[1]) cfr. Sn.-E. I, 694.

[2]) Sn.-E. I, 520. 518. 490. 501. 512.

[3]) Sn.-E. I, 472.

[4]) Hkr. Ól. helg. cap. 120.

triduo sub auspiciis Sighvati perfectum esse dicitur[1]. Duplex igitur editio hujus carminis exstitisse videtur, altera princeps, altera immutata, utraque vero nunc deperdita esse putatur.

3. Kvæði um Önund Svíakonúng, Carmen de Önundo Sveciæ rege, filio Olavi regis, quod intercalatum (*drápa*) necessario fuisse videtur, in Recensu nostro (nro. 25) commemoratur, aliunde ignotum. Neque tamen occasio defuit talis carminis componendi, non solum patre regnante, sed etiam post mortem ejus, antequam Norvegiam petierit, seu denique eo tempore, quo in Norvegia vixit, dum intima amicitia et fœdus inter Norvegiæ et Sveciæ reges mansit.

4. Höfuðlausn, drápa um Ólaf konúng, Carmen de Olavo sancto Norvegiæ rege „Capitis-redemptio" appellatum, in Recensu (nro. 57) allegari videtur. Hoc carmen, metro collatato, mox post adventum Ottaris in Norvegiam sub auspiciis avunculi ejus Sighvati, ut mox antea diximus, in carcere compositum fuit, quoad tempus autem Snorronis rationem sequimur, annum 1022 accipientes, et ipsis carminis reliquiis hanc sententiam firmantes, quum res usque ad annum 1021 gestas[2], nullas ultra hunc annum commemoret. Ex hoc carmine, cujus fides historica certissimo loco apud Sighvatum quærenda est, non pauca fragmenta in Historia Snorronis sunt conservata, quum Snorronem ei magnam auctoritatem tribuisse certum sit. Hue enim referimus sequentes strophas:

Hlýð manngöfigr minni
myrkhals, þvíat ek kann yrkja,
finnum yðr ok annann
allvaldr! konúng fallinn.

---

[1]) Ólafs saga hins helga brevior (ed. 1849), cap. 61; cfr. Fornm. s. v, 173—175.

[2]) „Engi varð á jörðu"... de Hjaltlandiæ et Insularum deditione 1021, Hkr. Ól. helg. cap. 108; Fagrsk. cap. 98; Ólafs s. brevior (1849), cap. 48; Orkn. saga cap. 5; Sn.-E. I, 526.

Þát tel ek grams ok gauta
glaðsístanda mistak
döglíngs verk at dýrka
dýrr þengill! mik lengi[1].

quæ prima stropha fuit carminis; deinde quindecim strophas, præter duas dimidias, quæ apud Snorronem servatæ sunt, et fere eodem ordine ac in ipso carmine recensentur[2]. Huc etiam pertinere videtur una semistropha, in Edda Snorronis servata:

Skárut sköfnu stýri[3] . . .

Incerta vero semistropha:

Góðmennis þarf ek gunnar[4] . . .

quam tamen ad proæmium hujus carminis pertinuisse putamus, quum similia exempla anadiploseos (*dunhenda*)[5] in ultimis versibus ceterarum stropharum carminis inveniantur. Non prætereundum hoc loco est testimonium Einaris Skulii filii, poëtæ celeberrimi seculi duodecimi (nro. 27), qui in carmine suo encomiastico de Olavo sancto rege Norvegiæ, Radio (*Geisli*) dicto, nomen Ottaris inter eos adfert, qui Olavum carminibus laudavissent[6].

5. Kvæði um Svein tjúguskegg, Danakonúng († 3/2 1014), Carmen de Svenone furcobarbo, rege Daniæ, ab Ottare nigro compositum, indicari videtur in Recensu nostro (nro. 197). Quum ex relationibus historicis certum esse videatur, Ottarem post pugnam Helgaensem (1027) prima vice in Daniam venisse, et tum regi Canuto plane ignotum fuisse, necesse erit accipere, tale carmen de Svenone rege,

[1]) Fornm. s. v, 174, cfr. Ólafs saga brevior (1849), cáp. 61.

[2]) Hkr. Ól. helg. cap. 4. 6. 12 (cfr. Sn.-E. II, 26; Fagrsk. cap. 86; Fornm. s. XI, 185). 13. 14. 18. 27. 28. 74. 108 (cfr. Fagrsk. cap. 98; Ól. helg. 1849, cap. 48; Orkn. saga cap. 5; Sn.-E. I, 526). Eædem strophæ in Fornm. s. IV, 39. 40. 42. 50. 53. 58. 66. 72. 151.

[3]) Sn.-E. I, 500.

[4]) Sn.-E. I, 406. 458.

[5]) Sn.-E. I, 634.

[6]) *Geisli str. 12, Fornm. s. v, 352.*

haud dubie inter majora carmina intercalata (drapas) referendum, parentale fuisse, rogatu Canuti regis a poëta celeberrimi nominis in honorem patris ejus compositum, cujus tamen nullæ reliquiæ ad nostra tempora venisse probantur[1].

6. **Knútsdrápa**, Carmen majus intercalatum metro collatato (*dróttkvætt*) de Canuto potente Daniæ et Angliæ rege, cujus mentionem fieri in Recensu nostro (nro. 199) credibile est. De adventu Ottaris in Daniam relatio non sine poëtico quodam ornatu in Historia breviori de Olavo Sancto (ed. 1849) memoriæ tradita est. Poëta nimirum ex Svecia adveniens aulam Canuti regis petiit et a rege, ex cantu vespertino revertente, conspectus est. Tum rex aulam intrans: „vidi", inquit, „hominem, quem in hac terra non oriundum esse crederem, poëtam esse opinor, neque alterum virum ei præferrem, si ad duellum adjutor mihi quærendus esset, neque tamen ei soli cum uxore mea versari concrederem". Mox Ottar aulam ingressus regem his versibus salutavit:

Svá skal kveðja
konúng Dana,
Íra ok Engla
ok Eybúa:
at hans fari
með himinkröptum
löndum öllum
lof víðara.

rogavitque, ut carmen, quod de eo composuisset, audire vellet, cui annuit rex et sequente die cœtum publicum convocari jussit, ubi poëta carmen suum magno cum applausu decantavit. Rex carmen laudavit et pileum suum Gardicum (Russicum), pretioso ornatu et globulis aureis instructum, capite demtum thesaurario suo tradidit, eundemque argento in apicem usque impleri et poëtæ dari jussit. Hic supra humeros alterius hominis brachia pro-

[1]) Erravit certe Halfd. Einari (Sciagr. pag. 46) dicens: Ottarem „sub Svenone barbæ furcatæ" carmina composuisse de Canuto et Olavo sancto.

tendens, turba multitudinis pressus apicem argenti pileo supereminentem quassatum in pavimentum delabi vidit, et colligere coepit. „Desine", rex inquit, „hæc non tua sunt, sed pauperum, tibi enim non deerit pecunia". Posthac Ottar satelles factus cum Canuto rege moratus est.

Ex mente auctoris, qui hanc relationem nobis reliquit, Ottar primum in Dania fuit, deinde in Norvegiam ad Olavum regem se contulit; sed nos, non solum auctoritate Snorronis Sturlæi fidentes, sed etiam fragmenta carminis, quæ supersunt, considerantes, ubi prælium Helgaense (1027) commemoratum et Canutum regem pressorem Svecorum (*Svía þröngvir*) appellatum invenimus, Ottarem ex Norvegia in Daniam ipso anno 1027 vel paulo postea venisse, et tum carmen cecinisse accipimus. Fragmenta vero carminis de Canuto, quæ nobis servata sunt, plurima in Knytlínga saga, unum apud Snorronem inveniuntur, et in totum, prout nobis quidem cognitum est, decem strophas efficiunt. Hæc vero stropha carminis, prælium Helgaense tractans, maxime laudatur:

Svíum hneyktir þú, sókna
siklíngr örr! en mikla
ylgr þars áin helga
úlfs beitu fèkk, heitir.
Hèltu, þars hrafnè svalta,
hvatráðr ertu, láði
ógnar stafr! fur jöfrum
ýgr tveim við kyn heima[1].

7. Kvæði um Guðbrand í Dölum, Carmen de Gudbrando Dalensi secundum Recensum poëtarum (nro. 232) exstitisse videtur, neque dubitari potest, quin in hac re de magnate Norvegico Gudbrando Dalensi (vulgo *Dala-Guðbrandr*), Olavi sancti Norvegiæ regis coævo, sermo sit.

---

[1]) Knytlínga s. cap. 8. 10. 12. 13. (Fornm. s. xi, 186—189. 191. 194—197); Hkr. Ól. helg. cap. 160 (Ól. helg. brevior 1849, cap. 66; Fagrskinna cap. 100; Sn.-E. i, 416. 474).

Si autem de tempore disputetur, quo hoc carmen, haud dubie ut mos ferebat brevius et non intercalatum (*flokkr*), compositum sit, duo termini se præbent, nimirum aut annus, quo Ottar primum ex Islandia in Sveciam profectus est (c. 1014), quum in itinere per Norvegiam Gudbrandi Dalensis hospitalitate fruitus esse potuit; aut anni 1022—1026, dum in Norvegia commoratus est. Quanti nominis fuerit Gudbrandus Dalensis ex carmine Sighvati de Erlingo comite discimus, quum solum Gudbrandum (inter magnates Norvegos) ei æquari posse dicat[1]. Ceterum nihil de hoc carmine superesse videtur.

8. Lausavísur, strophæ solitariæ, quæ apud auctores Ottari tribuuntur, non multæ sunt. Duas antea attulimus, unam ex juventute (c. 1010), alteram salutationem, qua Canutum potentem Daniæ regem appellasse dicitur (1027); tertia de annis 1022—1026 in historiis de Olavo sancto laudatur, de nuncibus a rege missis[2]; quartam, de acervo gladiorum erectorum, quæ a nonnullis Ottari, aliis Sighvato, aliis Bersio Torvæ filio tribuitur:

Sverð standa hèr sunda[3] . . .

nos cum Snorrone Sighvato dedimus, quum etiam post discessum Ottaris de aula Olavi regis hæc stropha composita esse videatur.

23. GIZURR SVARTI (cfr. 62), Gizurr niger poëta, idem est qui aliis locis *gullbrá*, vel *Gullbrárskáld*, vel *Gullbrárfóstri* (aureum supercilium, Gullbraæ-poëta vel Gullbraæ-alumnus) appellatur[4]. Quum et Hjaltio Skeggii filio Arnesensi familiaris fuerit[5], et Refi poëtæ Hofgardensis

---

[1]) Hkr. Ól. helg. cap. 118.

[2]) Ól. helg. Fornm. s. v, 176; Ól. helg. brevior (1849), cap. 62.

[3]) Hkr. Ól. helg. cap. 172, cfr. Fornm. s. IV, 378; v, 233; Ól. helga brevior (1849), cap. 62.

[4]) Hkr. Ól. helg. cap. 218. 239, cfr. Ól. helg. brevior (1849), cap. 85. 90. — Diversos putat Halfd. Einari in Sciagr. Hist. Lit. Isl. p. 43.

[5]) Hkr. Ól. helg. cap. 69.

de tribu Staðarsveit Snæfellensi educator et magister vocatus sit, haudquaquam dubitandum erit, eum aut Arnesensem aut potius Snæfellensem fuisse. Cognomen recte *Gullbrárskáld* (Gullbraæ-poëta) dici videtur, quum verosimiliter puellam quandam formosam, propter colorem superciliorum *gullbrá* (supercilium aureum) dictam, aliquando carmine laudaverit, de quo tamen nobis nihil constat. Simile tantummodo exemplum afferre possumus de Thormodo Kolbrunæ-poëta (nro. 61), qui ex carmine de puella (kolbrún, supercilium carbonarium, i. e. nigris superciliis) encomiastico vel amatorio cognomen adeptus est. — De vita Gizuris hæc tantum nota sunt, quod anno 1017 cum Ottare nigro (22) in aula Olavi Sveciæ regis versabatur, deinde cum Olavo sancto rege Norvegiæ prælio Stiklastadensi cum ceteris poëtis interfuit, ibique non parvis fortitudinis speciminibus editis occubuit (1030)[1]. Post mortem ejus Refus Hofgardensis (63), egregius poëta, cujus educator et artis poëticæ magister Gizur fuerat[2], carmen encomiasticum in ejus memoriam composuit.

Carmina Gizuri nigro attributa hæc sunt:

1. Kvæði um Ólaf sænska, Svíakonúng, Carmen de Olavo Sveco, rege Svionum, quod in Recensu nostro sub hoc numero innui videtur. Hujus carminis, quod certe inter majora intercalata referri debet, unam semistropham metri collatati, eamque ut nos putamus ipsos versus intercalares (*stef*) continentem, nobis servavit Edda Snorronis:

Fylkir gleðr í fólki
flakk ok svan Hlakkar;
Ólafr of viðr elum
Yggs gögl fegin Sköglar[3].

---

[1]) Hkr. Ól. helg. cap. 218 sequ., cfr. supra pag. 223.

[2]) vide supra pag. 209.

[3]) Sn.-E. I, 512.

2. Kvæði um Ólaf helga, Noregskonúng, Carmen de Olavo sancto, rege Norvegiæ, quod in Recensu nostro (sub nro. 62) verosimiliter indigitatur, nunc inter deperdita esset, nisi forte alicui semistropha jam allata ad hoc carmen aptius referenda esse videatur.

3. Stropha unica tantum ante prælium Stiklastadense composita in Historia Olavi sancti regis servata est:
Skala úglaðan æva[1] . . .

4. Carmen de Olavo Tryggvii filio, rege Norvegiæ, quod codex Upsaliensis Gizuri Gullbraæ-poëtæ tribuit, nullo fundamento nititur, sed ex sequentibus errore librarii irrepsisse videtur[2].

24. SIGHVATR SKÁLD ÞÓRÐARSON (cfr. 56. 66. 198. 231. 233). Sighvatus poëta Thordi filius, maximi fere nominis et auctoritatis inter antiquiores poëtas, patrem habuit Thordum, *Sigvaldaskáld* (Sigvaldi poëtam) dictum (nro. 223). Natus fuit c. annum 995, et apud colonum quendam Thorketillum nomine, Apavatni in tractu Grimsnes et tribu Arnesensi habitantem, educatus fuit, donec fere adultæ ætatis cum mercatoribus peregre profectus est, et patrem suum, eo tempore ut videtur in Thrandheimia habitantem, petiit. Quod eodem anno, tempore autumnali, accidit (1014), quo Olavus rex Norvegiam primum ingressus regnum sibi occupare cœpit. Sighvatus, qui jam adolescens venam poëticam mirabili quodam modo adeptus esse traditur[3], carmen in honorem regis componere et ei insinuare non neglexit, quo facto in satellitium regis receptus, paulatim tam intimam ejus amicitiam et familiaritatem sibi conciliavit, eandemque tali fide, prudentia et animi

[1]) Hkr. Ól. helg. cap. 218; Fornm. s. v, 56—57; Ól. helg. (1849), cap. 91 Thormodo hanc stropham attribuit.

[2]) vide supra pag. 261, 274 not. 1.

[3]) Fornm. s. v, 232—33.

constantia meruit,[1] ut inter omnes regis amicos fere nemo priorem locum teneret. Quæ intima amicitia et fides deinde in viduam et filium regis transiit, ut jure dici possit, filium et postea successorem Magnum regem amorem subditorum et Boni cognomen Sighvato acceptum ferre. Tempore Olavi regis plures principes confinium terrarum poëta visitavit, interdum a rege missus, interdum sibi oblectationem quærens. Sic v. c. apud Rögnvaldum Gothiæ comitem, Önundum Sveciæ regem et Canutum potentem, regem Daniæ et Angliæ, commoratus est. Horum principum laudes carminibus evexit, honorem et dona pretiosa, quæ magni fecisse videtur, præmio reportans. Præterea Rothomagum et paulo postea Romam itinera fecisse dicitur, quo ultimo durante clades Stiklastadensis eum maximo et indelibili dolore affecit. Vixit certe usque ad annum 1043, vel etiam secundum alios usque ad annum 1047[2], et in Selia insula mortuus deinde Nidarosiam translatus et in ecclesia cathedrali sepultus esse dicitur[3]. De vultu Sighvati poëtæ hoc tantum nobis traditum est, quod ipse se dicat nigris oculis fuisse[4], de arte ejus poëtica hæc Snorro: „Sighvatus, quum soluta oratione loqueretur, minus expeditus ad dicendum fuit, carmina vero tam facile panxit, ut ore rotundo versus funderet, non aliter ac si sermones quotidianos conferret"[5]; haud igitur mirandum esset, quamvis dictionis ejus genus apud coævos non semper tam tersum et expolitum judicatum sit, quemad-

---

1) satis est unum exemplum de anno 1018, quum Hrærekus rex effugeret, alterum de anno 1024, quum filius regis Magnus natus esset, in memoriam revocare. Hkr. Ól. helg. cap. 84. 131.

2) Munch I. 3, 164; de quo tamen merito dubitari potest, quum de præliis Magni regis in Dania commissis ne unam quidem stropham Sighvato attributam inveniamus.

3) Fornm. s. v, 210—11; Flateyjarb. II, 391.

4) Hkr. Ól. helg. cap. 92.

5) Hkr. Ól. helg. cap. 170.

modum poëtæ tam eminenti convenire videretur[1]. Carmina vero, quæ ad nostra tempora sub Sighvati nomine pervenerunt, hæc commemorantur:

1. Kvæði um Ólaf helga, carmen de Olavo sancto, rege Norvegiæ, quod anno 1014, brevi post adventum Olavi in Norvegiam, composuit, ante quam in satellitium receptus est. Hoc carmen a Snorrone laudari putamus, quum „Carmen de Olavo sancto, prælia ejus enumerans", appellat[2]. Ex hoc carmine tredecim integræ strophæ metro collatato, præter unam semistropham, supersunt, singula stropha singulum prælium tractante, quum tamen secundum Fagrskinnam septemdecim prælia enumerata sint, in epicedio Sighvati rex viginti pugnas commisisse dicatur; huc etiam referri putamus stropham de captura Hakonis comitis in freto Sandungensi[3], quæ tum novissima fuit rerum gestarum Olavi regis. Ceterum hoc carmen non intercalatum fuisse videtur, neque unquam „drápa" sive „Ólafsdrápa" appellatur, quare rectius ad carmina breviora non intercalata (*flokkar*) referendum esse videtur.

2. Nesja vísur, carmen de prælio Nesiaco, inter Olavum regem et Svenonem comitem Hakonis filium, vere anni 1015 pugnato, cui Sighvatus interfuit. Carmen hoc metro collatato eadem æstate composuit, quod etiam inter minora carmina non intercalata numeratur[4]. Primum versum laudat Olavus albuspoëta[5], integramque stropham primam adfert Fagrskinna:

---

[1]) Fornm. s. v, 209.

[2]) Hkr. Ól. helg. cap. 5.

[3]) Hkr. Ól. helg. cap. 5. 7. 8. 9. 10. 12. 13. 14. 15. 16. 18. 28; cfr. Fornm. s. iv, 41—59, 73; Fagrsk. cap. 86; Ól. helg. (1849), cap. 10. 12.

[4]) Sighvatr skáld var þar í orrustu, hann orti þegar um sumarit eptir orrostuna flokk þann, er Nesjavísur eru kallaðar, Hkr. Ól. helg. c. 47.

[5]) Sn.-E. ii, 120.

Fór or Vík á vári
válaust konúngr austan,
þeir knúðu blá báðir
borð, en jarl kom norðan.
Kann ek sigrviðum segja
sunds, hve þeirra fundir
ærin skil þeim er órum
at bárusk þar váru[1].

Tum præterea septem integræ strophæ et una dimidia apud Snorronem inveniuntur[2], et denique una integra stropha, et quatuor semistrophæ, quæ diversis locis occurrunt, ad hoc carmen referri posse videntur, nimirum:

Fèkk meira lið miklu . . .
Nè hæfilig hreifa . . . .
Hirð Ólafs vann barða . .
Þat frá ek víg á vatni . .
Þági vas sem þessum[3] . . .

Stropha autem:

Frýr eigi oss í ári . . . .

quam Fagrskinna huc referre videtur, secundum Snorronem non ad hoc carmen, sed ad minorem cyclum trium stropharum, quas prius eadem æstate et statim post prælium Nesiacum cecinit Sighvatus[4].

3. Austrfarar vísur, strophæ de itinere orientali, quo nomine cyclus quidam stropharum, quas Sighvatus in itinere ad Rögnvaldum comitem Ulfi filium, Gothiæ comitem, hieme anni 1018—1019 una et altera occasione cecinerat. Tales strophæ undeviginti apud Snorronem uno loco, quinque altero inveniuntur, de quibus partim dubitari possit, numquid ad hunc cyclum an ad strophas

[1]) Sighvatr hefr svâ Nesja vísur, Fagrsk. cap. 93, pag. 75.

[2]) Hkr. Ól. helg. cap. 47. 48; Fornm. s. iv, 97—101; Fagrsk. l. c.; Ól. helg. (1849), cap. 27.

[3]) Ól. helg. (1849), cap. 26; Fagrsk. pag. 76; Sn.-E. i, 458.

[4]) Fagrsk. pag. 76; cfr. Hkr. Ól. helg. cap. 50; Fornm. s. iv, 103—105.

diversas solitarias pertineant, partim tamen certissime ad hunc cyclum sunt referendæ [1].

4. Kvæði um Ólaf helga, Noregskonúng, Carmen de Olavo sancto, rege Norvegiæ. De hoc carmine in Historia Haraldi severi [2] commemoratur, Sighvatum poëtam regi convivio cuidam adsidenti carmen, quod cecinerat, obtulisse, quod quum finitum esset magnis laudibus efferebatur. Hæc relatio non in primum carmen Sighvati, sub nro. 1 mox antea allatum quadrare, sed novum aliquid indicare videtur, et si de tempore inquirendum esset, anni 1020—1023 sese sponte offerunt. Ad hoc carmen referimus strophas, metro collatato ut pleraque Sighvati carmina compositas:

1. Tólf frá ek tekna elfar . . .
2. Upplönd fékk til enda [3] . . .

quarum utraque res anno 1017 gestas tractat.

5. Kvæði um Ívar hvíta, Carmen de Ivare albo, præfecto Uplandensi in Norvegia, Hakonis dynastæ potentis ex filia nepote. Hoc carmen non multo post carmen de Olavo rege, mox antea sub nro. 4 memoratum, compositum est, et ab ipso poëta recitatum, neque dubitari potest, auctorem Recensus nostri hoc ipsum carmen sub nro. 233 indigitare. Una stropha, qua poëta auditum Ivaris sibi occupavit:

Eigi sátuð ítrum [4] . . . .

---

[1]) Hkr. Ól. helg. cap. 92. 70; Fornm. s. IV, 185—193. 135—136; Fagrsk. cap. 96, pag. 78. cfr. Munch. Hist. Norv. I. 2, 548 not., de quo hoc tantum observandum est, stropham de Björno mareschallo ad hunc cyclum ea de causa relatam esse posse, quod aliquando Sighvatum socium itineris sibi jungere optaverit, quamvis iter Sighvati, aliquot postea mensibus suscepta, non Upsaliam sed Skaras tantum attigerit.

[2]) Fornm. s. VI, 286—287.

[3]) Hkr. Ól. helg. cap. 57; Fornm. s. V, 170.

[4]) Fornm. s. VI, 288.

in Historia de Haraldo severo nobis servata est, sed ipsum carmen de Ivare, haud dubie ad carmina breviora non intercalata (*flokkar*) pertinens, nunc inter deperdita habendum erit.

6. Vestrfarar vísur, strophæ seu cyclus stropharum de itinere occidentali, anno 1026 et 1027 Rothomagum usque suscepto, de quo Snorro: „Sighvatus ea æstate Rothomago Galliæ ex occidente in Angliam pervenit, et cum eo vir quidam, Bergus nomine .... Sighvatus carmen brevius non intercalatum (*flokk*), *Vestrfarar-vísur* dictum, composuit, cujus hoc initium est:

Bergr, höfum minnzt hve margan
morgin Rúðuborgar
börð lèt ek í för fyrða
fest við arm hinn vestra".

Ad hunc cyclum tres præterea strophæ referendæ sunt, quæ eodem fere loco a Snorrone citantur, nisi hæ magis ad diversarum stropharum collectionem pertineant [1].

7. Flokkr um fall Erlíngs Skjálgssonar, carmen brevius non intercalatum de obitu Erlingi Skjalgi filii, metro collatato, quod etiam in Recensu nostro sub nro. 231 indicatur.

Hujus carminis nonnulla fragmenta adhuc servata sunt, decem integras strophas complectentia [2]. Præterea una stropha solitaria invenitur, quæ ipsum Erlingum compellat, ideoque 1028 vel antea composita est:

Einn vissa ek þèr annann [3] . . .

---

[1]) Hkr. Ól. helg. cap. 156; Fornm. s. iv, 352—353; Fagrsk. cap. 103.

[2]) Hkr. Ól. helg. cap. 21 (Fornm. s. iii, 16—17; iv, 69—70); cap. 186 (Fornm. s. v, 11—16; Ól. helg. 1849, cap. 69; Fagrsk. cap. 106); Fornm. s. v, 235.

[3]) Hkr. Ol. helg. cap. 118; Fornm. s. iv, 241; relatio, quæ in Ól. helg. (1849) cap. 69 invenitur, nimirum hanc stropham quum Erlingi mortem audiret cecinisse, ipsa compellatione refellitur.

Carmen autem ipsum ad annum 1029 referendum est, ante quam auctor iter suum Romam susciperet.

8. Kvæði um Önund Svíakonúng, carmen de Önundo Sveciæ rege (1022—1050), quod sub hoc nro. (24) indicari videtur, ceterum plane incognitum est. Tempus autem, quo hoc carmen compositum sit, verosimiliter ad annum 1031 determinari debet, quo nimirum anno ex Romano itinere reversus post mortem Olavi sancti regis aulam regis Sveciæ frequentavit Sighvatus poëta[1], ubi ad annum usque 1035 commoratus est.

9. Kvæði um Ástríði drottníngu, carmen encomiasticum de Astrida regina. Certe nusquam tale „carmen" expressis verbis nominatur, sed tres strophæ Sighvati, apud Snorronem conservatæ[2], vix possunt nisi pro sectione carminis accipi, quod inprimis hoc versu:

orð geri ek drós til dýrðar,

indicari videtur. Argumentum vero stropharum tempus post reditum Astridæ in Norvegiam indigitat, verosimiliter annum 1036 sive 1037.

10. Knútsdrápa, erfidrápa eptir Knút hinn ríka Danakonúng, carmen de Canuto potente, rege Daniæ, encomiasticum, post mortem ejus compositum, verosimiliter anno 1036. Hoc carmen quoad structuram metricam carmen Thorarini encomiastæ (*loftúnga* — propr. lingua laudatoria, vide sub nro. 200) imitatur, et ad genus metricum quod productum dicitur (*togdrápa*) refertur. Hæc vero metri denominatio inde deducta est, quod duo versus, qui intercalarem stropham efficiunt, et conjuncti unam sententiam formant, ita in carmine distracti sunt et dispositi, ut alter versus intervallum intercalare (*stefjamel*) incipiat, alter finiat, quisquis sit numerus stropharum in intervallo positarum, qui tamen septem stropharum numerum vix

[1] Hkr. Magn. góð. cap. 9.

[2] Hkr. Magn. góð. cap. 1.

excedere potuit, quo fit, si quinque strophas intervalli v. c. literis *a*—*e* signemus, ut primus versus strophæ *a* cum octavo vel ultimo versu strophæ *e* cohæreat et unam sententiam efficiat. Versus autem intercalares in carmine Sighvati Knútsdrápa hi fuerunt:

Knútr var und himnum
höfuðfremstr jöfurr.

Exemplum vero integri intervalli (*stefjamel*) hujus carminis in Fagrskinna [1] datum esse videtur, ex quo concludi potest, quodcunque intervallum quatuor strophis comprehendi. Ceterum novem solum integræ strophæ hujus carminis apud auctores servatæ sunt [2], præter ea, quæ ex carminis relationibus dari dicunt, non addito stropharum testamento [3].

11. Bersöglis vísur, proprie strophæ nudam veritatem dicentes, carmen Sighvati parrhesiasticum ad Magnum regem, Bonum postea dictum, quo promissa et officia, quæ regno et populo deberet, et exempla prædecessorum, ingenue et libere regi explicat, quod quidem tanto cum successu factum esse traditur, ut rex posthac totam regnandi rationem mutaverit et optimum quodque consilium sectaverit. Hoc verosimiliter carmen nro. 66 Recensus nostri indicatur, quum Sighvatus inter eos numeretur, qui carmina de Magno rege composuerit; anno autem 1038 compositum est, et ad carmina breviora non intercalata refertur, metro collatato. Hujus carminis maxima ut videtur pars ad

---

1) Fagrsk. cap. 100, pag. 80—81.

2) Hkr. Ól. helg. cap. 24. 155. 157. 159 (Fornm. s. IV, 63, 351. 354. 358—360; XI, 200; Ól. helg. 1849, cap. 64. 66; Fagrsk. cap. 100; Forn. s. Norðrl. I, 354); Fagrsk. cap. 117 (Knytl. cap. 17: Fornm. s. XI, 202).

3) v. c. de dono Önundi Sveciæ regis. Hkr. Magn. góð. cap. 9, quod magni momenti est, quum ipsa fragmenta carminis nihil rerum post annum 1027 gestarum commemorent.

nostra tempora pervenit, nimirum septemdecem integræ strophæ[1], quum vix plures quam viginti strophas habuerit.

12. Erfidrápa eptir Ólaf helga, epicedium de Olavo sancto, cujus apud auctores mentio magnas difficultates præbuit. Snorro primum: „Svâ segir Sighvatr skáld í erfidrápu þeirri, er hann orti um Ólaf konúng, ok stælti eptir uppreistarsögu"[2]. — Auctor historiæ Olavi regis, quæ in collectione, Fornmanna sögur dicta, edita est, fereque eodem modo is, qui historiam Olavi regis in codice Flateyensi (*Flateyjarbók*) asservatam scripsit, ita: „Sighvatr orti erfidrápu um enn helga Ólaf konúng, ok ætlaði at stæla eptir sögu Sigurðar Fafnisbana . . . Sighvatr sneri þá drápunni, ok stælti eptir uppreistar sögu"[3]. Uterque in eo præterea consentit, hoc carmen Sighvati ultimum esse, et brevi ante mortem a poëta in formam redactum. Si lectionem „uppreistarsögu" tenemus, non interpretandum est de „historia seditionis" cujusdam, sed de „historia exaltationis v. gloriæ", i. e. resurrectionis Christi[4]. Deinde hoc loco tenendum est, verbum *stæla* sensu peculiari poëtico hic sumendum esse, non sensu vulgari, de imitatione; *stál* vero apud poëtas significat parembolen, et *stæla* parembolen strophæ vel versui vel carmini inserere[5]. Hic igitur Sighvatus primum parembolen, nimirum aut strophas intercalares carminis, aut sententias quasdam, certis strophis

---

[1]) Hkr. Magn. góð. Cap. 17 (Fornm. s. v, 128—131; vi, 39—44; x, 402; Fagrsk. cap. 131; Sn.-E. ii, 176); — Fornm. s. vi, 38—44 (ubi præter decem ex Snorrone notas septem novæ strophæ occurrunt).

[2]) Hkr. Ól. helg. cap. 221; Fornm. s. v, 64.

[3]) Fornm. s. v, 210, ubi legitur „uppreistar drápu", quam pravam esse lectionem putamus; cfr. Flateyjarbók ii, 394.

[4]) sic etiam Sveinb. Egilss. in Scr. Hist. Isl. v, 211 interpretatus est, nisi quod lectionem „uppreistardrápa" sequitur, et „poëma de resurrectione" vertit; cfr. Lex. poët. v. uppreist. Alii fortasse carmen Hallfredi, *Uppreistardrápa* dictum, in memoriam revocarunt, et Sighvatum hoc carmen imitatum esse putarunt.

[5]) Sn.-E. i, 618—619; cfr. Lex. poët. v. *stál* et *stæla*.

interjectas[1], ex historia Sigurdi Fafnerieidæ, seu more antiquiorum poëtarum ex vetustis ethnicismi memoriis desumere proposuit, deinde vero — ipsius Olavi regis ut ferunt nutu commotus — propositum mutavit, et intercalationes carminis ex historia resurrectionis Christi, seu ex vetustissimis christianismi memoriis nunc desumsit. Si ita intelligimus, omnia bene procedunt, et Sighvatus poëta hoc carmine unum inter plurima nobis exemplum dedit, quomodo ethnicismi mores forma tantum non re mutati in christianum ritum sæpius transierunt. Fuit igitur hoc epicedium inter carmina gravissima sui temporis, atque sententiis vel versibus intercalatis ex historia sacra, de resurrectione Christi desumtis, instructum et ornatum. De ipso Olavo rege inprimis virtutes ejus regias et militares, seditionem et prælium Stiklastadense, militum principalium regiorum laudes, mortem regis, et deinde miracula nonnulla et sanctitatis insignia pertractasse videtur; quum vero fragmenta, quæ ad hoc carmen recte referantur, non tam certa sint, ut omne dubium amoveri possit, nos hic primum versum stropharum et semistropharum, quas huc pertinuisse accipimus, etsi invicem non ordinatas, apponamus:

1. Ólmr erumk harmr er hilmir . . .
2. Vítt varð fold und fótum . . . .
3. Fór í fylkíng þeira ($^1/_2$ . . .
4. Mest frá ek merkjum næstan ($^1/_2$ . . .
5. Geirs hykk grimmligt væri . . .
6. Rauð í rekka blóði . .
7. Undr láta þat ýtar . .
8. Mildr fann gerst, hve galdrar . . .
9. Þollr dylr saðrar snilli . . .
10. Gull buðu opt, þeir er ollu . .
11. Fæddi mest sá er meiddi . .
12. Vissi helzt þat er hvössum . .

[1]) Exemplum videmus apud Snorronem Háttatal str. 13, et in carminibus Kormaki et Ulfi Uggasonii, v. c. Sn.-E. 1, 236. 238.

13. Þórð frá ek þat sinn herða . .
14. Öld vann Ólafr fellda . . . .
15. Björn frá ek auk af örnum . .
16. Hörð er, sízt hermenn firðu . .
17. Áðr vitu eigi, meiðar . . .
18. Ólafr rèð et öfra . . .
19. Sumir trúðu á guð gumnar . .
20. Lát auman nú njóta (1/2 . .
21. Dánar drottni mínum (1/4 . . .
22. Ekl vara ógn á Stiklar (1/4 . .
23. Drottinn, hjálp þú þeim er dóttur . . .
24. Lýngs bar fiskr til fengjar
25. Lýg ek, nema Ólafr eigi . . .[1]

Quæ fragmenta viginti strophas integras æquant, vel eir eiter tertiam earminis partem, si sexaginta strophis eonstetisse aeeipiatur.

13. Fragmentum unius semistrophæ, in Edda Snorronis asservatum:

Endr rèð engla senda
Jórdanar gramr fjóra,
fors þó hann á hersi
helagt skopt, or lopti [2].

ubi sermo esse videtur de viro quodam, a quatuor angelis de eœlo per Christi mandatum demissis baptizato, eujus deinde caput sanetum appellatur. Hi versus, qui in nul-

---

1) Hkr. Ól. helg. cap. 236. 238—240. 192. 224. 225. 248. 259. 260 (Fornm. s. v, 76. 78—82. 26—27. 64—65. 84. 94. 114. 107; Sn.-E. ii, 497); Fornm. s. v, 177; Ól. helg. 1849 cap. 62; Sn.-E. i, 514. 528; ii, 140. 176. — Versus 20 alio loco ad Bersöglisvísur relati (i, 528 not. 10), eerte ad hoc carmen reetius pertinent, poëta regem sanctum invoeante, ut populum regni legibus ab eo datis frui permittat, quod nullo modo in Bersöglisvísur, sed apte in epicedium quadrat; — Stropha 23, quæ vivo Olavo rege concinnata fuisse dicitur (Fornm. s. v, 177), eerte post mortem regis composita est.

2) Sn.-E. i, 450

lum aliud carmen Sighvati nobis cognitum quadrant, verosimillime ad carmen de Sancto quodam pertinent, de quo nihil nobis relictum est.

14. Strophæ diversi generis solitariæ (lausavísur), quæ Sighvato poëtæ tribuuntur, non paucæ apud auctores occurrunt. Harum prima ad juventutem ejus, vel circa annum 1008, refertur:

Fiskr gekk oss at óskum[1] . . .

Tum tres strophæ de anno 1014, quum primum in Norvegiam venit, et Olavum regem convenit[2]. — Tres iterum de vere anni 1015, statim post pugnam Nesiacam (vide supra 2)[3]. — Duæ strophæ in aula Canuti potentis, regis Daniæ[4]. — Octo strophæ et duæ semistrophæ in aula Olavi sancti Norvegiæ regis, quas Sighvatus fere omnes post reditum suum ex Anglia 1027 et 1028 cecinit:

Loptbyggvir máttu leggja ($^1/_2$ . . .
Þraungvist èr um úngan . .
Heim erum híngat komnir . .
Knútr spurði mik mætra . .
Eið láta þú ýta . . .
Fjandr gánga þar þengils . . .
Kaup varð daprt þar er djúpan ($^1/_2$ . .
Gerðust hilmis Hörða . . .
Sverð standa þar sunda . .
Út býðr allvaldr sveitum . . .
Flýja getr en frýju . . .

---

[1]) Fornm. s. IV, 89; V, 233. Stropham: „Hèðan sè ek reyk er rjúka" (Fornm. s. V, 177) ad Ottarem nigrum poëtam antea retulimus (nr. 22).

[2]) Hkr. Ól. helg. cap. 41; Fornm. s. IV, 90—91.

[3]) Hkr. Ól. helg. cap. 50; Fornm. s. IV, 104—105; cfr. Fagrsk. pag. 76.

[4]) Hkr. Ól. helg. cap. 140; Knytl. cap. 19: Fornm. s. IV, 292—293; XI, 204—205.

Sendi mèr hinn mæri [1] . . .

Novem strophæ post iter Romanum compositæ:

1030: Rúms lèt ek, ok hèlt heiman . .
Stóð ek á mont ok minntumst . . .
Fúss læzt maðr, er missir . . .
Munu þeir er mestar skynjar . .
Hrafna sè ek til hafnar . . .
Geng ek um þvert frá þengils
Hafa láti mik heitan . . .
Há þóttu mèr hlægja . . .

1031: Enn lystir mik austan [2] . . .

Postquam Magno, filio Olavi regis, se associaverat, has quinque strophas et unam semistropham invenimus:

1035. Heim sóttir þú hættinn . . .
Minn hug segik mönnum . .
Alfífu mun æfi . .

c. 1037. Ástríði lát þú æðri ($^1/_2$ . .

c. 1038. Gört er þeim, er gott bar hjarta . .
Oss dugir Ólafs messu [3] . .

Ultimam vero hanc stropham cecinisse dicitur (1043?):
Seinn þykki mèr sunnan [4] . .

Præter hæc carmina, jam recensita, etiam Sighvato a nonnullis auctoribus tribuuntur:

a) Carmen de Olavo Tryggvii filio, rege Norvegiæ, in Recensu codicis Upsaliensis [5], quod quum auctoritate codicis Academici non firmetur, nec apud ceteros auctores commemoretur, inter opera Sighvati delendum esse putamus.

---

[1]) Hkr. Ól. helg. cap. 56. 151. 170—172. 178; Fornm. s. IV, 109. 374. 375—378; v, 1—2. (233). Fornm. s. IV, 375 not.; v, 176 (Ól. helg. 1849, cap. 62). 180.

[2]) Hkr. Magn. góð. cap. 9; Fornm. s. v, 121—123. 209—210. 219; Sn.-E. II, 138.

[3]) Hkr. Magn. góð. cap. 10—11; Fornm. s. v, 120—121. 209—210. 219; x, 400; Ól. helg. (1849), cap. 101.

[4]) Fornm. s. v, 211.

[5]) vide supra pag. 274 not. 1.

b) Tryggvaflokkr, carmen brevius non intercalatum de Tryggvio, filio Olavi regis, qui anno 1033 in prælio contra Sveinum Alfifæ filium cecidit, Sighvato a nonnullis codicibus manuscriptis historiæ Olavi sancti regis tribuitur[1], sed tam infirma auctoritate, ut hæc confirmare non audeamus.

c) Carmen de Ingio Steinkelis filio, rege Sveciæ, in Recensu codicis Upsaliensis[2] quasi a Sighvato compositum indigitatur. Quum autem Ingius plus quam viginti annis post mortem Sighvati regnum acceperit, maxima infirmitate hoc assertum codicis Upsaliensis laborare videtur.

d) semistropha ex carmine quodam, prælium describens in Edda, Laufasina appellata, Sighvato tribuitur:

Brýnd vóru dör,
boga fylgði hör,
sparn rastar knör
rádýris vör[3].

Quum autem hæc semistropha nullius carminis Sighvati *metro conveniat*, *nos* ad carmen Einaris Skulii filii de Eysteine rege referimus (nr. 27[12]).

25. ÓTTARR SVARTI, vide supra sub nro. 22.

26. MARKÚS SKEGGJASON lögsögumaðr, Marcus Skeggii filius, qui per viginti annos (1084—1107) legiferi officium in Islandia gessit, omnium jurisconsultorum (legiferorum?) Islandiæ sapientissimus habebatur, excepto Skaptio Thoroddi (nr. 64)[4]. Arius polyhistor ex ejus relationibus nomina et officii annos prædecessorum ejus, legiferorum Islandiæ, a primis inde temporibus se scripsisse dicit, magnamque ei auctoritatem tribuit[5], genus autem in libro Originum Islandiæ recensetur, et nomen

[1]) Fornm. s. v, 116 not. 1 (efr. III, 54—55). — In recensu carminum Fornm. s. XII, 105 Arnori comitum-poëtæ (nro. 67) tribuitur.

[2]) vide supra pag. 271 not. 4.

[3]) Sn.-E. ed. Egilss., pag. 233.

[4]) Kristnis. cap. 12.

[5]) Íslendíngabók cap. 10.

Marci legiferi ut progenitoris Snorronis Sturlæi et plurium nobilium virorum nobis demonstrat; majores autem ejus in tribu Rangarvallensi et Arnesensi Islandiæ australis habitarunt, ubi et ipse domicilium habuisse videtur [1]. Mortuus est, secundum necrologium Islandicum, mense Octobri 1107 [2].

Carmina, quæ ei tribuuntur, hæc sunt:

1. Kvæði um Inga Steinkelsson, Svíakonúng, carmen de Ingio Steinkelis filio, rege Svionum, in Recensu poëtarum sub hoc numero (26) indigitatur, de quo tamen nihil superest, nec de tempore quidem, quo compositum sit, aliquid apud auctores traditur. Quum autem pro certo accipere possimus, poëtam tempore Canuti sancti Daniæ regis (1080—1086) peregre versatum esse[3], statim anni 1080—1083 se præbent, quibus in aula regum Sveciæ et Daniæ hospitari potuit, quod etiam in tempora regni Ingii Steinkelis filii († 1111) bene quadrat. Ad hos annos igitur carmen nostri de Ingio referendum esse putamus.

2. Kvæði um Knút Danakonúng, hinn helga, carmen de Canuto sancto, Daniæ rege († 1086), quod in Recensu nostro sub nro. 211 innuitur, ad idem temporis spatium referendum erit[4]. Ex fragmentis Marco attributis duo sunt, quæ tali carmini bene conveniunt, quum non solum de rege quodam ibi sermo sit, sed etiam de rege, qui „frater Sveini" solita poëtarum denominatione appellatur. Nomen Sveini, quod in denominatione regis adhibetur, hunc fratrem regis inprimis fautorem et intimum amicum poëtæ fuisse indicat. Fragmenta vero hujus

[1]) Landnámab. v, 5. 11; cfr. Safn til sögu Ísl. ii, 20—21.

[2]) Finn. Joh. Hist. Eccl. Isl. i, 598.

[3]) Quum Halfd. Einari (Sciagr. Hist. Liter. Island. pag. 46) referat: Marcum „in aulis Daniæ, Norvegiæ et Sveciæ regum juvenilem ætatem transegisse", necesse est ut dicamus, hanc relationem, quantum scimus, nulla auctoritate veterum auctorum probari.

[4]) Assertum Suhmii (Hist. af Danm. iv, 712) de crebris itineribus Marci in Daniam, quasi officium quoddam poëtæ aulici habuisset, nullo fundamento nisi imaginatione auctoris celeberrimi nititur.

carminis una semistropha et duobus versibus constat, metro collatato, quæ strophis intercalaribus non dissimiles sunt:

1. Ríkr er harra hneykir,
heldr guð jöfurs veldi;
sanndyggs vitoð seggir
Sveins bræðr konúng æðra [1].

2. Hjartfærra veit harri
hreinvazta sik baztan [2].

Una solitaria stropha:

Framan unnu gram gunnar [3]. . . . .

quæ famem, post cædem Canuti sancti regis populum Daniæ consumentem, indicare putatur, ad Marcum auctorem non sine verisimilitudine referri possit, quæ si carminis cujusdam partem effecisset, v. c. epicedii in Canutum regem, inter artificiosissima carmina antiquitatis, metro panharmonico (*alhent* [4]) referendum esset.

3. Una semistropha, quam Edda Snorronis servavit:
Gramr skóp grund ok himna
glyggranns, sem her dyggvan,
einn stillir má öllu
aldar Kristr of valda [5],

ad carmen quoddam majus metro collatato pertinere videtur, quod si ex contento hujus semistrophæ dijudicandum erit, in honorem Christi redemptoris (Kristsdrápa) compositum fuisset.

4. Eiríksdrápa [6], carmen majus intercalatum de Erico bono, Daniæ rege (1095—1103), metrice ad di-

---

[1]) Sn.-E. I, 520 not. 18.

[2]) Sn.-E. II, 162.

[3]) Sn.-E. II, 198.

[4]) Exemplum hujus metri formæ in Snorr. clav. metr. str. 44, Sn.-E. I, 656. — Arnas Magn. in hac stropha „genium poëticum Sturlæ Thordi filii (39) vel fratris Arnæ" vidit (AMagn. 761. 4to pag. 193).

[5]) Sn.-E. I, 448.

[6]) sic appellatur in Knytl. saga cap. 70 (Fornm. s. XI, 295).

metra *(hrynjandi — hrynhenda)* pertinens[1]. Fragmenta hujus carminis, quorum non pauca nobis servarunt Historia Knytlingorum atque Edda Snorronis, aperte demonstrant, hoc carmen epicedium esse, ad successorem Erici regis et fratrem Nicolaum Daniæ regem missum, qui etiam ibi compellatur, ideoque hoc carmen annorum 1104—1107 spatio, vel c. 1105 compositum est. In hoc Recensu poëtarum nro. 212 haud dubie indigitatur, fragmenta vero, quæ huc referenda esse putamus, sunt sequentia, quamquam invicem non ordinata:

1. Harra kveð ek at hróðrgjörð dýrri
   hauklundaðan Dana grundar[2].
2. Eiríks lof verðr öld at heyra ($^1/_2$...[3]
3. Fjarri hefir at fæðist dýrri ($^1/_2$ ...
4. Fæðir sótti fremdar ráða ...
5. Vár öndvert bjó Vinda rýrir ...
6. Ræsir lèt af roðnum hausi ($^1/_4$ ..
7. Drengir þágu auð af ýngva ..
8. Vörgum eyddi Vinda fergir ..
9. Hróðigr átti brynþíngs beiðir ..
10. Lýst skal hitt, er lofðúngr fýstist ($^1/_2$ ..
11. Bróðir gekk í Bár út síðan ..
    ... höfutskjöldúnga fimm .. ($^1/_2$[4]
12. Stóra sótti Haralds blýri
13. Eirekr náði utan at færa ($^1/_2$ ..
14. Eyðist hitt, at jafnstórt ráði ($^1/_2$ ..
15. Veldi þorðut Vindr at halda ($^1/_2$ ..
16. Ýngvi hèlt í óða straungum ($^1/_2$ ..
17. Röodu lauk um rekka kindir ($^1/_2$ ..
18. Styrjöld óx um stilli örvan ($^1/_2$ ..

[1]) Exempla metri in Sn.-E I, 676—78.

[2]) Sn.-E. I, 520, ex initio carminis compellatio ad regem Daniæ Nicolaum, Erici successorem.

[3]) Sn.-E. I, 528, de rege Erico ut absente (mortuo) loquitur.

[4]) Knytl. cap. 74; frater quinque monarcharum (bróðir fimm höfutskjöldúnga) primum Nicolao regnante dici potuit rex Ericus.

19. Hörga varðist herr í borgum..
20. Blóðit dreif á randgarð rauðan (1/2 ..
21. Heiðinn vildi herr um síðir (1/2 ...
22. Heiðin vóru björtun lýða..
23. Eirekr var með uppreist hári..
25. Flaustum lukti fólka treystir..
25. Víða setti vísdóms græðir..
26. Blíðan gæddi björtum auði
Bjarnar hlýra[1] ...
27. Dróttum lèt í Danmörk settan..
28. Lýst skal hitt, er læknast fýstist..
29. Báru menn úr borgum stórum..
30. Hildíngr þá við hæst lof aldar..
31. Hvergi stóðust hjörva borgar...
32. Andar krafði út í löndum[2] ...

quæ omnia viginti quatuor strophas integras æquant, præter unam semistropham, id quod tamen vix dimidiam partem carminis effecisse putamus.

5. Strophæ solitariæ (lausavísur) duæ tantum Marco legifero tribuuntur, quarum una:

Fjarðlinna óð fannir[3] ...

navigationem cum lusu verborum poëticorum tractat, altera semistropha tantum:

Sægs man ek síðr en eigi[4] ..

compellationem ad virum aliquem de adversario continet, quem carmine probroso se persequi velle negat.

Carmen Rekstefja de Olavo Tryggvii filio apud

[1]) Knytl. cap. 79; frater Björni (Bjarnar hlýri), Ericus rex, qui inter alios habuit fratrem nomine Björn, cfr. Suhm Hist. af Danmark IV, 464—465.

[2]) Knytl. cap. 81, de morte Erici regis procul a patria, quod luculenter epicedium indicat. — Fragmenta vero carminis hic citata inveniuntur in Knytl. saga cap. 70. 71. 73. 74—76. 78—81 (Fornm. s. XI, 295—318), et in Edda Snorr. I, 318 (322). 518. 520. 528.

[3]) Sn.-E. I, 442; cfr. II, 160.

[4]) Sn.-E. I, 506.

nonnullos auctores Marco Skeggii filio tribuitur, sed re vera ad Steinem Herdisæ filium (nr. 83) pertinet.

27. EINARR PRESTR SKÚLASON, Einar Skulii filius presbyter (cfr. 35. 95. 102. 103. 106. 108. 112. 115. 214. 240. 242) inter celeberrimos antiquitatis nostræ poëtas numeratus, genere Myramannorum sive Egilis Skallagrimi filii ortus fuit, natus circa vel paulo ante annum 1095. Genus ejus infra, sub nro. 133 (Snorrone Sturlæo), demonstrabimus. Ætate juvenili patriam reliquisse videtur, et in Norvegiam transiisse, ubi jam anno 1114 apud regem Sigurdum Hierosolymipetam officio pueri regii fungentem[1] invenimus, cujus regis munificentiam postea laudibus extulit, et gesta ejus carmine celebravit. Post mortem Sigurdi regis (1130) apud Haraldum gillium paucos annos mansit, deinde in Islandiam reversus est, ubi decem annos vel amplius commoratus prædio Borg in Borgarfjordo, quod haud dubie ei patrimoniale fuit, habitavit. Anno 1143 inter parochos Islandos indigenas quadrantis occidentalis numeratur[2], quorum decem ex quoque Islandiæ quadrante enumerantur, simul secundum mos majorum curiones (*goðar*) et magistratus hæreditarii tractus eo pertinentis. Postquam in Islandia decem annos aut plures moratus fuerat, peregre iterum profectus in Norvegiam se contulit, et apud Gillidas, in primis Eysteinem regem, magno honore exceptus est et mareschallus regis creatus[3]. Deinde itinere in Sveciam et Daniam suscepto, inde Norvegiam reversus est, et usque ad mortem Eysteinis (1157), vel potius ad annum usque 1160, ibi permansit. Post hunc annum nullam ejus mentionem factam esse invenimus, quare eum tum in Islandiam denuo reversum esse et reliquos vitæ suæ dies ibi consumsisse putamus, collectionem autem carminum in Borgarfjordo apud cognatos ejus exsti-

[1]) Fornm. s. VII, 137.

[2]) Dipl. Isl. I, 186.

[3]) Fornm s. VII, 355.

tisse, eandemque Snorroni Sturlæo et Olavo albopoëtæ ad manus fuisse perspicuum est [1].

Carmina autem, quæ apud auctores antiquitatis Einari Skulii filio tribuuntur, hæc sunt:

1. Kvæði um Sigurð Jórsalafara, Norvegs konúng, carmen de Sigurdo Hierosolymipeta, Norvegiæ rege, quod inter carmina majora intercalata certe referendum est, et verosimiliter Sigurðardrápa vulgo appellatum, in hoc Recensu sub nro. 95 designatum. Aliquot fragmenta, metro collatato formata, ad nostros dies pervenerunt, quæ ad hoc carmen pertinuisse videntur, cui nos sequentia adnumeramus:

1. Vásöflugr rèð vísi . .
2. Ok sá er æzt gat ríki . .
3. Húf lèt hilmir svífa . .
4. Get ek þess er gramr fór vitja . .
5. Sætt frá ek Dæla drottinn . .
6. Lögr er flaust, en fagrir (1/2 . .
7. Kaldr þvær marr und mildum (1/2 . . .
8. Grans bera goldna spánu (1/2 . .
9. Margr ríss, en drífr dorgar (1/2 . .
10. Viknar ramr í rakna (1/2 . .
11. Snáks berr fald of frækoum (1/2 . . . [2]

quæ omnia plus octo strophas adæquant.

---

[1]) De vita et scriptis Einaris Skulii filii: Vita ejus a Sk. Thorlacio conscripta in opere historico Snorr. Sturl. ed. max. III, 481—494; Gunnl. s. ormst. ed. AMagn. pag. 15—17; Rafn Antiquités Russes I, 477—480. — In Edda Snorronis carmina Einaris plus quadraginta locis citantur.

[2]) Hkr. Sig. Jórsalaf. cap. 3. 4. 10. 11; Fornm. s. VII, 77. 78. 86. 87. 93. — Sn.-E. I, 326. 328. 330. 454. 491. 496. — Inter hæc *primæ quinque strophæ, res in expeditione in terram sanctam* annis 1107—1110 gestas tractantes, certæ sunt; de strophis 6—7. 9—11 fere nihil dubii esse potest, nisi argumentum, quod uno excepto omnes navigationem regis tractant, suspicionem moveat, et carmen de Eysteine magis indicare videatur. Fragm. 8 lectione jöfri vel

2. Kvæði um Eystein konúng Magnússon, carmen de Eysteine Magni filio, Norvegiæ rege, fratre Sigurdi regis, quod sub nro. 102 hujus Recensus indigitatur, et ad majora carmina intercalata referendum esse videtur. Quum rex Eystein jam anno 1122 mortuus sit, necesse est ut hoc carmen inter prima poëtæ carmina fuerit, sed ad hoc nulla fragmenta nobis cognita referre possumus.

3. Kvæði um Magnús konúng Sigurðarson (blinda), carmen de Magno Sigurdi filio (cœco), rege Norvegiæ, filio Sigurdi regis Hierosolymipetæ, sub nro. 106 in Recensu nostro designatur, neque dubitari potest, hoc carmen etiam ad carmina majora intercalata pertinuisse. Hoc carmen autem ad spatium annorum 1130 – 1135, et maxime ut putamus ad annum 1132 vel 33, v. c. ad festum nuptiarum Magni regis cum Christina Canuti lavardi filia 1133, referendum esse videtur, sed ne unus quidem versus nobis relictus est, quem inde desumtum esse sciamus.

4. Kvæði um Harald konúng gilla, carmen de Haraldo gillio, rege Norvegiæ, in hoc Recensu sub nro. 103 commemoratur. Talium carminum de Haraldo rege fragmenta supersunt, ad duo diversa carmina pertinentia, quorum alterum, metro collatato *(dróttkvætt)*, haud dubie ad majora carmina intercalata pertinens. Quum de præliis in Dania gestis mentionem faciat, non ante annum 1134 compositum esse potest, sed magis verosimiliter in hunc ipsum annum quadrare videtur. Fragmenta autem, quæ huc referimus, hæc sunt:

1. Útryggum lèt eggjar...
2. Átti sókn við slètta...
3. Dólgskára kná dýrum (1/2...
4. En við hjaldr þar er höldar (1/2...
5. Sámleitum rauð sveita (1/2...

---

jöfra destinatur, si enim *jöfra* cum codice Upsaliensi legimus, ad carmen de Gillidibus (6) referendum esset.

6. Harðr hefir ört frá jörðu ($^1/_2$ . . .
7. Haustköld skotað heldum ($^1/_4$ . . .
8. Sundr springr svalra landa ($^1/_4$ . . .
9. Glymvindi lætr göndla ($^1/_2$ . . .[1]

quæ fragmenta quinque integras strophas adæquant. De his tamen non nisi duæ strophæ, quæ hic primo loco citatæ sunt, pro certo ad hoc carmen pertinuisse dici possunt.

5. Haraldsdrápa[2], alterum carmen de Haraldo gillio, rege Norvegiæ, metro producto (*togdrápu lag*) compositum. Ex hoc carmine tres strophæ integræ et duæ semistrophæ conservatæ sunt, quæ tamen, quum occupationem totius regni commemorent, ad tempus accuratius determinandum sufficiunt; perspicuum enim est, post invasionem Haraldi gillii (mense Decembri 1134) et crudelem Magni regis carnificinam, quum totum regnum sibi subjecerat Haraldus, hoc carmen factum esse, id est anno 1135 vel 1136 ante cædem Haraldi. Fragmenta vero hæc sunt:

1. Vann valgrennir . . .
2. Eyddi oddum . . .
3. Sótti á slètt . . .
4. Luku vâg viku ($^1/_2$ . .
5. Alls varð Ellu ($^1/_2$ . .[3]

6. Kvæði um sonu Haralds gilla, carmen de Gillidibus: Magno, Sigurdo, Eysteine et Ingio, regibus

---

[1]) Hkr. Har. gill. cap. 12; Fornm. s. VII, 196; Fagrsk. cap. 256; Sn.-E. I, 488. 490. 326. 328. 418. — Primæ duæ strophæ in cod. mbr. Morkinskinna integræ adsunt. In fragmento 6 lectiones *snægrund* et *sægrund* in diversa ferunt: „Snægrund" aut stropham singularem aut fragmentum carminis de navigatione ab Islandia indicaret; „sægrund" vero navigationem ex Sialandia, quod apte carmini de Haraldo gillio applicaretur.

[2]) Svâ segir Einarr Skúlason í Haraldsdrápu, Hkr. Har. gill. cap. 7; Fornm. s. VII, 184.

[3]) Primas duas strophas cod. membr. Morkinskinna servavit, ceteras Hkr. Har. gill. cap. 3. 7; Fornm. s. VII, 184. 196 not. 6; Fagrsk. cap. 254.

Norvegiæ, filiis Haraldi regis gillii, Konúngadrápa forte appellatum. Hoc carmen, quo Recensus numeri 108. 112. 115 referri possunt, anno 1142 vel 1143 compositum esse videtur, quum omnes filii Haraldi regis in vivis erant. Tum autem Einar in Islandia habitavit, et propterea hoc carmen regibus misisse necesse est. Non equidem disertis verbis auctorum veterum strophæ ad hoc carmen referuntur, attamen nulli dubitamus, unam stropham et tres semistrophas huc referre, nimirum:

1. Auð gefr Eysteinn lýðum...
2. Verja hauðr með hjörvi (1/2..
3. Frá ek við hólm at heyja (1/2..
4. Leyg rýðr ætt á ægi (1/2..[1]

7. Kvæði um Sigurð konúng Haraldsson, carmen de rege Sigurdo Haraldi filio, dicto *munnr* (os impudens), Recensus nro. 112 designatum. Ex hoc carmine, quod circa annum 1148 compositum esse verosimillime accipitur, una tantum stropha servata est, qua eloquentia regis laudatur:

Snild berr snarpa elda[2]...

Quæ stropha exemplo est, carmen hoc fuisse metro collatato compositum, et haud dubie intercalatum (*drápa*).

8. Geisli, carmen intercalatum in honorem Olavi sancti regis, vulgo Radius (*geisli*) appellatum, apud Snorronem Ólafsdrápa et Vâttardrápa[3]. Hujus car-

---

[1]) Hkr. Sig. Ing. & Eyst. cap. 13; Fornm. s. VII, 229. 222; Sn.-E. I, 474. 524. 424. — Stropha 1. quatuor reges, filios Haraldi, nominat. — Semistr. 3. prælium Holmense 1139 commemorat. — Semistr. 1. genus Olavi (*ætt Ólafs ens helga*) appellat, quem ad modum in carmine Geisli (str. 8) Olavum appellat „caput Gillidarum familiæ" (*höfuð yðarrar áttar*).

[2]) Hkr. Sig. Ing. Eyst. cap. 22; Fornm. s. VII, 238—239.

[3]) Nomen Geisli, in codice Flateyensi adhibitum, deductum est ex verbis primæ strophæ carminis, ubi Olavus rex vocatur Radius solis misericordiæ (*geisli miskunnar sólar* i. e. Dei), quo nomine vel similibus Sancti sæpius apud medii ævi scriptores denominantur. —

minis in Recensu nostro nulla mentio facta est, neque Einaris nomen inter poëtas invenitur, qui Olavum sanctum carminibus celebravissent, sed tamen non solum originem ejus et historiam, sed etiam ipsum carmen, bona fortuna nobis conservavit. Post secundum adventum suum in Norvegiam (c. 1145) poëta magno honore ab omnibus filiis Haraldi gillii habitus fuit, inprimis vero Eysteini intima amicitia junctus, et mareschallus ejus, ut antea diximus, creatus est. Æstate anni 1152, quum sedes archiepiscopalis Nidrosiæ constituta fuisset, et legatus sedis apostolicæ Nicolaus cardinalis episcopus de Albano, Norvegiam missus, pallium archiepiscopale Johanni episcopo Stavangrensi destinatum tradidisset, splendidissimum festum Nidrosiæ celebratum fuit, præsentibus præter Nicolaum cardinalem (?) tribus Norvegiæ regibus, Johanne archiepiscopo, et maximo cœtu Norvegorum et Islandorum omnium ordinum virorum. Hac occasione Einar Skulii filius presbyter, hortatu Eysteinis regis adductus vel instigatus, carmen **Geisli** in honorem Olavi sancti regis, patroni Norvegiæ, composuit et in ecclesia cathedrali Nidrosiensi recitavit [1]. Carmen ipsum, quod in „libro regio Bergi abbatis" Holmiensi [2] adhuc exstat, unam et septuaginta strophas metro collatato complectitur, quarum septemdecim (vel viginti una $= 3 \times 7$ [3]) introductionem, viginti octo $(1 + 3 \times 3 \times 3)$ partem intercalatam sive

---

Ólafsdrápa: „*Þess getr Einarr Skúlason í Ólafsdrápu*" (addita una stropha carminis), Hkr. Sig. Jórs. cap. 37. — **Vâttardrápa**: „*Svâ sem Einarr Skúlason segir í Vâttardrápu, þeirri er hann orti um Ólaf hinn helga*" (etiam stropha carminis citata), Hkr. Hák. herðibr. cap. 21. Nomen autem de voce **vâttr**, i. e. testis (fidei), martyr, derivatum est (cfr. nomen Stephan frumvâttr, i. e. protomartyr).

1) Fornm. s. VII, 355.

2) Konúngabók af Bergi ábóta. Bibl. reg. Holm. Islandica Nr. 1 Fol. cod. membr. sec. XIV, fol. 117—118.

3) Fjögur gömul kvæði ed. Sveinb. Egilss. Programma scholæ Bessastad. 1844. 8vo. Introd. pag. x, ubi ratio technica hujus carminis demonstratur.

caput carminis, viginti sex (vel viginti una = 3 × 7) apodosin efficiunt [1]. Semistropha intercalaris, quæ una tantum in hoc carmine invenitur, novies (3 × 3) in tertia quaque stropha per caput carminis repetitur, et sic audit:

Greitt má gumnum lètta
guðs ríðari stríðum,
braustr þiggr allt sem æstir
Ólafr af gram sólar.

Quum præterea unum integrum intervallum cum semistropha intercalari in omnibus editionibus desit, ex codice Holmiensi hoc dabimus, quintum ordine intervallum efficiens et post stropham 30 in editionibus inserendum:

Reyndi Gutthormr [2] grundar
gat hann rètt við þröm slèttan
áðr hvat Ólafs tæðu
alkæns við guð bæuir:
Dag lèt sinn með sigri
sóknþýðr jöfurr prýðast,
þá er í Aungulseyjar
undreyr bitu sundi.

---

[1]) Cod. Holm. (Nr. 1) solus integrum hoc carmen continet, sed sine titulo; codex vero Flateyensis, omnium editionum fundamentum, titulum dedit, sed tres strophas (31–33 vel proprie 35–37) omittit. Transpositio stropharum (60–63, vel rectius 63–66) in utroque eadem est. Carmen editum invenitur in Hkr. ed. max. III, 461–480; Fornm. s. v, 349–370; Flateyjarbók I, 1–7; strophæ 8–11 emendatæ in Diplom. Island. I, 205–206. Selectæ carminis strophæ vel semistrophæ occurrunt in Hkr. Sig. Jórs. cap. 37; Fornm. s. VI, 66. 67. 70; Sn.-E. I, 450; II, 176, 499.

[2]) de pugna Gutthormi, Olavi-regis sancti a sorore nepote, cum Margado Hiberniæ rege die Olavi (29. Juli) 1052 in freto Anglesayensi, et de statua argentea, quam Gutthormus in memoriam victoriæ quinque navium a quindecim navibus adversariorum reportatæ ad sedem sancti Olavi Nidrosiensem dedit, quæ deinde ibi servata est, vide Fornm. s. v, 135–136.

Víst hafði lið lestir
linns þrimr hlutum minna
heiptar mildr at hjaldri,
harðr fundr var sá, grundar:
þó rèð hann at hváru,
honum tjóði vel móður,
hár fèkkst af því, hlýri,
hagnaðr, or styr gagni.

Öld hefir opt hinn mildi
unnar bliks frá miklum,
Krists mæri ek lim, leysta
litrauðs, konúngr nauðum.
Greitt má gumnum lètta
guðs ríðari stríðum,
hraustr þiggr allt sem æstir
Ólafr af gram sólar.

9. Kvæði um Sörkvi Kolsson, Svíakonúng, carmen de Sverkere Koli filio, rege Sveciæ, quod sub nro. 27 designatur, ceterum nobis ignotum est. Sverker autem regnum Sveciæ per viginti annos vel ultra tenuit (1132—1155), et Ulfhildam, nobilem fœminam Norvegicam ex familia Thiottensi Halogalandiæ, in matrimonio habuit. Hoc carmen ad annum 1152 vel initium anni 1153 referimus, pluribus rationibus adducti, quum neque alio temporis spatio itineri ejus in Daniam et Sveciam aptus locus sit, neque alio modo ætatis ratio Jonis Sverkeris filii, quem simul carmine laudavit, conciliari posse videatur. Et quidem vero non dissimile videtur, eum cum Nicolao cardinali, qui ex Norvegia primum Sveciam invisit, iter fecisse, et inde in Daniam post breve tempus trajecisse.

10. Kvæði um Jón jarl Sörkvisson, carmen de Jone comite Sverkeris filio, qui certe filius Sverkeris regis Sveciæ fuisse videtur, sub nro. 35 indigitatur, de eo tamen nulla nunc fragmenta demonstrari possunt. De tempore, quo compositum sit, jam antea monuimus, hoc aptissime

ad annum 1152 vel initium anni 1153 referri, quum comes hoc tempore primum ad talem dignitatem evectus esse potuerit.

11. Kvæði um Svein svíðanda, Danakonúng, carmen de Sveno ustore, Daniæ rege, quod sub nro. 214 in Recensu nostro innuitur, nunc etiam inter deperdita numerandum est. Sed tale carmen antiquioribus notum fuisse locus Historiæ Knytlingorum nos docet, qui ita de Einare refert: „Hoc tempore [1] Einar Skulii filius sacerdos in Daniam pervenit, qui carmen de rege Sveno composuit, nihil vero muneris accepit". Tum hac stropha illiberalitatem regis et consiliariorum ejus perenni memoriæ tradidit:

Ekki hlaut af ítrum
Einarr gjafa Sveini [2] . . .

Neque tamen deest alia ratio, præter tenacitatem regis, quapropter spes præmii poëtam frustrata sit, nam si recte accipitur eum ex Svecia in Daniam venisse, hoc tempore simultates inter regna intercedebant, quæ liberaliori receptioni poëtæ inde advenientis obesse potuerunt.

12. Kvæði um Eystein konúng Haraldsson, carmen de Eysteine Haraldi filio, rege Norvegiæ, nro. 115 designatum est. Exstant etiam fragmenta duorum carminum de Eysteine, quorum prius anno 1153 vel 1154 compositum esse videtur, alterum post mortem regis in honorem ejus memoriæ dedicatum (cfr. 14). In illo primo carmine de expeditionibus Eysteinis regis anno 1153 susceptis loquitur, partim in regiones occidentales, Angliam, Hebudes et Orcades, partim in orientales Norvegiæ tractus. Præterea sui ipsius iter poëta commemorat, quomodo nave, austrum versus a Sunnmæria navigans, regem convenisset et aureis donis ab eo receptus fuisset. Metrum hujus carminis, quod certe inter majora intercalata (*drápur*) referri debet,

---

[1]) anno 1152 secundum Suhm. (Hist. af Danm. VI, 127), quod cum nostro calculo bene convenit.

[2]) Knytl. s. cap. 108 (Fornm. s. XI, 358).

ad homæoteleuta minora *(minni rímhendur)*[1] pertinet, fragmenta vero huc respicientia sunt:

1. Víkverjum galt ...
2. Vann siklíngr sótt ...
3. Frètt hefir ek at fèll (1/2 ...
4. Beit buðlúngs hjörr ...
5. Jók hilmir hjaldr ...
6. Drap döglíngr gegn ...
7. Rauð siklíngr sverð ...
8. Skar ek súðum sund (1/2 ...
9. Funi kyndist fljótt (1/2 ...[2]

Quæ igitur septem strophas et dimidiam æquant. Præterea ad hoc carmen pertinere videtur semistropha:

Brýnd vóru dör ...[3]

quæ in Edda Laufasina occurrit, Sighvato adtributa, quum in nullum quidem Sighvati carmen nobis cognitum quadret.

13. Drápa um Ínga konúng Haraldsson, carmen majus intercalatum de Ingio rege Norvegiæ, Haraldi filio, Recensus nostri nro. 108, quasi inter carmina suo tempore exstantia, innuitur. Carmen etiam, „drápa Ínga konúngs" appellatum, in codice Morkinskinna sine auctoris nomine commemoratur, et duæ strophæ hujus carminis metro collato adferuntur. Hæc carmini Einaris de Ingio rege recte applicari putamus, iisque alias strophas adjungendas esse, quæ in Fagrskinna separatim occurrunt, ad nullum certum carmen relatæ. Si hæc recte accipiantur, post cædem Sigurdi regis († 10. Juni 1155), et quidem eodem anno, quum poëta Ingium a suspicione hujus fratricidii insontem reddere conaretur, hoc carmen compositum est. Fragmenta vero hæc sunt:

---

[1]) vide Snorr. Clav. metr. str. 87, Sn.-E. I, 704.

[2]) Hkr. Sig. Íng. & Eystein. cap. 19—20; Fornm. s. VII, 234—237; Sn.-E. I, 524. 504. 508.

[3]) Sn.-E. ed. Sveinb. Egilss. pag. 233, cfr. supra sub nro. 25 Litr. d.

1. Rauðri dreif þá er rjúfa....
2. Sýndi sjálfr at landi...
3. Alls engi þarf Ínga..
4. Út lèt staung á stræti..
5. Mundi at seima sendir..[1]

14. Kvæði um Eystein konúng Haraldsson, carmen secundum (cfr. 12) de rege Eysteine Haraldi filio, post mortem ejus († 21. Augusti 1157) in ejus honorem compositum. Hujus carminis in Recensu sub nro. 115 designati, una tantummodo stropha, metro collatato, ad nostra tempora, quantum nobis cognitum est, pervenit, quæ expeditionem occidentalem anni 1153 laudat, altera vero semistropha, quæ de cæde regis agit, verosimiliter etiam ad hoc carmen pertinet. Itaque has subsequentes strophas ad reliquias hujus carminis referimus:

1. Vóru sogns með sára...
2. Mun sá er morði vandist (½...[2]

15. Kvæði um Eindriða únga, carmen de Eindridio juvene, in Recensu poëtarum sub nro. 242 innuitur. Hic inter celeberrimos Norvegorum nobiles sui temporis fuit. Postquam Byzantii diutius stipendia meruerat, anno 1150 in patriam reversus est, ubi non paucas relationes de mirabilibus orientalibus, et inprimis de miraculis sancti Olavi Byzantii eventis communicavit, quæ statim ad „Radium" Einaris (8) viam invenerunt. Non multo postea expeditioni cruciatæ se associavit 1153, unde post quatuor annos 1157 reversus est, deinde ad mortem usque (1163) in Norvegia habitavit. Genus Eindridii ignotum quidem est, sed nomen ad familiam Gimsoensem tendere videtur. Nihil igitur verosimilius est, quam intimam amicitiam inter Eindridium et Einarem poëtam et mareschallum regis intercessisse, et carmine indicatam fuisse. Sed tamen nullum

[1]) Fornm. s. VII, 349—350 (secundum Morkinskinnam); Fagrsk. cap. 260.

[2]) Hkr. Sig. Ing. & Eystein. cap. 20. 32; Fornm. s. VII, 235. 251.

fragmentum talis carminis nunc ostendere possumus, nisi quod huc referamus semistropham:

Næst sè ek orm á jastar
ítrserki vel merkðan,
nemi þjóðr hve ek ferr flæðar
fjarðbáls of hlyn máli[1].

qua stropha velum navis viri cujusdam non regii, sed nobilis certe ordinis, figura serpentis et pluribus ut videtur figuris intextum, decantat. Si hæc recte se haberent, carmen de Eindridio, post adventum ejus anno 1157 vel 1158, prius quam adversariis Ingii regis se adjungeret compositum, navis ejus ornatum et inprimis figuras velo intextas, more veterum poëtarum, qui clypeorum figuras carminibus describebant, pertractasset.

16. Elfarvísur um Gregorius Dagsson[2], carmen brevius non intercalatum (*flokkr*) in honorem Gregorii Dagi filii compositum, quod Recensus poëtarum sub nro. 240 indigitare videtur, antiquis auctoribus bene cognitum fuit. Hoc carmen victoriam in Albe Norvegiæ australis apud Konghellam anno 1159 ab Ingio rege et Gregorio reportatam, et fortitudinem Gregorii decantat, quare brevi post prælium ejusdem anni æstate compositum fuisse videtur, fragmentum autem, duas tantummodo strophas carminis continens:

1. Margr fèll maðr af dreyrgu . . .
2. Mörg flutu auð á úrga[3] . . .

a Snorrone Sturlæo conservatum est.

17. Öxarflokkr, carmen de secure. Edda Snorronis pluribus locis versus Einari Skulii filio attribuit, qui omnes eo redeunt, ut securim pretiosam, auro et argento ornatam, et poëtæ a rege donatam, laudibus efferat. Hæc igitur fragmenta, metro collatato, ad unum idemque carmen pertinere puta-

[1]) Sn.-E. I, 504.

[2]) „Einar orti um Gregorius Dagsson flokk þann, er kallaðr er Elvar vísur". Hkr. Hák. herðabr. cap. 11; Fornm. s. VII, 266.

[3]) Hkr. Hák. herðabr. l. c.; Fornm. s. l. c. — Sn.-E. I, 476—478; II, 397.

mus, cui, etsi apud neminem antiquitatis auctorem speciatim enumeratum sit, nomen „öxarflokkr" dedimus. De tempore et occasione carminis nihil relatum est, sed si acciperemus, regem Eysteinem Haraldi filium mareschallo suo Einari tale cimelium dedisse, ad annum circa 1150 hoc carmen referendum esset, quod tamen in medio relinquimus. Fragmenta vero, quæ ad hoc carmen referenda putamus, hæc sunt, quamvis invicem non ordinata:

1. Hvargi er beita borgar (1/2 . .
2. Þar er Mardallar milli (1/2 . . .
3. Eigi þverr fyrir augna (1/2 . .
4. Hróðrbarni kná ek Hörnar . .
5. Nýt buðumk Njarðar dóttur (1/2 . .
6. Gaf sá er erríng ofrar . . .
7. Frá ek at Fróða meyjar . .
8. Blóðeisu liggr bæði (1/2 . . [1]
9. Dægr þrymr hvert, en hjarta . . .
10. Ráðvöndum þá ek rauðra (1/2 . .
11. Sjá megu rètt hve Refils (1/2 . . . [2]

quæ septem integras strophas et dimidiam adæquant. Huc etiam recte referri putamus fragmentum strophæ, quod sine auctoris nomine attulit Ólavus albuspoëta:

Hríngtælir gaf Hálu (5/8 . . . . [3]

18. Lausavísur, strophæ singulares, quæ Einari Skulii filio tribuuntur, plurimæ in Norvegia, una in Dania, compositæ sunt. Prima earum, de anno 1114, jam antea allata est, qua regem Sigurdum Hierosolymipetam compellat[4]. Tres præterea strophæ in Norvegia compositæ editæ sunt[5]. Adhæc versus erotici argumenti, qui Einari cuidam

[1]) Sn.-E. I, 404, quæ semistropha, recte interpretata, dicit: aurum et argentum (ignem et nivem) utrinque cælare malleum securis.

[2]) Sn.-E. I, 330. 346. 348 (424). 350. 390. 392. 404. 406. 430.

[3]) Sn.-E. II, 128.

[4]) Fornm. s. VII, 137.

[5]) Fornm. s. VII, 167. 355—357.

tribuuntur, verosimiliter Einarem Skulii filium auctorem agnoscunt, primo duo versus, qui ænigmatico modo Joreidam quandam, uxorem Manii, a se diligi; secundo duo versus, quibus amasia ejus, quam Solborgam nominat, laudatur, his vero semistropham conjungimus de crinibus amasiæ. — Hæ strophæ certe cum carminibus erotici argumenti cohærere possint, quibus etiam fortasse addi possint strophæ:

Blíð er mær við móður [1] . . . .

quibus variæ denominationes fæminarum simplices recensentur. Tum etiam Einari Skulii filio tribuitur stropha de luna [2], quæ solitaria esse videtur, et de nomenclatura filiarum Ægeris, dei marini, multis locis occurrens [3], et semistropha una, quæ periculosam navigationem commemorat [4]; hæc utraque ad carmen quoddam de navigatione vel nautico itinere pertinuisse poterit. — Denique Edda Laufasina Einari tribuit strophas, quibus aliquot maris denominationes, cum insularum nominibus compositæ, recensentur [5], cui fortasse etiam addi possint:

a) nomenclatura insularum:

Bókn, Körmt, Brísing, Vikna . . .

b) alter recensus filiarum Ægeris:

Dröfn skylr stál þar er stafni . . . .

c) nomenclatura regulorum maritimorum:

Ekkill, Eitill, Skekkill [6] . .

talia enim nomina versibus comprehendere delectamento habuisse videtur. — In additamentis Eddæ Laufasinæ (AMagn. 743. 4[to]) unus versus Einari tribuitur:

Bláðriptir Freys niptar,

cui versui nullus certus invenitur locus, nisi ad stropham 17[4] pertineat, et corrigi debeat: „Freys nipt bráðriptir" (I, 348), quod recte fieri putamus.

[1]) Sn.-E. II, 363, cfr. III, 163; II, 490—491.

[2]) Sn.-E. II, 242.

[3]) Sn.-E. I, 500; II, 451. 534; III, 104.

[4]) Sn.-E. I, 502.

[5]) Sn.-E. II, 491—492; cfr. III, 171—173.

[6]) Sn.-E. II, 491, cfr. P. A. Munch in AnO. 1846, pag. 81—92. 365—367. — Sn.-E. II, 493. — Sn.-E. II, 154.

28. HALLDÓRR SKVALDRI (cfr. 36. 37. 38. 91. 97. 104. 111. 213), maximi nominis auctor inter poëtas antiquos septentrionales, et magnæ fæcunditatis, quæ fortasse ei cognomen skvaldri *(garrulus)* comparavit, paucis tantum fragmentis carminum suorum nostra tempora attigit. Tamen ex Recensu poëtarum satis perspicue vidimus, qualis in universum curriculus vitæ ejus fuerit. Juvenili ætate circa annum 1100 in Norvegiam et Gothiam Svecicam profectus esse videtur, et regem Norvegiæ Magnum, nudipedem dictum († 1103), nec non comitem Gothicum Sonium Ivaris filium, carminibus celebrasse. Deinde cum Sigurdo rege Hierosolymipeta expeditionem in terram sanctam fecit (1107—1111) et duobus carminibus memoriam hujus itineris et res in eo gestas celebravit. Posthac regnante Sigurdo rege nulla Halldoris mentio fit, quare hoc tempore eum in Islandia per viginti circa annos vixisse verosimile est. Tempore vero Haraldi gillii in Norvegiam reversus, annis 1134—1150 vel circa plurima carmina edidit. Post hoc tempus nomen ejus evanuit, neque diu ultra hunc annum in vivis fuisse verosimile est, sed fortasse in Svecia morte decessit.

Carmina ejus, cujus nomina memoriæ tradita sunt, hæc sunt notanda:

1. Kvæði um Magnús Noregskonúng hinn berfætta, carmen de Magno nudipede, rege Norvegiæ, quod Recensus codicis Upsaliensis sub nro. 91 notat, primo numero inter carmina Halldoris ad annum c. 1100 referendum esse videtur, quum verosimiliter vivo adhuc hoc rege compositum sit. Si enim epicedium fuerit, carmen quoque de Sonio comite, ejusdem temporis, epicedium fuisse oporteret, quod minus apte crederetur. De hoc vero carmine nulla nunc fragmenta relicta esse novimus.

2. Kvæði um Sóna jarl Ívarsson, carmen de Sonio Ivaris filio, comite Gothico in Svecia, qui circa annum 1100 floruit, sub nro. 37 in Recensu allatum est. Hoc carmen, de quo nunc nihil superesse scimus, certe

ante annum 1107, quo expeditio Norvegica in terram sanctam suscepta fuit, compositum esse videtur, si ætatem Sonii et filii ejus Caroli comitis comparamus.

3. Kvæði um Jórsalaför Sigurðar konúngs, carmen de expeditione Sigurdi regis Hierosolymipetæ in terram sanctam, quod fortasse Útfararbálkr appellatum est et in Recensu nostro sub nro. 97 designatum. Hujus carminis una tantum stropha restat, quæ rationem carminis et metrum *(fornyrðalag)* demonstrat:

Varð fyrir stafni
styrjar gjörnum
friðraskaðar
Formintera;
þar varð eggjar
ok eld þola
blámanna lið
áðr bana fengi [1].

Quæ stropha rem 1109 gestam tractat, simulque nobis satis aperte indicat poëtam ipsum expeditioni interfuisse, itidemque hoc carmen metro populari, et quasi in populi usum compositum, non coram rege solenniter recitatum fuisse.

4. Útfarardrápa, carmen de peregrinatione, quo expeditio Sigurdi regis in terram sanctam celebrabatur, præcipue sub nro. 97 in Recensu poëtarum significatur. Hoc carmen post octoginta adhuc annos apud Islandos celebre fuit, et a Manio poëta Islando in aula Magni regis Erlingi filii anno 1184 recitatum est et ab aulicis approbatum [2]. Nunc ea solum fragmenta tenemus, quæ in Snorronis et Olavi albipoëtæ scriptis inveniuntur, et res gestas de annis 1109 et 1110 tractant, nimirum:

---

[1]) Hkr. Sig. Jórs. cap. 6; Fornm. s. VII, 83.

[2]) Hann (Máni = Skáld-Máni nr. 122) kvað síðan útfarardrápuna, er Halldórr skvaldri orti um Sigurð konúng Jórsalafara ... ok fékk þetta kvæði góðan róm. Sverris s. cap. 85; Fornm. s. VIII, 207.

1. Ok fádýrir fóru..
2. Stór skal ek verk þau er váru..
3. Suðr vant sigr inn þriðja (1/2..
4. Út frá ek yðr þar er heitir (1/2...
5. Unnit frá ek í einni (1/2...
6. Treystuz egg fyrir austan (1/2...
7. Böðstyrkr lèz þú barka...
8. Margdýrkaðr kom merkir (1/2..
9. Knáttu enn hina áttu (1/2..
10. Borg heiðna tókt bræðir (1/2..
11. Náði fólk þat er flýði..
12. Er knáttuð þar þeira (1/2... [1]

Præterea hæc semistropha, quæ intercalaris carminis *(Stef)* fuisse videtur:

Orkit Ála serkjar
elfestir þrek mestum
ætt berr grams of grimma
gagnprúðr Sigurðr magni[2].

Hæc fragmenta octo strophas et dimidiam adæquant, id quod octavam circa partem carminis fortasse effecerit. Compellationes tam crebro occurrentes demonstrant, poëtam hoc carmen coram rege solenniter recitasse.

5. Kvæði um Harald gilla, Norvegs konúng, carmen de Haraldo gillio, rege Norvegiæ, Recensus nostri nro. 104 indigitatum est, cujus nonnulla fragmenta metro collatato constructa inveniuntur:

1. Magnús fèkk, þar er miklu (1/2...
2. Harðela lèztu herðir...
3. Ásbjörn varð, sá er orðum...
4. Mátti-at öld, þá er ótta (1/2...
5. Nú er auðsendir undir (1/2... [3]

---

[1]) Hkr. Sig. Jórsalaf. cap. 4. 5. 6. 7. 11; Fornm. s. VII, 79—81. 84. 85. 93; Fagrsk. cap. 243. 245; Sn.-E. I, 510.

[2]) Sn.-E. II, 118.

[3]) Hkr. Har. gill. cap. 2. 3. 4; Fornm. s. VII, 178. 181. 196 not. 6; Fagrsk. cap. 254.

Ex his strophis elici potest, hoc carmen coram ipso rege recitatum esse, et quidem eo tempore, quum Magno rege occœcato totum regnum Norvegiæ occupaverat, i. e. anno 1135 aut 1136.

6. Kvæði um Eirík eymuna, Danakonúng, carmen de Erico emunio (*eymuni* = æternæ memoriæ) rege Danorum, in Recensu nostro nro. 213 designatum. Hujus carminis, quod ad annos 1134—1137, et verosimillime ad hunc ultimum annum, post mortem Haraldi gillii, referri debet, nulla nunc fragmenta superesse novimus.

7. Kvæði um Karl jarl Sónason, carmen de Carolo Sonii filio, comite Gothiæ occidentalis in Svecia, nro. 38 Recensus nostri indicatum. Hujus comitis mentio fit anno 1137, quum in regnum Norvegiæ invasionem fecit; verosimile ergo esset, poëtam ex Dania post obitum Erici regis in Gothiam trajecisse, et aliquamdiu cum Carolo comite versatum esse, cujus patrem antea carmine laudaverat. Ex hoc carmine de Carolo comite nihil superesse videtur.

8. Kvæði um Ínga konúng Haraldsson, carmen de Ingio Haraldi filio rege Norvegiæ, in hoc Recensu ex auctoritate codicis Upsaliensis sub nro. 111 indicatum. Hujus carminis neque tempus determinari neque reliquiæ demonstrari possunt, sed tamen satis certe ad terminum annorum 1140—1150 referendum erit.

9. Kvæði um Sörkvi Kolsson, Svíakonúng, carmen de Sverke Koli filio, rege Sveciæ, nro. 28 Recensus designatum. Hoc carmen, cujus nulla fragmenta superesse videntur, ad tempus circa vel paulo ante 1150 rectissime referri putamus, quemadmodum etiam

10. Kvæði um Jón jarl Sörkvisson, carmen de Jone comite Sverkis regis filio, quod Recensus nro. 36 significatur. Hoc carmen nunc, quantum novimus, deperditum est.

29. HALLBJÖRN HALI (cfr. 128). Si quoad hunc poëtam solummodo ad Recensum poëtarum respiciendum

esset, nullam nobis difficultatem præberet, quum duos reges coævos carminibus laudavisse dicatur, et nihil ultra de eo referatur; latius autem egressi, et aliorum auctorum relationes examinantes, non leves offensas invenimus, nam apud auctores non minus quam quatuor viros hujus nominis et cognominis, sed diversæ ætatis, nominari videmus.

1. Primo loco nomen *Hallbjörn hali* circa annum 1000 occurrit in relatione de Thorleifo dynastæ-poëta. Postquam enim de cæde Thorleifi in comitiis generalibus (c. 993) relatum est, et de situ tumuli ejus, „qui tumulus a boreali parte senaculi situs etiam nunc (sec. XIV?) visitur"[1], indicatum, ita pergit auctor: „Habitavit eo tempore[2] Thingvallis vir, nomine Thorkel, pecoribus dives et commoda re familiari usus, quamvis nulla publica dignitate ornatus. Opilio ejus, nomine Hallbjörn, cognominatus fuit *hali* (cauda); hic in tumulum Thorleifi ventitare se assuefecit, noctu ibi dormivit, pecudes in vicinitate tenuit. Sic se gerenti sæpe in animum incidit, ut carminis cujusdam laudatorii de tumuli incola componendi capacem esse se optaret, idque tumulo incumbens sæpe dictitavit; quippe vero quod poëta non esset, neque hanc artem a natura accepisset, carmen facere nullus potuit, sed in condendo carmine id tantum profecit, ut ita inciperet:

Hic jacet poëta *(Hèr liggr skáld...)*

plura autem addere non potuit. Una nocte ut sæpius accidit, ut in tumulo jacens idem studium animo agitaret, si quid amplius in laudem incolæ tumuli addere posset. Deinde obdormiscens per quietem vidit tumulum aperiri, hominemque exeuntem magna statura, eleganti habitu, qui in tumulum ascendens et Hallbjörnum adiens: Hic jaces, inquit, tu Hallbjörn, idque aggredi desiderasti, quod tibi

---

¹) Flateyjarb. I, 214; Fornm. s. III, 102; Scr. Hist. Isl. III, 106.

²) „Sá maðr bjó þá á Þíngvelli", Flateyjarb. et Fornm. s. locc. citt. — Particula þá (i. e. *tum*, eo tempore) in interpretatione Latina (Scr. hist. Isl. III, 106) exoidit, quæ tamen particula maximi momenti quoad rationem temporis judicanda est.

natura negavit, ut laudes meas caneres; verumtamen alterum utrum accidet, aut quod magis futurum spero, ut in hac arte tibi magis quam plerisque ceteris hominibus proficere contingat, idque meo beneficio tibi concedatur, aut ut certo scire poteris tibi hæc amplius conari frustra esse. Jam tibi stropham præcinam, quam si discere et experrectus memoriter recitare potueris, inclytus poëta fies, laudes multorum principum canes, et in hac arte magna præstabis. Deinde linguam ejus protrahens hanc stropham cecinit:

Hèr liggr skáld, þat er skálda
skörúngr var mestr at flestu,
naddveiti frá ek nýtan
níð Hákoni smíða;
áðr gat engr nè síðan
annarra svâ manna,
frægt hefir orðit þat fyrðum,
fèrán lokit hánum.

Primitias artis tuæ poëticæ has dabis, ut de me carmen componas encomiasticum statim quum experrectus es, in quo componendo maxima diligentia a te adhibenda est, non solum in metro eligendo, sed etiam quoad delectum verborum, præsertim autem quatenus denominationes poëticas attinet. His dictis in tumulum revertitur, qui mox sua sponte occluditur, Hallbjörn autem somno experrectus humeros abeuntis conspicere sibi visus est. Stropham deinde memoria tenebat, et justo tempore pecudibus domum adactis hoc eventum retulit. Deinde Hallbjörn carmen laudatorium de incola tumuli composuit, et summus poëta evasit; brevi vero posthac peregre profectus carmina de multis principibus condidit et ab iis magnos honores largaque munera accepit, qua ex re magnam pecuniæ vim lucratus est. De eo autem magna historia tam in hac terra (Islandia) quam apud exteros circumfertur, quamquam non hoc loco scripta sit"[1].

[1]) *Flateyjarbók* I, 214–215; *Fornm. s.* III, 102–103; *Scr. hist. Isl.* III, 106–108.

2. Secundo loco nomen *Hallbjörn hali* occurrit, ubi de prælio Hakonis dynastæ cum piratis Jomensibus sermo est, et de duello inter Buium crassum et Sigmundum Bresteris filium. Tum Buius manibus privatus ambobus lacertis duas cistas auro argentoque plenas arripuisse, et in mare se projecisse dicitur. — Cui relatio codicis Flateyensis addit: „Hæc est relatio Hallbjörni halii prioris (majoris) et Steingrimi Thorarini filii, et relatio Arii presbyteri multiscii, Thorgilsis filii"[1]. — Quæ vix alio modo possunt intelligi, quam auctorem vel librarium, qui hæc descripsit (forte Styrmerem polyhistorem), librum quendam Arii presbyteri excerpsisse, ibiquè ab Ario relationes Hallbjörni halii (quem librarius majorem vocat, quum alium cognosceret juniorem) et Steingrimi citatas invenisse, quemadmodum Ario moris fuisse novimus, relatorum suorum nomina lectoribus communicare. Si vero hoc recte acciperetur, ille *Hallbjörn hali* circa annum 1100 vixerit, et nemo huic major ejusdem nominis auctoribus seculi decimi tertii cognitus fuisset.

3. Tertius hujus nominis in Recensu poëtarum bis nominatur, qui nimirum de Canuto Erici (Sancti) filio, rege Sveciæ († 1195) et de Sverre rege Norvegiæ († 1202) carmina laudatoria composuerit. Hic igitur est ille Hallbjörn hali junior, quem auctor a secunda manu historiæ piratarum Jomensium in mente habuisse videtur, quum de altero majori verba fecit[2].

4. Quarto loco nominatur *Hallbjörn Jónsson hali*, qui secundum historiam Sturlungorum cædis Oddi Thorarini filii Geldingaholti particeps fuit (14. Januar 1255)[3]. Sed de hoc inter auctores vel poëtas nulla mentio est.

---

[1]) Flateyjarb. I, 194; Ólafs s. Tryggvas. ed. Skalholt. I, 185.

[2]) Hæc fortasse Halfdano Einari ansam dederunt, carmen de pugna Julensium Hallbjörno halio tribuere, quod nullo equidem loco auctorum veterum nititur. Sciagr. Hist. Lit. Isl. pag. 44.

[3]) Sturl. 9, 20: III, 220—221.

Ex his, quæ jam attulimus, locis veterum auctorum, facile procedit, quid de poëta Hallbjörno halio accipiendum sit. Relatio de primo illo Hallbjörno ex populari more formata esse satis aperte perspicitur, et hoc quidem seculo decimo tertio factum esse demonstratur, si regulas artificiales carminis construendi, quæ a Thorleifo poëta, tumuli incola, Hallbjörno datæ esse dicuntur consideramus, quum fundamentis a Snorrone Sturlæo in versibus construendis propositis *(hættir — mál — kenníngar)* plane respondeant. Deinde etiam facile perspici potest, hanc relationem non de homine Thorleifo poëtæ coævo, sed primum non brevi tempore peracto procreari posse, quum hic priscæ jam memoriæ poëta inter heroës antiquiores temporis relatus fuerit. Hæc minus apte in Hallbjörnum „majorem" applicari possunt, quamquam enim in Norvegia fuisse videatur, et inde relationes quasdam de prælio piratarum Jomensium cum Ario presbytero communicasse[1], quas hic postea in libro suo memoriæ prodidit, tamen de carminibus ab eo compositis nihil relatum est. — De Hallbjörno vero juniore aptissime formari potuit talis relatio, idque eo magis, quum diu peregre vixisse videatur, et fortasse in Svecia mortem oppetisse. Quum igitur majorem, quam genus ejus et educatio indixisset, nominis splendorem nactus sit, facile exsurgere potuit traditio, eum mirabili quodam modo vena et arte poëtica imbutum esse. Tales enim fabellæ non exemplis carent, neque in antiquitate, neque nostris fere temporibus, quorum duo certe nobis cognita sunt. Similis est traditio de monacho, qui epitaphium Bedæ venerabili ponere cupivit, nihil autem præstare potuit nisi initium versus:

---

[1]) In Norvegia ex antiquissimo inde tempore fabulatum erat de Buio pirata, in sinu Hjörungensi auro incumbente, qui seculo decimo tertio per benedictionem Gudmundi episcopi Holensis diruptus esse dicitur. Guðm. saga góða, Drápa Árna ábóta str. 59: Bisk. s. II, 215.

Hac sunt in fossa . .
cui ignota manus addidit:
Bedæ venerabilis ossa[1].

Paulo ante nostra tempora similis fabella de poëta Islando Arna Bödvaris filio († 1777) divulgata fuit. Erat in Islandia adolescens, qui carmina Arnæ tali admiratione coluit, ut semper sibi tam præclarum poëticum ingenium optaret. Huic dormienti aliquando se revelavit poëta, promittens, si stropham a se recitatam memoria teneret, inclytum poëtam fore, deinde lingua ejus contacta hanc stropham pronuntiavit:

Herjans lærðu sálda sáld,
sáld það standi í skorðum,
svo þú verðir skálda skáld,
skáld sem eg var forðum.

Quo facto adolescens, qui stropham memoria fideliter tenebat, inclytus poëta factus est.

Quamquam vero relationes de Hallbjörno, quemadmodum jam dictum est, mythico quodammodo ornatu sint instructæ, nihil tamen obstare videtur, quin historico

---

[1]) Hæc fabella in codice Haukiano (Hauksbók) A. Magn. 764a in 4to pag. 47 tali modo traditur:

Æuentyr. Uyrduligr guds vin beda prestr agiætr utskyrari gudligra ritninga blomgadiz aeinglandi þann tima er lidit var fra hollgan guds sonar. d. o. LXXX ok. VII. ár hann var gamall madr ok sionlauss. vm þenna goda mann rennr upp spurning hui hann hefir i sinn heidr venerabilis en eigi beati. En þui skal þar til suara, at sva bar til at einn klærkr villdi semia einn versa yfir hans legstad ok sua byriadiz

hae sunt in fossa

þa gat hann medr ongvm mætti feingit þar vid sua at honum likadi, ok litlum tíma sidarr vard honum gengid til legstadar þessa goda manz. Leit hann þa ad uersinn var algiorr ok þetta vpphafit:

Hac sunt in fossa bede uenerabilis ossa . . . .

confr. Bedæ Hist. Eccles. ed. Smith. 1722. Fol. pag. 823. Bede's eccles. History ed. by Giles. (Bohn's Antiquarian library). Lond. 1849. 2. ed. preface pag. XXIII.

fundamento superstructas esse accipiamus. Sic vera esse possunt, Hallbjörnum Thingvallis in adolescentia fuisse, et deinde, postquam inopinate carmina componere cœperit, peregre profectum esse, nomen celebre apud exteros acquisivisse, nunquam autem in patriam revertisse. Carmina autem, quæ ei tribui posse videntur, hæc sunt:

1. Kvæði um Þorleif jarlsskáld, carmen de Thorleifo dynastæ-poëta encomiasticum, primum carmen ab eo compositum fuisse videtur (c. 1180?), de quo nunc nihil superest.

2. Kvæði um Sverri konúng, carmen de Sverre rege Norvegiæ († 1202), quod in Recensu nostro sub nro. 128 indicatur, nusquam apud auctores citatur, et inter deperdita numerandum est.

3. Kvæði um Knút Eiríksson Svíakonúng, carmen de Canuto Erici filio, Sveciæ rege († 1195), in Recensus nro. 29 indigitatum, de quo nihil amplius novimus, neque fragmenta nobis conservata esse cognoscimus.

30. Þorsteinn Þorbjarnarson (cfr. 125), de quo nihil cognitum est, nisi quod in hoc Recensu bis nominatur, quum de coævis Daniæ et Sveciæ regibus carmina composuisse dicatur. Neque de eo pro certo scire possumus, quatenus idem sit ac Þorsteinn kroppr (nr. 215), qui carmen de Valdemaro Canuti filio (magno) Daniæ rege confecisse dicitur, quod certe non impossibile esset, non tamen verosimile. Carmina vero Thorsteini hæc commemorantur:

1. Kvæði um Knút Eiríksson Svíakonúng, carmen de Canuto Erici filio, rege Sveciæ († 1195), quod numero Recensus mox allato (30) indicatur; nihil autem de eo superesse novimus.

2. Kvæði um Sverri Norvegs konúng, carmen de Sverre Norvegiæ rege (1177—1202), Recensus nro. 125 designatum, cujus nullam partem ad nostra tempora servatam esse scimus.

31. SUMARLIÐI SKÁLD (cfr. 126), ceterum ignotus [1], cui hæc carmina tribuuntur:

1. Kvæði um Sverri Norvegs konúng, carmen de Sverre rege Norvegiæ, in Recensu nro. 126 indigitatum, quod circa annum 1200 compositum esset; sed neque in historia Sverris regis hujus carminis vel poëtæ mentio fit, neque ullam carminis partem nunc supcresse scimus.

2. Kvæði um Sörkvi Karlsson, Svíakonúng (1195—1210), carmen de Sverke Caroli filio, rege Sveciæ, quod Recensus nro. 31 indicat, eodem fere temporis spatio compositum, nunc vero deperditum.

32. ÞORGEIRR DANASKÁLD (cfr. 220), cujus apud ceteros antiquitatis auctores nulla mentio fit, certe quidem Islandus fuisse videtur, neque ulla causa est, cur propter cognomen Danicam ei originem tribuamus [2]. Cognomen ejus hoc solummodo indicat, eum aut diu in Dania versatum esse, et multa carmina ibi edidisse, aut etiam de Danorum gente [3] carmen laudatorium composuisse, eodemque præcipue famam et celebre nomen sibi comparavisse. Carmina vero, quæ ad eum referuntur, hæc sunt:

1. Kvæði um Sörkvi Karlsson, Svíakonúng, carmen de Sverke Caroli filio, rege Sveciæ, quod in Recensu sub hoc nro. (32) indicatur, et verosimiliter ad ultimos annos Sverkis regis († 1210) referendum est. De hoc carmine nulla nunc fragmenta restare novimus.

2. Kvæði um Valdimar gamla, Danakonúng, carmen de Valdemaro grandævo (victorioso) Daniæ rege, sub nro. 220 hujus Recensus significatum, quod carmen sine dubio prioribus Valdemari annis compositum est.

---

[1]) nomen patronymicum *þorbjarnarson* in codice Upsaliensi errore librarii irrepsisse putamus.

[2]) ut Suhm. in Hist. af Danm. IX, 726.

[3]) cfr. cognomina Skakkaskáld, Kolbrúnarskáld, eorum qui dynastam Erlingum skakki, vel virginem Thorbiargam Kolbrunam carmine laudarunt.

Verosimillimum autem videtur, hunc poëtam diu in aula Valdemari regis versatum esse, et plura carmina ibi edidisse, quamquam nulla eorum fragmenta hodie supersint.

33. GRANI HALLBJARNARSON, cujus nomen apud ceteros antiquiores scriptores non occurrit, unius certe carminis auctor fuisse indicatur, nimirum cecinisse dicitur:

Kvæði um Eirík Knútsson, Svíakonúng, i. e. carmen de Erico Canuti filio, Sveciæ rege († 1216), quod ad annos 1211—1216 referendum esset. De hoc carmine nulla fragmenta ad nostra tempora conservata esse novimus.

34. ÓLAFR ÞÓRÐARSON (cfr. 145. 152. 187. 196. 218). Hic sine dubio sermo est de Olavo, albo-poëta dicto, filio Thordi Sturlæi ex concubina, nomine Thora[1], fratre Sturlæ legiferi, celebris historici et poëtæ (nr. 39), et Snorronis Sturlæi (nr. 133) ex fratre nepote. Inter fratres uterinos maximus natu fuisse videtur, et circa annum 1212 natus. In comitiis anni 1224 ut adolescens a patre nominatur, et convivio jolensi 1226 a Snorrone patruele suo magnifice celebrato cum fratre suo Sturla interfuisse fertur. In prima juventute, prout ejus temporis mos ferebat, institutione legum patriæ usus est, ut 1227 formulas juridicas de contrahenda pace recitare illi committi potuerit. Annis 1234 et tribus sequentibus cum patre suo et fratre Sturla et ceteris amicis tumultui et dissidiis implicatus primum cum fratre suo Sturla Hvammi habitabit, deinde svasu Snorronis 1236 Borgam Myrensem se contulit. Postquam autem in prælio Bæensi devictus patriam relinquere coactus fuit, anno sequenti cum patruele suo Snorrone et duobus aliis cognatis et amicis Norvegiam petiit, ibique Nidarosi hiemem transegit. Ceteris collegis suis anni sequentis æstate in Islandiam reversis, ipse ad Skulium ducem se

[1]) Þórðr (Sturluson) átti frillu, er Þóra hèt; þeirra börn: Ólafr, Sturla, Guttormr, Þórðr, Valgerðr, Guðrún, Sturl. 2, 2: 1, 50.

contulit, unde Sveciæ regem Ericum hospitatus esse et carmine hunc regem celebrasse videtur. Inde ad Skulium ducem reversus, post breve tempus Hakonem regem invisit et apud eum hiemem 1239—40 commoratus est. Vere autem sequentis anni in Daniam profectus, unum fere annum apud Valdemarum secundum transegit, et ibi magno honore habebatur. Quo tempore iterum in Islandiam reversus sit, non constat, id autem ante annum 1245 factum esse inde concludi posse videtur, quod cognatus ejus Thorgils skardius hoc anno de honoribus ejus apud Valdemarum Daniæ regem acceptis coram Hakone rege gloriatus esse traditur[1]. Post reditum suum in Islandiam totum animi ejus habitum mutatum videmus, quum enim se antea negotiis et expeditionibus bellicis misceri non dubitaverit, posthac religionis tantum et pacis componendæ curam gessit, nec unquam in bellatorum turbis inventus est. Hoc tempore Stafaholti in Borgarfiord sedem fixisse videtur, ubi homines juvenes scholis instituit, et ad munus presbyteriale præparavit[2], quamquam ipse non ultra subdiaconatum scalam hieraticam ascenderat. In comitiis anni 1248 hortante cognato ejus Thordo kakalio ad munus legiferi electus est, idque per tres annos tenuit, deinde, quum sedem per unum annum fratri Sturlæ cessisset, iterum unum annum recuperavit; anno autem 1253 peracto infirmam valetudinem certe causans, sed re vera fortasse adversariorum vehementia deterritus, officio se abdicavit et postea quiete vixit, donec anno 1259 vitam cum morte commutavit[3].

Præter scriptionem, quæ ab editoribus "Fundamentum grammatices — Málfræðinnar grundvöllr" appellata est[4], et de sonis, literis, syllabis et figuris orationis, præsertim

[1]) Sturl. 8, 3: III, 130.

[2]) Sturl. 9, 30: III, 242.

[3]) Annall. Island. ad an. 1259.

[4]) Vide hujus editionis Tom. II, 62—188, præcipue autem pag. 76—77 not. 3.

ad ductum grammaticorum Latinorum Prisciani et Donati tractat, hæc carmina Olavo tribuuntur:

1. Drápa um Þorlák biskup hinn helga, carmen majus intercalatum de Thorlaco sancto, episcopo Skalholtensi, anno 1237 compositum, quod jejunio paschali ejusdem anni Skalholti præsentavit aut recitavit[1]; de hoc carmine nihil, quantum scimus, ad nostra tempora pervenit.

2. Kvæði um Eirík Eiríksson, Svíakonúng, carmen de Erico Erici filio, rege Sveciæ (1222—1250), in Recensu sub nro. 34 designatum, quod ad annum 1238 aptissime referri putamus; quum autem inter deperdita sit, nihil certi de eo dici potest.

3. Kvæði um Hákon konúng Hákonarson, carmen de Hakone Hakonis filio, rege Norvegiæ, quod nro. 145 hujus Recensus indicatur, cujus una tantum stropha de expeditione in Vermalandiam 1225 superesse videtur:

Vígstorma namt Vermum
valdr fláræði gjalda;
lèztu ræsir gim geysa
gekk eldr um sjöt rekka.
Bændr lutu kvöl, þá er kyndist
kappshár logi sára,
gegn lètuð hyr hegna
hjörels frömuðr vèlar.

Ex hac stropha discimus, carmen metro collatato fuisse et certe intercalatum (*drápa*), coram ipso rege recitatum esse, et res ab eo gestas a primis inde regni exordiis tractasse. Tempus autem, ad quod referendum sit, verosimillimum est hiemale anni 1239—40[2].

4. Kvæði um Hákon Hákonarson ýngra, carmen de Hakone juniore, Hakonis regis filio, sub nro. Re-

---

[1]) Sturl. 6, 1: II, 190.

[2]) Hák. s. Hákonars. cap. 114: Fornm. s. IX, 356.

census 152 significatum. De hoc carmine, quod fortasse eadem hieme 1239—40 compositum fuit, nunc nihil superesse novimus.

5. Kvæði um Skúla hertoga, carmen de Skulio duce, in Recensu sub nro. 187 designatum est. Hoc carmen, si non plura fuerint ab Olavo in laudem ducis composita, quod certe verosimillimum esset, id esse putamus, cujus fragmenta Historiæ Hakonis regis a Sturla Thordi filio inserta sunt. Primo nimirum aspectu quasi in laudem Hakonis regis compositum esse videtur, sed accuratius inspicienti mox illucescet, de Skulio duce præcipue laudes decantari, verum tam caute et tanto respectu ad Hakonem regem, ut non semel dubitare possis, utrum eorum primo loco posuerit auctor. Verumtamen pro certo accipi posse putamus, carmen hoc epicedium Skulii ducis esse, post mortem ejus (1240) ab Olavo albo-poëta compositum, qui acerbam sortem amici deplorare, delicatum fautorem non offendere voluit. De hoc carmine dimetro (*hrynjandi*) decem integræ strophæ et duæ semistrophæ in Historia Hakonis inveniuntur, quarum prima res de anno 1217, ultima prælium Osloense (21. April 1240) et discessum Skulii ducis de hoc prælio tractat[1]. Versus autem, qui indolem carminis ostendant, hi præcipue testimonio esse possunt:

Aldri börðust afli stærðir,
ógnsveipinna blóðgnm greipum,
hirð sótti þar hraust at garði,
herrar tveir af drengskap meira:
undan reið sá er fremstr var fundinn
fyrða gramr at jöfnum burðum;
Sverris ætt fèkk sigr at rèttu,
svâ vildi guð, framiðr mildi[2].

[1]) Fragmenta vide in Hákonar saga Hákonars. cap. 25. 176. 177. 182. 190. 199. 219. 228. 232. 234. 235: Fornm. s, IX, 265. 430. 432. 440. 450. 464. 492. 505. 514. 518. 519.

[2]) Hák. s. Hákonars. cap. 235: Fornm. s. IX, 519.

6. Kvæði um Knút jarl Hákonarson, carmen de Canuto dynasta Hakonis filio, quod nro. 196 in Recensu designatur, circa hoc tempus etiam editum fuisse verosimile est, quamquam nunc nihil de eo relictum sit, quod testimonii loco afferri possit. Canutus autem anno 1239 dynastæ titulo honoratus est.

7. Kvæði um Valdemar gamla, Danakonúng, carmen de Valdemaro grandævo (victorioso) Daniæ rege, quod nro. 218 Recensus nostri indicatum est, anno ut antea dictum fuit 1240 vel initio anni 1241 compositum fuisse videtur, nunc vero hujus carminis nihil supcrest. Honores, quibus poëta apud Valdemarum regem fruitus est, ejus temporibus magni æstimati fuissc videntur, neque id minus, quod in literariis rebus a rege didicisse fertur. Exemplum hujus doctrinæ ipse poëta nobis dedit, quum formulam sive versum memorialem, quo literas runicas punctatas comprehendere solebat Valdemarus rex, ab ipso rege communicatum, scripto suo de literis inseruerit. In Historia Knytlingorum dicitur, Olavum Thordi filium multas scientias a Valdemaro rege didicisse, et multas præclaras relationes ei acceptas ferre[1].

8. Kvæði um Aron Hjörleifsson, carmen de Arone Hjörleifi filio, qui postquam varios casus et multa pericula in Islandia subiisset, in Norvegiam profugit, et inter aulicos Hakonis regis receptus est, postca vero, quum per intercessionem regis pacem publicam in patria

[1]) Ólafr... hafði verit í Danmörku með Valdimari konúngi, ok fengit af honum mikinn sóma, Sturl. 8, 3: III, 130. — þessa stafi ok þeirra merkingar compileraði minn herra Valldimar Danakonúngr með skjótu orðtaki á þessa lund, Sn.-E. II, 76. — Börn Valdimars konúngs ok Suffiu drottníngar voru . . . Valdimar gamli, er síðan var konúngr í Danmörk, er einhverr hefir verit ágætastr konúngr híngat á Norðrlönd; með honum var Ólafr þórðarson, ok nam at honum marga fræði, ok hafði hann margar ágætligar frásagnir frá honum, Knytl. s. cap. 127; Fornm. s. XI, 396.

sua receperat, annis 1252 et 1253 eandem invisit, et partim eum cognatis suis et amicis in Islandia occidentali, partim cum Henrico episcopo Holensi commoratus est. Quum ipse hospitalitate maximum nomen meruerit, verosimile est, eum etiam Olavi hospitalitate fruitum esse, hoc autem nescimus, an hac vice, sive antea in Norvegia eum carmine celebraverit. Duæ strophæ in Historia Aronis et in Sturlungorum historia conservatæ sunt, quæ ad tale carmen de Arone pertinuisse videntur, sive intercalatum fuerit sive non (*drápa* sive *flokkr*), et Olavo albopoëtæ tribuuntur; harum una de velitatione quadam Aroni periculosa, altera de itinere ejus in terram sanctam agit:

1. Fundr var hættr þar er hittust...

2. Fór sá er frenid ok tíri . . . [1].

Quæ strophæ verosimillimum nobis faciunt, carmen de Arone epicedium fuisse, et annis 1257 vel 1258, statim post mortem ejus, et ultimis poëtæ annis compositum esse.

9. Kvæði um Thómas erkibiskup, carmen de Thoma Cantuariensi archiepiscopo, cujus quatuor versus in Tractatu seculi decimi quarti de figuris orationis Olavo tribuuntur, certe ad hunc, virum maxime religiosum, non ad Olavum Leggi filium referendum esse videtur. Primi duo versus:

þèr fremist því með tíri,
þú ert næst guði hæstum,

qui sanctam Virginem laudant, ex initio carminis desumti esse possunt, duo secundi versus intercalares effecisse videntur:

Teitr gefr Thómas ýtum
trúarbót fyrir sið ljótan [2].

---

[1]) Arons saga Hjörleifssonar cap. 15: Biskupa sögur I, 629. 631; Guðmundar bisk. saga, cap. 92. 93: Bisk. sög. I, 543. 544; Sturl. saga 4, 41: II, 87; — cfr. de Arone Sturl. s. 8, 3. 52; 9, 1: III, 130. 177. 181.

[2]) Sn.-E. II, 204. „Er óefað úr Thómasdrápu einhverri, en hvort þessi Ólafr sè Leggsson, eða annar, er óvíst". Arn. Magn. in mss. 761. 4to. p. 173. — Utrumque fragmentum ad unum carmen refert.

10. Lausavísur, strophæ singulares, quarum duas ex annis 1239 et 1240 invenimus. Prima semistropha de Langafrjadago nave Skulii ducis agit, et verc anni 1239 composita testatur, poëtam hoc tempore cum duce versatum fuisse. Altera stropha integra, quæ post prælium Lakense (6. Mart. 1240) regios hortatur, testimonio est, eum tum duce relicto hospitem regis fuisse, cujus tamen in clientelam, sive in aulicorum cœtum nunquam acceptus fuisse videtur[1].

35. EINARR SKÚLASON, vide sub nro. 27.

36. }
37. } HALLDÓRR SKVALDRI, vide sub nro. 28.
38. }

39. STURLA ÞÓRÐARSON (cfr. 146. 153) celeberrimus poëta et auctor historicus, cum nomine gentili Sturlungorum paulatim eorum principatum obtinuit et honorifice per complures annos continuavit. De vita ejus, quæ ut ad tempora magis cognita pertinet, ita etiam per diversorum auctorum scripta non minus quam per ipsius poëmata et libros historicos multis modis illustratur, præcipua momenta jamdudum collecta et literis mandata sunt. Nos inprimis de his rebus ad „Vitam Sturlæ Thordii"[2] lectorem allegamus, deinde ad Collectanca historica et literaria Islandica, ubi multa de vita et temporibus Sturlæ disputantur, et carmina ejus, quæ restant, in ordinem redacta inveniuntur[3].

---

[1]) Strophas illas vide in Hák. saga Hákonars. cap. 195. 221: Fornm. s. IX, 457. 494.

[2]) Vita Sturlæ Thordii, in editione operis historici Snorronis Sturlæi Heimskringlæ Hafniensi, formæ maximæ, Tom. V., post Præfationem pag. XVII - XXVI.

[3]) Safn til sögu Íslands, I. B., Khöfn 1852—1862. 8vo:

a) Æfi Sturlu lögmanns Þórðarsonar I, 503—639;

b) Lögsögumanna tal og lögmanna: Sturla Þórðarson, II, 31. 37—42.

Sturla diem IV. cal. August. (29. Juli), quo festum sancti Olavi regis celebrabatur, anni 1214 ut diem natalitium coluit. Pater ejus, Thordus Sturlæ filius, frater Snorronis Sturlæi, regionis, quæ nunc toparchiam Snæfellsnesensem fere complectitur, more majorum ut curio principatum tenuit, quem matrimonio acquisiverat, et Stadi, in promontorio Snæfellsnes, nunc Staðastaðr appellato, habitavit. Postquam circa annum 1210 uxorem morte amiserat, concubinam nomine Thoram sibi assumsit, et ex ea quatuor filios et duas filias procreavit, Sturla vero inter fratres secundo loco post Olavum (nr. 34) natus esse videtur. Sturla primam pueritiam apud aviam suam paternam Gudnyam egit, quæ vidua erat Sturlæ Hvammensis; hæc gentilem mariti sui omnium suorum bonorum hæredem instituerat, sed post mortem ejus, quæ decimo circa ætatis Sturlæ anno evenit, hanc matris donationem filii nihili habebant, et omnia bona ab ea relicta sibi vindicabant, id quod tamen parum discordiarum intra familiam commovebat, nam non multo post (1226) Sturla cum Olavo fratre suo lauto convivio a Snorrone patruele suo celebrato interfuit, et plura amicitiæ signa accepit et reddidit.

Anno 1231, annum decimum septimum agens, non vile specimen consilii et auctoritatis edidit. Nam quum Gudmundus episcopus Holensis, maxima turba pauperum et omnifariæ plebis fæce stipatus, ut mos ejus ferebat, regiones amico suo Thordo Sturlæ filio subditas visitare et haurire instituerat, Thordus filium suum Sturlam ad episcopum misit, dato negotio, ut ipsi et comitatui ejus hospitia ordinaret, simulque ut quam facillime et citissime ex pago dimoveret, quod negotium magna cum dexteritate perfecit.

Postquam in turbis Sturlungensibus per plures annos partes vario cum successu ceperat, et a partibus gentilium suorum quam maxime steterat, primum anno 1251 legiferi munus accepit, post unum vero annum fratri suo Olavo albopoëtæ cessit. His temporibus et postea inter propu-

gnatores reipublicæ Islandicæ, et adversarios eorum, qui partes regias sectabantur, numerari solebat, et quamvis unus ex iis, qui in comitiis Thveraensibus, post generalia comitia æstate anni 1262 congregatis, cum aliis principalibus viris de Vestfjordis regi Norvegiæ homagium præstiterant, tamen anno sequenti, quum patria expulsus Norvegiam petere coactus fuit, primum a rege Magno, principe tam gratioso, magna cum offensione exceptus est, ita ut supplicium ægre effugere videretur. Postquam autem patrocinium Gauti Melensis, Sturlungorum amici, sibi acquisiverat, inter nautas plebcios in navc regia vectus primum dexteritate et eloquentia in fabulis narrandis applausum nautarum, deinde attentionem reginæ Ingiborgæ, postremum ipsius regis gratiam sibi conciliavit, ita ut carmina in honorem suum et patris sui ab eo composita recitandi veniam dederit. „Ne papam quidem Romanum", inquit rex, „te arte poëtica æquare puto" [1], et mox: „carmina tua, Sturla, nunc audivi, et talem de te opinionem mihi indiderunt, ut poëta sis maximus et optimus, hæc igitur tibi mea gratia et commoda mecum mansione remunerabor, quæ vero inter te et patrem meum intercedunt causæ, ad eum ipsum pertinent, ego autem te in meliorem notam recommendabo". Hoc facto cum Magno rege reconciliatus, quum rex Hacon eodem anno in expeditione Orcadensi mortem oppetisset, paulatim in amicitiam regis intimam et consilia clandestina susceptus est. Non pauca deinde graviora negotia ei a rege demandata sunt, primum in historia Hakonis regis

---

[1]) Hæc verba regis aliquid difficultatis viris doctis præbuerunt, sed ita recte intelligi putamus: ars poëtica, quæ his temporibus versificatura dicebatur, ordini clericorum inprimis attributa fuit; papa Romanus, summus ex ordine clericorum, quasi summus versificator supponitur, quem igitur in tali arte superare, mirabilem quandam artis poëticæ dexteritatem indicaret. Videmus igitur regem Magnum hoc tempore artem poëticam clericorum Latinorum quasi pro norma suprema artis poëticæ accepisse.

conscribenda, deinde in codice legum Islandiearum concinnando, quem cum duobus aliis legatis regiis anno 1271 in Islandiam portavit et annis 1272 et 1273 in leges recipi curavit. Per annos 1272—1276 munus legiferi per totam Islandiam gessit, et deinde annos 1277—1282 per quadrantem occidentalem et septentrionalem eodem munere functus est, postquam anno 1278, in Norvegia præsens, equestri dignitate et dapiferi regii munere ornatus fuerat. Anno autem 1282 officio deposito, postea privatam vitam egit, donec in prædio suo insula Fagrey a. d. III. cal. August. (30. Julii) 1284 diem supremum obiit, unde in honorem ejus notatum est, festum sancti Olavi regis primum et ultimum ejus vitæ diem fuisse. Duos filios reliquit, quorum unus, nomine Thordus, pastor aulicus Magni regis factus, in Norvegia mortem oppetivit, alter autem, cui Snorro nomen fuit, Stadarholi habitavit, quod prædium vivo patre hæreditate acceperat, ubi et Sturla in ecclesia patroni sui Petri apostoli sepultus quiescit.

Sturla Thordi filius multa et egregia scripta reliquit, quorum præcipua, quæ ad nostros dies aut integra aut ex parte servata sunt, hæc certe novimus, scilicet: Landnámabók[1], Íslendínga saga, quæ postea Sturlúnga saga vulgo appellatur[2], Hákonar saga Hákonarsonar Noregs konúngs, saga Magnús konúngs Hákonarsonar (lagabætis)[3]; fortasse etiam plures, v. c. Færeyínga saga 1277—78, quum in his insulis (Færnis) hiemavit; Huldar saga, quam 1263 palam in Norvegia recitavit, et cett., Sturlam auctorem habent. — Carmina vero, quorum nomina vel fragmenta ad nostra tempora venerunt, hæc nominare possumus:

---

[1]) exscriptum codicis Sturlæani in collectione Arnæ-Magnæana Nro. 107 Fol., vide Ísl. sög. I (1843), præfat. p. XXII—XXIII.

[2]) svâ sem Sturla Þórðarson segir í Íslendínga sögu, Guðm. saga cap. 18: Biskupa sögur I, 589; svâ sem Stulla sagði í Íslendíngasögu, ib. c. 22: I, 591.

[3]) Sturlúnga s. 10, 17—18; III, 306.

1. Þverárvísur, strophæ Thveraenses [1], carmen brevius, non interealatum (*flokkr*), metro eollatato, de pugna, quæ in eampo Thveraensi (*þverárgrund*) in tractu Eyjafjord a. d. XIV. eal. Aug. (19. Julii) anni 1255 stetit, ipso Sturla ex altera parte et duce et vietore. Hoc carmine Thorgilsem skardium, eognatum suum et eommilitonem, qui in pugna ei a latere steterat, nominatim compellat, et fortitudinem ejus laudat, quare nobis etiam verosimile videtur, hoc carmen sequente hieme compositum, et a poëta in eonvivio, quod in honorem Thorgilsis Hitardali hae hieme instituisse dieitur [2], in præsentia viri laudati et eonvivarum solenniter reeitatum fuisse. Ex hoc earmine una tantum semistropha ad nostra tempora pervenit, ab ipso auetore fortasse historiæ Sturlungorum inserta:

Þik frá ek, Þorgils, vekja
þíngmót Hèðins snótar,
járnfaldinn gekk aldar
oddr í ferðar broddi [3].

2. Þorgilsdrápa, earmen de Thorgilse skardio, quod epicedium fuit [4], post mortem Thorgilsis († 22. Jan. 1258) in honorem ejus compositum. Hujus carminis tres tantummodo strophas integras nobis servavit historia Sturlungorum, quarum una rem Bergis gestam de anno 1245 traetat, secunda et tertia pugnam Thveragrundensem antea memoratam decantant. Nomen non minus quam strophæ restantes aperte demonstrant, hoc carmen ad majora inter-

---

1) „Segir Sturla svâ í Þverárvísum", Sturl. 9, 32: III, 246.

2) Sturl. 9, 43: III, 269; efr. Safn til sögu Ísl. I, 597.

3) Sturl. 9, 32: III, 216.

4) „Svâ sem Sturla Þórðarson hefir kveðit í erfidrápu þeirri, sem hann orti um Þorgils". Sturl. 8, 5: III, 132; „Þess getr Sturla í drápu þeirri, er hann orti um Þorgils", Sturl. 9, 32: III, 246; „þessa getr Sturla í þorgilsardrápu", Sturl. ib. (III, 247). — Fragmenta earminis in Hist. Sturlung. locc. eitt. et in Safn til sögu Ísl. I, 597—598.

calata pertinuisse, metro collatato, et verosimiliter brevi post obitum Thorgilsis, anno 1258 compositum esse.

3—6. Kvæði um Hákon Hákonarson, Noregs konúng, carmina de Hakone Hakonis filio, Norvegiæ rege, quæ in hoc Recensu nostro sub nro. 146 designantur. Horum carminum quatuor certe distingui possunt, quæ omnia annis 1263—1265 composita esse videntur, quum strophæ selectæ inde desumtæ in historia Hakonis regis, ab ipso poëta his annis conscripta, inveniantur, nimirum:

a. Hrynhenda, carmen dimetron [1], inter carmina majora intercalata ut certe putamus referendum, primum locum tenet, et in Islandia anno 1263 compositum fuisse putamus. Quum nimirum Sturla patriam relinquere et Norvegiam petere cogebatur, id consilii cepisse videtur, ut Hakonem regem convenire, et carmine encomiastico placare tentaret; id autem eo probatur, quod in hoc carmine rex ut præsens compellatur, quum de expeditione ejus occidentali nihil certi ante discessum suum ex Islandia scire potuerit auctor, et propterea in Norvegia adfuturum esse putaverit. Omnes in eo etiam consentiunt, hoc idem carmen esse, de quo mox post adventum Sturlæ in Norvegiam sermo fuit, quodque coram rege Magno et regina Ingiborga eorumque aulicis recitavit [2]. De contento vero et indole carminis plurima ex fragmentis ab ipso Sturla in Historia Hakonis regis conservatis construi possunt. Reliquiæ ejus viginti et unam integram stropham com-

---

[1]) Exemplum vide in carmine Snorronis Sturlæi Háttatal, str. 63, Sn.-E. I, 676—678.

[2]) Gautr mælti: Þessi maðr er Sturla skáld þórðarson ...., hyggr ek, at hann muni hafa yðr kvæði at færa ok svâ föður yðrum . . . Segir hann (Sturla) þá konúngi, at hann hefði ort kvæði um hann, ok svâ um föður hans . . . nú vil ek (segir konúngr) at þú kveðir kvæði þat, er þú hefir ort um föður minn. Sturla kvað þá kvæðið, en er lokit var lofuðu menn mjök, ok mest drottníng. Konúngr mælti: þat ætla ek, at þú kveðir betr en páfinn". Sturl. 10, 15—17: III, 303—305.

plectuntur, cui addenda est unus strophæ quadrans, sive duo versus, qui in Edda Laufasina inveniuntur [1], et carmen diu post tempora Sturlæ, certe seculo decimo quarto, in Islandia exstitisse indicant. Versus intercalares nusquam invenire possumus, unde verosimillimum fit hoc carmen non minus quam quadraginta strophis constitisse, ita ut pauca ex priori parte, plurima ex parte posteriore nunc remaneant. Res autem, quæ tractantur, annorum 1247—1262 spatio complectuntur, a coronatione regis per Vilhelmum cardinalem episcopum Sabiuensem initium capientes, et in famæ gloria per totum orbem septentrionalem a Blalandia usque ad stellam polarem extensa finem quærentes; plurimæ autem quæ servatæ sunt strophæ in expeditionibus Hakonis regis et contentionibus cum Danis, annis 1253—1257 durantibus, morantur. Speciminis loco addamus stropham penultimam hujus carminis elegantissimi, qua acquisitio regionis borealis politissime commemoratur:

Norðr líkar þèr allt at auka
yðart vald um heiminn kalda,
gegnir munu því fyrðar fagna,
fjörnis álfr! und leiðarstjörnu;
Þengill hefir þar annar engi
allvaldr! en þú ríki haldit,
lengra reiða þjóðir þángat
þína dýrð, en röðull skíni [2].

b. Hákonarkviða [3], carmen metro antiquo *(forn-*

---

[1]) Sn.-E. II, 628.

[2]) Fragmenta carminis vide in Hákonar saga Hákonarsonar capp. 255. 274. 278. 285. 286. 289. 290. 291. 293. 294. 311. 313: Hkr. ed. max. V, 278—354 et Fornm. s. X, 19—116. — Strophæ invicem ordinatæ, cum disquisitione de ratione carminis et structura, editæ sunt in: Safn til sögu Íslands I, 601—608.

[3]) „Svâ sem segir í Hákonarkviðu, er Sturla Þórðarson orti". Hák. s. Hák. cap. 3: Fornm. s. IX, 234; „Svâ kvað Sturla í Hákonarkviðu", ib. cap. 25: Fornm. s. IX, 265. Alii appellant Hákonardrápa, alii Hákonarmál, quæ ficta nomina sunt.

yrðalag) formatum, quemadmodum in carminibus antiquis invenimus, quæ vitas heroum vel genealogias decantarunt[1]; sexaginta vero strophis constetisse videtur. Hoc carmine prior pars vitæ Hakonis regis pertractata fuit, usque ad annum 1249, quum ad conventum Thorskabakkensem austrum versus classe vehebatur. Hanc periodum sexaginta strophis comprehendit poëta, nullis strophis intercalaribus, ut in talibus carminibus mos ferebat, interspersis; tres autem sectiones, quæcunque viginti carminibus constans, tria capita vitæ regis tractant: prima nimirum juventutem et primos regni annos, donce firmum principatus fundamentum acquisiverat; altera contentiones cum socere ejus Skulio comite; tertia coronationem et transactiones cum Birgere Magni filio Sveonum comite. Ea pars carminis, quæ nunc restat, ab ipso Sturla poëta in Historia Hakonis regis nobis servata est, quadraginta duas strophas continens, quarum novem ad primam, octodecim ad secundam, quindecim ad tertiam sectionem carminis pertinuisse videntur. In prima sectione de juventute Olavi regis Tryggvii filii tractans, fugam ejus his verbis commemorat et cum fatis Hakonis comparat:

Þá hefir í ætt
öðlíngr drepit
Tryggva niðs
tírar höfði:
er framráðs
flýja þurfti
Ýnglíngs barn
fyrir úfriði[2].

---

[1]) sic **Hallmundar kviða** in Grettis saga; **Starkaðarkviða** (supra p. 293); Ýnglínga tal, Háleygjatal. Interdum talia carmina vocantur **drápa** vel **æfidrápa**, quod perperam fieri putamus, nam hoc nomine non nisi carmina intercalata recte appellari videntur.

[2]) Hák. s. Hákonars. cap. 3 (Fornm. s. IX, 234—235); cetera vero fragmenta hujus carminis occurrunt in Hák. s. capp. 3. 25

Ceterum notandum est, hoc carmen non minus simplicitate metri et dictionis, quam elegantia troporum poëticorum, cum præstantissimis antiquitatis nostræ carminibus certare.

c. Hrafnsmál[1], metro producto (*toglag*)[2], quo expeditio Hakonis regis occidentalis anno 1263 suscepta decantatur; carmen vero integrum ut videtur Historiæ Hakonis regis ab ipso poëta insertum est, unde pro certo accipere possumus, id anno 1264 compositum esse. Nomen Hrafnsmál (corvicinium) priscam traditionem sapere putamus, primum enim Thorbjörn hornklofi, unus ex poëtis Haraldi regis pulchre comati, in carmine de moribus regis aulicis corvum ut personam enarrantem introduxit, deinde Thormodus (Thorkelis) Trefilis filius, poëta Islandus seculi undecimi, carmen dictum Hrafnsmál in laudem Snorronis curionis Helgafellensis composuit, cujus pars in Historia Eyranorum (*Eyrbyggja saga*) servata est[3], cujusque metricam rationem Sturla imitatus esse videtur. Straphæ in Historia Hakonis regis occurrentes viginti sunt, neque plures unquam fuisse putamus, ita ut hoc carmen ad minora non intercalata (*flokkar*) pertinuerit, quamvis in compositione et forma inter carmina artificiosissima numerari mereatur, cui descriptio classis regiæ exemplo esse potest:

---

69. 114. 199. 220. 227. 228. 232. 233. 235. 236. 241. 255. 258. 266. 267: Hkr. ed. max. v, 6—296; Fornm. s. ix, 234—534; x, 18—40. — Strophæ vero restantes ordinatæ sunt et editæ, præmissa disquisitione de carmine in universum, primum in S. Thorlacii Antiquitatum borealium Observatt. miscellan. Specim. secundo Hafn. 1780. 8vo., cum interpretatione Latina, deinde in: Safn til sögu Íslands i, 609—617.

[1]) „sem segir í Hrafnsmálum (ok Sturla kvað)", Hák. s. Hákonars. cap. 317. 320. 323.

[2]) exempla hujus metri a Snorrone Sturlæo edita sunt in carmine ejus Háttatal str. 68—70, Sn.-E. i, 682—686.

[3]) Eyrbyggja saga ed. Guðbr. Vigfusson, Leipzig 1864. 8vo. pag. 83; cfr. Íslend. sög. i (1843), 72 not. 14.

Glumdi á gjálfrtömdum
Gestils skeiðhestum
eldr of allvaldi
ægis nafnfrægjum;
skein af skautvönum
skeiðum brimreiðar
sól af sigdeili
snotran óþrotlig [1].

Hæc tria carmina quasi trilogiam quandam epicam ad Historiam Hakonis regis illustrandam efficiunt, quum Hákonarkviða res de annis 1204—1249, Hrynhenda de annis 1247—1262, et Hrafnsmál de anno 1263 complectantur. Attamen his non contentus poëta, quartum insuper carmen composuit, nimirum:

d. Hákonarflokkr [2], carmen metro collatato, nominis ratione habita ad carmina minora non intercalata, ex sententia autem aliorum ad majora intercalata [3] referendum, quo carmine, si strophas quæ supersunt, numero undecim, consideramus, res bellicæ ab Hakone rege gestæ, et demum sepultura regis et dolor subditorum decantantur; ex quo recte concludi videtur, hoc carmen ultimum a poëta de laudibus Hakonis regis compositum esse anno 1264, sed de indole ejus stropha de victoria a Ribbungis reportata exemplo esse potest:

Hólmreyðar gekk hjálmi
Hörða valdr of faldinn

---

[1]) Hák. s. Hákonars. cap. 318—326: Hkr. ed. max. v, 357—373; Fornm. s. x, 121—141. Strophæ vero collectæ sunt, editæ et interpretatæ primum in S. Thorlacii Antiquitt. boreall. Observatt. miscell. Specimine Secundo (Hafn. 1780. 8vo), deinde in: Safn til sögu Íslands I, 618—622.

[2]) „Svâ segir Sturla í Hákonarflokki" (í Hákonarkviðu, prave cod. Skalholt.), Fornm. s. IX, 374 not. 8, secundum codicem Flateyensem.

[3]) „dróttkveðin drápa" appellatur in Safn til sögu Ísl. I, 622, quod nullo quidem antiquitatis testimonio nititur.

enn sá er úthlaupsmönnum
auðmildr sakar gildi;
fèllu fjandmenn stillis,
fèkkst tafn bláum hrafni,
en sigrgæði síðan
sumir skundaðu undan[1].

7. Kvæði um Magnús konúng Hákonarson, carmina in honorem Magni Hakonis filii, regis Norvegiæ, quæ tantummodo in Recensu codicis Upsaliensis (non Academici) sub nro. 153 indicantur, secundum relationem historiæ Sturlungorum multa fuerunt a Sturla composita[2]. Sed ex his carminibus nunc duæ tantum strophæ supersunt, quarum utraque certe ad primum carmen referenda est, quod autumno anni 1263 coram rege et regina, ut antea dictum est, recitavit; sive autem in Islandia ante discessum compositum fuerit, sive in Norvegia post adventum, pro certo nunc dici non potest, quamvis hoc postremum vero similius videatur. Neque ex fragmento relicto discerni potest, numquid pars carminis intercalati *(drápa)* fuerit, an non intercalati *(flokkr)*, quod quibusdam verosimilius visum est; si vero carmen dimetron de Hakone, quod antea commemoratum est, intercalatum fuerit, idem de hoc accipiendum erit. Laudes regiæ in hoc carmine inprimis res domesticas et togatas tractarunt, in quibus connubium cum filia regis Daniæ Erici sancti, et laudes utriusque, patris et filiæ, magnas partes habuisse videntur, quæ facile poëtæ gratiam reginæ conciliare potuerunt. Hujus rei testimonium dedit stropha, quæ simul specimen carminis nobis præbet:

---

[1]) Hák. s. Hákonars. cap. 66. 69. 104 117. 130. 146. 150. 280. 293. 326. 331: Hkr. ed. max. v, 68—380; Fornm. s. IX, 302—401; x, 57—151.

[2]) hann orti mörg kvæði um Magnús konúng, ok þág margfalda sæmd þar fyrir, Sturl. x, 18: III, 306.

Heilags hafit hála
hraustr þengils son fengit,
þik reifir guð gæfu
gnótt, þjóðkonúngs dóttur.
Snjallr má Eiríkr öllu
alldýr konúngr stýra,
yðar þroski gengr óskum,
einart við guð hreinan[1].

Quæ historia Sturlungorum refert de multis aliis carminibus, quibus Sturla Magnum regem laudavisset, nunc accuratius definiri non possunt. Certe quidem non est verosimile, Sturlam eo tempore, quod in historia Hakonis regis conscribenda et carminibus in ejus laudem componendis collocavit, id est annis 1263—1265, plura etiam carmina de Magno rege composuisse. Annis vero 1266—1271, dum in legibus conscribendis occupatus fuit, occasiones certe non defuerunt, et si historiam Magni regis integram conservare contigerit, eadem fortasse componendi ratio atque in historia patris sese ostendisset, scilicet ut auctor carminibus intermixtis relationes historicas lectoribus jucundiores facere perseverasset. Sed hæc nunc demonstrari non possunt, neque documenta adsunt, quibus ostendi possit poëtam anno 1278, quum in Norvegiam profectus est, carmina regi obtulisse, nisi hæc ex verbis historiæ Sturlungorum jam allatis deduci possint, quod tamen longius repetitum esse videtur.

8—9. Kvæði um Birgi jarl Magnússon, carmina de Birgere comite Magni filio, in Recensu codicis Upsaliensis nro. 39 indigitata, in historia Sturlungorum accuratius distinguuntur, nimirum:

a) Birgisflokkr, carmen non intercalatum, duodecim strophas continens[2], anno 1264 compositum et comiti in

[1]) Hák. saga Hákonars. cap. 310: Hkr. ed. max. v, 349; Fornm. s. x, 110—111; cfr. Safn til sögu Íslands i, 598—599.

[2]) „Sturla orti um Birgi jarl af Sviþjóð tólf vísna flokk, ok þág þar laun fyrir, var þat kompás af (*rect.* kumpásat) balldikinn

Sveciam transmissum, qui præmii loco splendidum ornatum Sturlæ remisit. Hujus carminis nihil superesse videtur.

b) Birgisdrápa, carmen majus intercalatum in laudem Birgeris Sveciæ comitis, quod in conventu Birgeris comitis cum rege Magno, æstate anni 1265 habito, comiti præsentavit[1]. Ceterum hoc carmen etiam inter deperdita numerandum est.

10. Lausavísur, strophæ solitariæ, quatuor tantum in historia Sturlungorum nobis servatæ sunt, metro collatato, quarum tres ad æstatem anni 1242 referuntur, quum post cædem Snorronis et conventum Hvitarbruensem obsidis loco auctor captivitate detentus fuit[2], quartam anno 1261 cecinit, quum fallaciam Gizuris comitis et regiorum assectarum expertus fuerat:

Rauf við randa stýfi,
rètt innik þat, svinnan
allt, því at oss hefir vælta
Óðinn[3], þar er hèt góðu.
Skaut, sá er skrökmál flytr,
skil ek hvat gramr man vilja,
Gautr unni sèr sleitu,
slægr jarl við mèr bægi[4].

40. Þjóðólfr hinn hvinverski (cfr. 44. 159. 222. 228), Thiodolfus Hviniensis, ex tractu Hviniensi in Agdis septentrionalibus Norvegiæ sito nomen ducens, a Snorrone in præfatione Historiæ regum Norvegicorum (Heimskringlæ) multiscius

eðr kyrtill hálfermaðr, balldikinn ok skarlat ok ágætt kaprún", Sturl. 10, 18: III, 306.

[1]) „En er þeir Magnús konúngr ok Birgir jarl fundust, þá færði Sturla drápu, er hann hafði ort um Birgi jarl", Sturl. l. cit.

[2]) Sturl. 6, 36: II, 257. 259; Safn til sögu Íslands I, 545–546.

[3]) nomina *Óðinn* et *Gautr* homonymice pro Gizur adhibita sunt, quod etiam Odinis nomen fuit.

[4]) Sturl. 10, 10: III, 297–298, cfr. 303. 312; Safn til sögu Ísl. I, 577.

(hinn fróði) appellatus, maximi nominis inter poëtas antiquitatis septentrionalis fuit. Si omnia carmina, quæ Thiodolfo tribuuntur, ad unum eundemque hominem referenda sint, certe ætatis ratio nonnihil dubii movet, nam non solum Rögnvaldo regi Uplandensium carmen genealogicum dedicasse dicitur, sed etiam eum Haraldo rege pulchre comato vixisse, filium ejus Gudrödum c. 870 natum educasse, immo etiam et patrem et filium supervixisse verosimile est. Adhæc inter poëtas, qui Haraldum regem sectabantur, maximus natu fuisse videtur, dicitur enim veniam mansionis domesticæ a rege obtinuisse, dum ceteri inter satellites regios detinebantur[1]. De ætate autem ejus et vita magis illucescet, si genus Haraldi regis pulchricomi et proximorum ejus cognatorum accuratius exponamus, cujus ratio talis erat:

Guðröðr veiðikonúngr *s.* hinn göfugláti
† c. 810

uxor: 1) Álfhildr	uxor: 2) Ása
|	|
Ólafr Geirstaða-álfr	Hálfdan svarti c. 827 † 860.
|	|
Rögnvaldr heiðumhærri.	Haraldr hárfagri n. 850.

Ex hac tabella perspicuum erit, Rögnvaldum regem et Haraldum pulchricomum æquum fere locum tenere, sed tamen ita, ut Rögnvaldus ætate non parum provectior esset.

Carmina, quæ Thiodolfo tribuuntur, sunt sequentia:

1. Ýnglíngatal, carmen genealogicum de Ynglingis. Omnes in eo consentiunt, Thiodolfum auctorem esse car-

---

[1]) Haraldr kon. hárfagri rèð fyrir Noregi.... skáld þrjú voru með konúngi: Ölver hnúfa ok þorbjörn hornklofi ok Auðunn illskælda. Þórólfr *(þjóðólfr)* í Hvini hafði þá orlof heima at sitja, er þetta var tiðinda... Saga skálda Har. kon. *(Hauksbók)* cap. 1, Fornm. s. III, 65.

minis *Ýnglíngatal*[1] dicti, in quo genus Rögnvaldi regis Vestfoldiæ, patruelis Haraldi pulchre comati, ab Yngvi-Freyo per seriem regum Upsalensium deductum est; sed circa vel post annum 870 compositum esse temporis ratio svadet. Carminis ipsius magna pars a Snorrone Sturlæo nobis conservata est, qui primum historiæ suæ librum, Ýnglínga saga vulgo appellatum, huic carmini præcipue superstruxit. In Ynglingorum historia viginti septem strophæ hujus carminis inveniuntur, metro antiquo *(fornyrðalag)*, quæ quadraginta quinque strophas octo versuum adæquant[2], nam ut in tali carminum genere solet numerus stropharum non certo termino octo versuum continetur, sed liberius intra vel extra hunc terminum se commovet.

Quoad argumentum attinet, prima fragmentorum stropha non de Yngvi-Freyo, sed de filio ejus Fjölne et hujus fatis tractat:

---

[1]) „Þjóðólfr hinn fróði or Hvini var skáld Haralds hins hárfagra. Hann orti ok kvæði um Rögnvald konúng heiðum hærra, þat er kallat er Ýnglíngatal.... Í þessu kvæði eru nefndir xxx lángfeðgar hans, ok sagt frá dauða hvers þeirra ok legstað", Hkr. præfat., quæ fere iisdem verbis repetuntur in præfatione Historiæ Olavi sancti (Fornm. s. IV et ed. Christianiæ 1853 p. 2) et in Skáldatal (supra p. 273). — „Rögnvaldr... konúngr á Vestfold.... kallaðr heiðumhærri (sed in carmine: heiðum hár of heitinn er). Um hann orti Þjóðólfr hinn hvinverski Ýnglíngatal". Hkr. Ýngl. s. cap. 55. — „Ólafr Geirstaða-álfr . . . Hans son var Rögnvaldr heiðum hærri, er konúngr var eptir föður sinn. Um hann orti Þjóðólfr hinn hvinverski Ýnglíngatal". Þáttr Ól. Geirst. álfs in Fornm. s. x, 210. — „Rögnvaldr heiðum hærri var konúngr á Grænlandi eptir föður sinn. Um hann orti Þjóðólfr hvinverski Ýnglíngatal, ok segir þar frá þeim konúngum, er komnir voru frá Ýngvi-Frey í Svíþjóð ok af hans nafni eru Ýnglíngar kallaðir". Þáttr af Upplendínga kon. (ex Hauksbók) cap. 2 fin.: Forn. s. Norðrl. II, 106.

[2]) Hkr. Ýngl. s. cap. 14—24. 28—31. 33. 35—36. 39. 44, 47. 49. 51—55. — Stropha de Olavo Geirstada-Alvo (Ýngl. s. c. 54) præterea invenitur in Ól. helg. cap. 16: Fornm. s. IV, 29—30. et in: Þáttr af Ól. Geirst. álf. Fornm. s. x, 209—210.

Varð framgengt
þar er Fróði bjó
feigðar orð
er at Fjölni kom:
ok siklíng
svigðis geira
vâgr vindlauss
of viða skyldi.

Quæ verosimile faciunt, initium carminis vel primam ejus partem deperdita esse. Præter ea autem, quæ in Ýnglínga saga asservantur, unam semistropham dedit Olavus albuspoëta in tractatu suo de arte poëtica, ad Thiodolfum auctorem relatam:

Höfuðbaðm
þar er heiðsæi
á Fjörnis
fjöllum drýgði [1].

quam nobis quidem ad nomen Thiodolfi Hviniensis et ejus carmen Ýnglíngatal referre vero simillimum videtur.

2. Kvæði um Harald hinn hárfagra, Norvegs konúng, carmen de Haraldo pulchricomo, rege Norvegiæ, quod nro. 44 indicatur. Ad tale carmen referimus fragmenta, metro antiquo (*fornyrðalag*), quæ populari modo vitam et virtutes Haraldi pertractasse, et ad epicedium vel carmen de vita regis pertinuisse videntur (*Haraldskviða* recte appellari potuit), ut sequentes versus satis aperte demonstrant:

1. Þá var lofðúngr
Lúfa kallaðr —
er í fylkis l . . .
. . . . ovum valt (?)
síðan var Haraldr
[inn] hárfagri
kallaðr . . . .

---

[1]) Sn.-E. II, 162.

með konúngs nafni[1].

2. Leiddist þá fyrir Lúfu
lengr at haldast
hersa drótt
ok höfðíngjum....
3. Margir gjörðu...
4. Nam minnigr...
5. Gaf görpum sínum...[2]

Duos versus præterea dedit Olavus albuspoëta in tractatu de arte poëtica, nimirum:

í herská
hilmis ríki[3],

quod Raskius ad encomium Egilis Skallagrimi filii de Arinbjörno retulit[4]. Arnas Magnæus Thiodolfo Hviniensi non sine verisimilitudine tribui posse existimabat[5], aptissime vero ad carmen Sneglu-Hallii (nr. 79) de Haraldo severo Norvegiæ rege referri videntur, cujus carminis fragmenta in eodem tractatu Olavi aliis locis inveniri putamus.

---

[1]) Hæc stropha in Fagrskinna (cap. 14 pag. 9) Thorbjörno Hornklofio (nro. 42) tribuitur, sed quum metrum eum sequentibus conveniat, his conjungere non dubitavimus, præsertim quum carmina poëtarum Haraldi sæpius apud priscos auctores confundantur. — Editores posteriorem semistropham prosa oratione dederunt.

[2]) Hæ tres strophæ 3—5 in codice Flateyensi (Flateyjarb. I, 567—568) asservantur: Upphaf ríkis Haralds hárfagra cap. 1: Fornm. s. x, 178—179, et disertis verbis Thiodolfo tribuuntur: „svâ sem segir Þjóðólfr hinn hvinverski, gamall vinr konúnganna". Stropha 2 autem (Upph. c. 7: Fornm. s. x, 192) Flateyjarb. I, 574, Hornklofio auctori adseribitur, quamquam metrum ceteris respondeat.

[3]) Sn.-E. II, 170.

[4]) in carmine Egilis de Arinbjörno str. 11 legitur:

í herskás
hilmis garði,

quæ certo hoc modo transmutata citari potuerunt.

[5]) „mun þetta ei kunna að vera Þjóðólfs (úr Hvini)?" AMagnæi nota in excerptis Nr. 761 4to. p. 191.

3. Kvæði um Hákon jarl Grjótgarðsson, carmen de Hakone comite Griotgardi filio, Recensus nostri nro. 159 indigitatur, nullæ autem hujus carminis reliquiæ nunc ostendi possunt. Notum est, Haconem comitem inter præstantissimos Haraldi regis pulchricomi satrapas et intimos amicos fuisse, qui partibus regis c. annum 865 vel 866 sese associavit, et filiam suam Asam ei nuptum dedit, vixit autem usque ad annum c. 900.

4. Kvæði um Strútharald jarl, carmen de Strutharaldo, comite Danico, Recensus nostri nro. 222 Thiodolfo Hviniensi adscribitur. Sed lectiones codicum hoc loco in diversas partes ferunt, nam codex Academicus Strutharaldum, Upsaliensis Sveinem comitem carmine Thiodolfi laudatum esse tradunt. Si hunc Sveinem comitem patrem Strutharaldi fuisse accipimus, cujus nomen alias ignotum est, nihil offendere posset, si autem de Strutharaldo tale carmen a Thiodolfo Hviniensi confectum fuisset, non ad hunc Thiodolfum, sed ad nepotem ejus, quemadmodum jam antea memoratum est[1], referendum esset. Ceterum hujus carminis nihil nunc restare novimus.

5. Kvæði um Þorleif hinn spaka, carmen de Thorleifo sapiente, Recensus nostri nro. 228 designatur. Nomen Thorleifi sapientis primum in Historia Halfdani nigri occurrit, deinde temporibus Haraldi pulchre comati, Hakonis boni, et demum Olavi Tryggvidæ Norvegiæ regis, quos Thorleifos diversos esse homines necesse accipitur. In legislatione antiquissima Norvegiæ et Islandiæ Thorleifo sapienti partes datæ sunt. De Thorleifo Haraldi pulchricomi coævo certe hoc loco sermo est, et nos quidem nulli dubitamus, quin carmine hic designato illustrissimum carmen Haustlaung significetur[2]. Ipsum enim hoc carmen indicat, poëtam a Thorleifo clypeum splendidum, figuris mythologicis depictum, dono accepisse, quem carmine

[1]) vide pag. 268 not. 1.

[2]) cfr. supra pag. 24.

descripsit, ita ut picturas areatim divisas singulas aliquot strophis decantaret, et quemcunque stropharum cyclum versibus intercalaribus concluderet, id quod plane eodem modo fit, atque in carmine Bragii de clypeo a Ragnare donato[1]. Fragmenta hujus carminis, quæ nobis Edda Snorronis servavit, indolem ejus et constructionem egregie demonstrant, quamquam dolendum est, non parvam ejus partem, quæ tempore Snorronis verosimiliter adhuc conservata fuit, nunc interiisse. Quemadmodum autem ex fragmentis videre licet, præter introductionem, quæ fortasse conservata est, et apodosin, quæ interiit, carmen ipsum in sectiones divisum fuit, quarum singulæ singulas picturas clypei secundum areas descripserunt, non tamen ita, ut sectiones æquales essent, quemadmodum seriores poëtæ curæ habebant, sed impari stropharum numero, prout ipsa picturæ ratio poscere videretur. Tales sectiones carminis duas integras habemus, præter fragmentum, quod ad tertiam referendum esse putamus:

a. sectionem, tredecim strophas continentem, quæ Idunnæ rapinam[2] describit. Hæc sectio, quamvis ordine posterior citatur, in ipso carmine priorem vel fortasse primum locum tenuit, et sic incipit:

Hve skal galla gjöldum
gunnveggjar brú leggja
raums þá er rekka sæmi
raddkleif at Þorleifi? . . .

sed hac semistropha intercalari finitur:

Þaz of fát á fjalla
Finns ilja brú minni;
baugs þá ek bifum fáða
bifkleif at Þorleifi[3].

[1]) vide supra pag. 309.

[2]) „Eptir þeirri sögu orti Þjóðólfr hinn hvinverski í Haustlaung". Sn.-E. I, 304.

[3]) Sn.-E. I, 306—314, cfr. III, 40—47. Strophæ secundæ pars prior etiam invenit Sn.-E. I, 492, et stropha tertia Sn.-E.

b. alteram sectionem, quæ septem strophas complectitur, et certamen Thoris cum Hrungnere gigante[1] decantant, quam continuationem esse, non primam carminis sectionem, primi versus indicant:

Eðr of sèr, er jötna
ótti lèt of sóttan
hellis bör . . . . .

i. e. Adhuc etiam videre licet (sc. in picturis clypei), et cett. — Hæc autem sectio semistropha intercalari concluditur, cum variatione:

Gjörla lít ek á Geitis
garði þeir of farðir;
baugs þá ek bifum fáða
bifkleif at Þorleifi[2].

c. fragmentum, quod Thiodolfo adscribitur in tractatu Olavi albipoëtæ de arte poëtica:

snart við sæþráð kyrtat
sík, lá hlær á díki[3],

ad hoc ipsum carmen apte referri posse videtur, quod si recte fieret, hac sectione piscatura Thoris et certamen cum serpente Midgardico descripta fuissent.

1, 168—170. — Integra vero hæc sectio carminis edita et interpretata est a Skulio Thorlacio in Antiquitt. Borealium Observatt. miscell. Spec. vi. Hafn. 1799. 8vo. (ed. special.: „Fragmenta Höstlangæ et Thorsdrapæ". Hafn. 1801. 8vo); cum paraphrasi et glossario Islandico ed. Sveinb. Egilsson in programmate Scholæ Reykjavikanæ 1851. 8vo.

[1]) „Eptir þessi sögu hefir ort Þjóðólfr hvinverski í Haustlaung". Sn.-E. i, 278.

[2]) Sn.-E. i, 278—284, cfr. iii, 21—24. Strophæ primæ posterior semistropha etiam invenitur p. 316. Integra vero hæc sectio edita est a Thorlacio et Egilssonio in libris modo citatis, et a Bened. Gröndal cum analysi et paraphrasi Danica in tractatu qui inscribitur: *Hrungnersmythen*, in Annall. for nord. Oldkynd. 1860, pag. 293—306.

[3]) „sem Þjóðólfr kvað", Sn.-E. ii, 128; quoad vocem sæþráð confr. mjótygill in versu Bragii, Sn.-E. i, 504.

6. Carmen de pugna Hafursfiordensi, cujus fragmenta in Fagrskinna et Edda Snorronis sub nomine Thiodolfi occurrunt, nos auctoritatem Heimskringlæ in Historia Haraldi pulchricomi secuti, Thorbjörno hornklofio (nro. 42) attribuimus.

7. Lausavísur, strophæ solitariæ, quæ Thiodolfo tribuuntur, non parum argumenti ad ætatem hujus poëtæ accuratius statuendam nobis præbent, quum nulla earum anni 880 terminum superet. Prima semistropha:

Höfðum vèr í höfði . . .[1]

Gudrödum filium Haraldi regis et fratres ejus ex uxore Finnica seu Lapponica susceptos cum patre reconciliavit. — Altera stropha cavillationes fæminarum Danicarum de Haraldo rege et rebus bellicis ab eo gestis retorquet, et illi tempori convenit, quo Haraldus rex nuptias Ragnhildæ, Erici Jutiæ regis filiæ, ambiit; quam stropham, quum ab editoribus neque recte data neque accurate interpretata sit, integram dabimus cum interpretatione:

Annat skulu þær eiga
ambáttir Ragnhildar,
dísir dramblátar,
at drykkjumálum:
en þèr sèt hergöpur
er Haraldr hafi
sveltar valdreyra,
en verar þeirra bræði[2].

i. e. Ancillæ Ragnhildæ, puellæ fastuosæ, alios sibi sermones inter potandum delectamento habeant, quam ut vos lynces carnivoras (animalia carnivora)[3] videatis, quibus

---

[1]) Hkr. Har. hárf. c. 26.

[2]) Upphaf ríkis Har. hárf. Flateyjarb. I, 576; Fornm. s. x, 194—195 cfr. XII, 226; P. A. Munch in Literaturtid. 1845, pag. 12. Carmini de Haraldi moribus aulicis hanc stropham inseruerunt Munch et Unger, Oldnorsk Læsebog, 1847, pag. 113.

[3]) hergopa nobis est idem ac hergaupa, lynx exercitus, animal carnivorum. Tum sensus perspicuus est, nimirum non causam esse, cur Haraldi fortitudo et virtus bellica parvi æstimetur.

Haraldus sanguinem occisorum parce præbuerit, quibus vero mariti eorum prædam præbeant. — Tertia semistropha:

Hár skyli hirðar stjóri . . .[1]

ad tempus, quo Haraldus regnum cum filiis dividere proposuerat, referenda esse putatur. — Quarta deinde stropha integra:

Farit er áðr fleyja . . .[2]

ad annum c. 925 pertinet, quum Gudrödum filium regis ab itinere periculoso dehortari conatus est; Gudrödus autem, admonitione nutricii sui neglecta, in eodem itinere aquis demersus periit. Floruit igitur hic poëta inclytissimus per annos certe 880—925.

41. AUÐON ILLSKÆLDA primum Halfdani regis nigri poëta fuisse dicitur, deinde ad aulam filii ejus Haraldi regis pulchricomi transiisse[3]. In Recensu nostro nulla mentio fit carminum, quæ de Halfdano nigro composuerit, quæ igitur temporibus Snorronis Sturlæi jam memoria intercidisse videntur. Circa annum 870, ante pugnam Hafursfiordensem, tres poëtæ Haraldi regis pulchricomi nominantur, qui inter aulicos primarias sedes ex adverso ipsi regi tenebant, inter eos vero principalem locum occupasse dicitur Audunus illskælda, quum inter eos maximus natu esset[4].

Carmina Auduni de Haraldo rege, quæ satis verosimiliter plura extitisse potuerunt, hæc tantum apud antiquos auctores commemorantur:

---

[1]) Sn.-E. I, 452—454, cfr. III, 91.

[2]) Hkr. Har. hárf. cap. 37.

[3]) Egils s. cap. 8: „hann hafði verit skáld Hálfdanar svarta, föður Haralds konúngs".

[4]) Egils s. l. c.: „Af öllum hirðmönnum virði konúngr mest skáld sín. þeir skipuðu annat öndvegi. þeirra sat innst Auðunn illskælda. hann var elztr þeirra".

1. Drápa um Harald konúng hárfagra, carmen intercalatum, cujus versus intercalaris ex alio quodam carmine, quo cognatus ejus Ulfus Sebbii filius (nr. 45) Haraldum regem laudaverat, interceptus fuisse dicitur, Audunus autem, ut plagiarius apud regem denuntiatus, non solum hujus iram in se contraxit, sed etiam sibi ipsi cognomen ignominiosum illskælda (malus poëta) et carmini suo nomen Stolinstefja (versu intercalari furtivo) acquisivit. Postea tamen iterum in gratiam regis receptus fuit[1]. Ex hoc carmine nulla nobis fragmenta relicta esse videntur.

2. Lausavísur, strophæ singulares, quarum nobis duæ relictæ sunt, altera nimirum semistropha, qua poëta de homine loquaci conqueritur, qui quum carmen Ulfi *(moldar kenniseiðs* = orms, i. e. *Úlfs)* nosceret, de eo tacere non potuisset:

Maðr skyldi þó moldar . . .[2]

quam semistropham Olavus albus-poëta nobis servavit. Hic igitur sermo est de carmine ante dicto, et de denuntiatore, qui plagium ad regem detulerit. — Altera stropha in narratiuncula antea memorata de poëtis Haraldi pulchre comati invenitur, ad carmina amatoria pertinens, quam ab editoribus mancam hucusque relictam integram restituere conati sumus:

Stóðu vèr und víðum
vindartjálgu linda,
herkir Hildar[3] serkja —
hverr vèlti þat? beltis[4];

---

[1]) „Auðunn var þá kominn í sætt við konúng, fyrir þat er hann tók stef or drápu þeirri, er Úlfr Sebbason, frændi hans, hafði ort um Harald konúng; tók Auðunn þar fyrir auknefni, en drápan Stolinstefju nafn". Saga skálda Haralds kon. hárf., Fornm. s. III, 65.

[2]) Sn.-E. II, 98—100.

[3]—[4]) conjecturæ Jon. Thorkelss. pro hyriar et belti.

þat hykk[1] hrammfjöturs[2] hvöttu
Hlakk, fankat ek mey rakka,
[bóg]ar ske[lf und] bjálfa
bjúg þars[3] saman smjúga[4].

3. Stropha de bellatoribus, qui Úlfhèðnar (lupinis pellibus loricati) dicuntur:

Úlfhèðnar heita . . .

uno loco[5] Auduno tribuitur, sed rectius ad carmen Thorbjörni Hornklofii (nr. 42) de moribus aulicis Haraldi regis pertinuisse videtur[6].

42. Þorbjörn hornklofi, Norvegici certe generis fuisse videtur, et si narratiunculæ de poëtis Haraldi regis pulchre comati fides habenda est, proceribus Upplandensibus arcta consanguinitate junctus fuit[7]; si autem ex carminibus ejus argumenta sumenda essent, non desunt exempla, quæ virum ex regionibus occidentalibus oriundum demonstrent, quum v. c. sæpius Norvegos appellet Austmenn[8], i. e. homines orientales, quemadmodum apud Orcadenses et Islandos, et plures homines regionum occidentalium moris erat. Fortasse igitur in expeditione

[1]—[3]) cod. membr. hygg — hrafnfiöturs — þar.

[4]) Hauksbók (AMagn. 544. 4to. fol. 88a; cfr. Fornm. s. III, 86 et „Corrigenda" in fine libri; Scr. Hist. Island. III, 70—71.

[5]) Upphaf ríkis Har. hárf. cap. I, Flateyjarb. I, 568; Fornm. s. x, 179.

[6]) vide infra pag. 411.

[7]) „Þá mælti Hornklofi: á ek gavfgan frænda ok mikilmenni er heitir Rólfr nefia; hann var enn mersti kappi á æskv alldri, en ecki er hann vngr ok þó hinn ravstazti; hann er lendr maðr Harallz konvngs; hans fvnd mvn ek sækia, þætti mer þat mikit travst ef hann reðiz í þersa ferð . . . . . Nv er at segia af Þorbirni hornklofa, at hann kemr á Vpplönd til Rólfs nefiv". . . . Hauksbók (AM. 544, 4to. fol. 88, cfr. Fornm. s. III, 69 ubi hic locus propter exscriptorum lacunam desideratur, 71).

[8]) allvaldr Austmanna, de Haraldo rege, in carmine de pugna Hafursfjordensi; austkylfur, per opprobrium de Norvegis orientalibus, ibid.; okkja Austmanna, de muliere Norvegica.

Haraldi occidentali, si quidem recte hæc expeditio ad primam periodum Haraldi, ante pugnam Hafursfjordensem, sit referenda, ei se associaverit. Cognomen ejus hornklofi inter veteres denominationes poëticas corvi occurrit[1], et ex appellatione hujus avis, quæ præsertim in carmine ejus de aula Haraldi magnas partes habet, et fortasse corvicinium *Hrafnsmál)* appellatum fuit, deductum esse videtur.

Thorbjörnus hornklofius inter poëtas vetustiores maximi nominis fuit; carmina vero, quorum nomina vel fragmenta ad nostra tempora pervenerunt, hæc præcipua sunt:

1. Glymdrápa[2] (carmen altisonum, v. carmen de fremitu bellico), de Haraldi regis pulchre comati rebus bellicis a primis exordiis usque ad prælium Hafursfjordense, sed tamen ante hoc in Norvegia, Gautlandia et Scotia gestis[3]. Ex hoc carmine, quod inter celeberrima antiquitatis nostræ poëmata commemoratur, septem tantummodo strophæ integræ et duæ semistrophæ apud auctores citantur, sed ordine nonnihil perturbato, ut inde de vetustate ejus perspicuum fiat. Nos in his ordinandis Snorronis auctoritatem inprimis sequimur:

1. Hrjóðr lèt hæstrar tíðar ($^1/_2$ . . .[4]
2. Hilmir rèð á heiði . . .
3. Gjörði glamma ferðar . . .[5]

---

[1]) Sn.-E. II, 488, 571. Interpretatio: cornufissor (Egils s. ed. 1809, pag. 27) verbalis est.

[2]) „Þess getr Hornklofi í Glymdrápu", Hkr. Har. hárf. cap. 9. — „Haraldr konúngr hárfagri herjaði á Skotland", svâ sem getið er í Glymdrápu", Hkr. Ól. helg. cap. 99, cfr. Orkn. saga cap. 1.

[3]) Strophæ hujus carminis, quæ ab auctoribus nostris, v. c. Fagrskinna cap. 13, ad prælium Hafursfiordense referuntur, non de hac pugna, sed de prælio Solskelensi agunt. vide Gudbr. Vigfuss. Safn til sögu Ísl. I, 213.

[4]) Fagrskinna cap. 13; Flateyjarb. I, 572; Fornm. s. x, 186; Sn.-E. I, 440.

[5]) Hkr. Har. hárf. cap. 9; Sn.-E. I, 494.

4. Þar svâ at bars at borði ...[1]
5. Háði gramr þar er gnúðu ...[2]
6. Grennir þraung at gunni ...
7. Ríki þreifz reiddra eyxa ...[3]
8. Menfergir bar margar ...[4]
9. Kemr at yðr nè æðri ($^1/_2$ ...[5]

2. Kvæði um Hafrsfjarðar ornstu, carmen de pugna Hafursfjordensi, a nonnullis auctoribus antiquis Thiodolfo Hviniensi (nro. 40), a Snorrone vero Thorbjörno adscribitur, cui nos etiam magis assentiendum esse putamus, non solum propter rationem metricam (genus quoddam metri *Ljóðaháttr*), quæ Hornklofio peculiaris fuisse videtur, sed etiam propter dictionis formas, antea jam allatas, quæ vix apud poëtam Norvegum (Thiodolfum) inveniri possint. Ratio metrica nonnullos viros doctos induxisse videtur, ut fragmenta hujus carminis cum sequenti conjungerent, sed accuratius inquirenti statim illucescet, duo diversa esse, alterum nempe mox post prælium Hafursfjordense (872) editum, alterum vix ante annum 890, postquam Haraldus regno subacto et consolidato mores aulicos lautius et luxuriosius instituere coeperat, et cum Jutiæ regis filia matrimonium inierat. Ad carmen Hafursfjordense hos versus referimus:

1. Heyrðir þú í Hafrsfirði ...
2. Hlaðnir voru þeir hölda ...
3. Freistuðu ens framráða ...
allvalds Austmanna ...
4. Leiddiz þá fyrir Lúfu

[1]) Hkr. Har. hárf. cap. 10; Fagrsk. cap. 13; Flateyjarb. I, 572; Fornm. s. x, 186. 187—8.

[2]) Hkr. Har. hárf. cap. 11; Fagrsk. cap. 13; Sn.-E. I, 418; Flateyjarb. I, 572; Fornm. s. x, 187.

[3]) Hkr. Har. hárf. cap. 17.

[4]) Hkr. Har. hárf. cap. 22; Fornm. s. I, 194.

[5]) Flateyjarb. I, 572; Fornm. s. x, 187.

5. Á baki lètu blikja...
æstuz austkylfur...[1]
6. Valr lá þar á sandi (1/2...[2]

3. Kvæði um hirðsiðu, carmen de moribus aulicis apud Haraldum regem pulchre comatum, olim fortasse Hrafnsmál appellatum, quod auctor epitomes Historiæ Norvegicæ, Fagrskinna dicti, integrum ad manus habuisse videtur. In hoc carmine virgo Finnica, sive nympha bellica *(Valkyrja)* introducitur, cum corvo colloquium ferens, qui in aula Haraldi regis ab ovo usque versatum se fuisse dicit, et nymphæ percontanti de Haraldinorum aulicorum, poëtarum, Berserkorum (propugnatorum), et histrionum moribus et vitæ conditione refert. Fragmenta, quæ ad hoc carmen referenda esse videntur, ex maxima parte in codice Fagrskinna dicto nobis servata fuerunt, non tamen sine corruptione, quam hic restituere tentavimus, et propterea primas duas strophas, quas initium carminis effecisse perspicuum est, integras dedimus:

1. Hlýði hríngberendr
meðan frá Haraldi segi ek,
odda íþróttir
hinum afarauðga.
Frá málum mun ek segja
þeim er ek mey heyrða
hvíta haddbjarta

---

[1]) Hæ quinque strophæ semper apud auctores veteres cohærent, et certe ad unum idemque carmen sunt referendæ, quamquam in nomine poëtæ discrepent, tali modo: „Svâ segir Hornklofi", Hkr. Har. hárf. cap. 19; „Svâ sem segir Þjóðólfr or Hvini", Fagrsk. cap. 13; „Svâ segir Þjóðólfr", Upphaf ríkis Har. hárf. in Flateyjarb. I, 573; Fornm. s. X, 190—91. Prior ultimæ strophæ pars in Sn.-E. I, 34 invenitur, præmissis his verbis: „Svâ segir Þjóðólfr enn hvinverski".

[2]) Sn.-E. I, 234. 236, præmittens: „Svâ kvað Þjóðólfr hinn hvinverski".

[er við hrafn ræddi[1].
2. Vitr þóttiz Valkyrja,
en verar óru
þekkir finnu[2] enni framleitu,
er fuglsrödd kunni;
kvaddi hin kverkhvíta
ok hin glæghvarma
Hýmis hausreyti,
er sat á hornum bjarga.
3. Hvat er yðr hrafnar . . .
4. Hreyfðiz hinn hausfjaðri . . .
5. Kunna hugðak þik konúng mundu . . .
6. Úti vill jól drekka . . .[3]
7. Hversu er fègjafall ($^1/_2$ . . .
8. Mjök eru reyfðir . . .
9. Þá eru þeir reifir . . .
10. At skálda reiðu vil ek þik spyrja $^5/_8$) . . .
11. Á gerðum sèr þeirra ($^{11}/_8$ . . .[4]
12. At berserkja reiðu vil ek þik spyrja ($^6/_8$ . . .
13. Úlfhèðnar heita ($^{10}/_8$ . . .[5]

[1]) Bened. Gröndal corrigit: [við hrafn ræða, quod certe facilius procederet.

[2]) sic ad ductum literarum in exscriptis Fagrskinnæ vide edit. 1847, præfat. p. xv) legit Bened. Gröndal. — Lectio fenju, quæ quoad sensum etiam procederet, longius a literarum ductibus abest.

[3]) Has sex strophas continenter dedit Fagrskinna, præmissis his verbis: „svâ sem segir Hornklofi skáld, gamall vinr konúnga, er jafnan hafði í hirðum verit frá barnæsku". Fagrsk. cap. 5, pag. 3—4. Ultimam stropham eidem auctori tribuit Snorro, in Hkr. Har. hárf. cap. 16 dicens: „Svâ segir Þorbjörn hornklofi".

[4]) Strophis 7—11, quas continenter l. cit. dedit Fagrskinna, hæc præmittit: „Þetta er enn kveðit í því sama kvæði".

[5]) strophas 12 et 13 conjunctim dedit Fagrskinna l. cit. — Upphaf ríkis Har. hárf. in Flateyjarbók I, 568 (Fornm. s. x, 179) stropham 13. Auduno malo-poëtæ (nro. 11) attribuit („sem segir Auðunn illskælda"), sed perperam ut putamus, quum aptissime ad carmen Thorbjörni referri videatur.

14. At leikurum ok trúðum ($^5/_8$ . . .
15. At hundi elskar Andaðr ($^{10}/_8$ . . .[1]

Speciatim præterea una stropha apud plures auctores antiquos adfertur, quæ ad hoc carmen recte pertinere videtur, nimirum:

16. Hafnaði Hólmrýgjum ($^6/_8$ . . .[2]

4. **Lausavísur**, strophæ singulares, quæ ad Thorbjörnum hornklofium auctorem referuntur, nullæ apud antiquitatis scriptores occurrunt, præter unam amatorii generis, quæ narratiunculæ de poëtis Haraldi inserta, huc usque ab editoribus manca relicta est:

Hildr of rèð því er hèldu
Hörngráts fyrir mèr hlátri,
því em ek lystr at lasta
Lès tandra Vör[3] þessa,
ok liðbauga Lygra[4]
lèt æva mik sævaz[5].
Slík man[6] oss við ekkju
Austmanna för sannaz[7].

43. ÖLVER HNÚFA, filius Karii de Berdla, regi Haraldo pulchricomo fere coævus fuit, natus c. 845. Genus ejus ad copiosissimas et celeberrimas familias Norvegiæ et Islandiæ referri potest, et non paucos poëtas maximi nominis complectitur, ut hæc tabula demonstrat:

---

[1]) strophæ 14 et 15 conjunctæ sunt in Fagrskinna l. cit. cap. 8, pag. 6.

[2]) „Þess getr Hornklofi", Hkr. Har. hárf. cap. 21; „þessa getr Þorbjörn hornklofi", Ól. Tryggvas. in Fornm. s. I, 7 (cfr. Flateyjarb. I, 42); „svâ sagði Þjóðólfr", Upph. rík. Har. hárf. cap. 8: Flateyjarb. I, 576; Fornm. s. x, 195. – Hæc stropha, ut antea diximus, maximi momenti est, si enim ad hoc carmen pertineret, quod nos quidem recte accipi putamus, totum hoc carmen referendum esset ad annum c. 890, postquam Haraldus rex cum Ragnhilda Jutiæ regis filia matrimonium inierat.

[3]–[6]) conject. Jon. Thork. pro: lest vndir fðr — liðbjvgrar leigrar — sævar — eigi mun.

[7]) Saga skálda Har. hárf. in Hauksbók. fol. 88a: Fornm. s. III, 68 et corrigenda in fine ejusdem libri. cfr. Scr. hist. Isl. III, 71—72.



Ölver hnufa adolescens cum Thorolfo Kveldulfi filio rem piraticam exercuit, quod quum per paucos annos egisset, autumno quodam sacrificiis autumnalibus apud Atlium comitem Gaulensem interfuit, et ibi filiam comitis Solveigam vidit, cujus amore captus, nuptias ambire cœpit, sed ut vir popularis ordinis a patre repulsam tulit. Tum Ölver re militari relicta, carmina erotica fundere incepit, quo ira incensi filii comitis eum domi adorti vita privare proposuerant (868); ille vero septentrionem versus in Mæriam ad Haraldum regem profugit, et homagium ei præstitit, quo facto eodem autumno cum rege boream versus Thrandheimiam profectus est, sensimque intimam amicitiam regis sibi conciliavit, et poëta ejus factus est. Duobus posthac annis (c. 870) tertium locum in aula Haraldi regis inter poëtas habuit, quantum vero fortitudinis nomen habuerit, vel inde patet, quod in prælio Hafursfjordensi inter prorarios regis locum tuebatur. Post cædem Thorolfi Skallagrimi filii, nepotis sui et socii (877), aulam regis et

satellitium relinquere voluit, sed veniam impetrare non potuit, quum rex eum artis ejus (poëticæ) causa dimittere noluerit [1], quo igitur verosimile fit, hunc poëtam per vitæ dies in aula Haraldi regis vixisse. Præter ea, quæ de Ölve in Historia Egilis Skallagrimi filii referuntur, in narratiuncula de poëtis Haraldi regis pulchre comati partes habet [2], et adhæc multa relata esse dicuntur de rebus, quæ inter eum et duos sodales Islandos Grimum et Gunnarem intercesserunt, quæ vero relationes nunc interierunt, sive scriptæ fuerint sive per orales sermones divulgatæ et conservatæ [3]. Clavis metrica Rögnvaldi comitis variationem metricam præbet, quæ *Nufo-hattr (= Hnúfu háttr)* appellatur, quam tamen ex cognomine poëtæ derivare non audeamus, quum ex ipsa variationis indole tale nomen obtinere potuerit, et a posterioribus *álagsháttr* appellata sit [4].

Carmina Ölvis, quorum apud scriptores veteres mentio fit, sunt sequentia:

1. Mansaungskvæði um Solveigu hina fögru, Carmina erotica de Solveiga formosa, filia Atlii comitis Gaulensis, quæ multa fuisse dicuntur [5], omnia vero nunc deperdita.

2. Kvæði um Harald konúng hárfagra, carmina de Haraldo rege pulchre comato, rege Norvegiæ, quæ Recensus nostri nro. 43 indicantur, et plura fuisse potuerunt, nunc autem omnino perdita sunt.

---

[1]) Egils s. c. 2. 4. 8. 9. 22.

[2]) Fornm. s. III, 65—82.

[3]) „Þeir Grímr fèlagar (Grímr ok Gunnarr) urðu sárir nokkut, ok fóru þeir utan um sumarit, sem ætlað var; er mikil saga af þeim í Noregi, frá viðskiptum þeirra Ölvis hnúfu". Gullþóris s. in fine, vide Ný Fèlagsrit XXI, 120.

[4]) Háttalykill Rögnvalds jarls, str. 22; efr. Háttalykill Lopts Guttormssonar 1793. 8vo., str. 5 et 29. Snorroni diversa metri ratio est, Sn.-E. I, 636.

[5]) „síðan orti Ölver mörg mansaungskvæði" (um Solveigu). Egils s. cap. 2.

3. Fragmentum duobus tantum versibus constans, quod ad carmen quoddam de Thoro deo (**Þórsdrápa?**) pertinuisse, et speciatim de piscatura Thori et certamine cum serpente Midgardico tractasse videtur:

Æstist allra landa
umgjörð ok sonr jarðar [1].

Ceterum de hujus carminis ratione et indole nihil nobis relictum est.

4. **Lausavísur**, strophæ singulares, quarum unam tantummodo servavit narratiuncula de poëtis Haraldi regis, ad versus eroticos pertinentem. Hanc stropham, ab editoribus mancam relictam, integram dabimus:

Lögðis hefir of lagða
laug Frigg duna [2] augna
Skollvalds kvánar [3] skáldi
skíðgarm [4] saman hvarma;
ok bandvaniðr [5] blundar
bekkjar hjörtr í rekkju,
því hefk fyrgnar fýris
fjón, gólf dáinn sjónum [6]..

44. ÞJÓÐÓLFR OR HVINI: vide supra sub nr. 40.

45. ÚLFR SEBBASON, de quo nihil nobis innotuit, præter ea, quæ in narratiuncula de poëtis Haraldi regis pulchre comati nobis relata sunt. Si vero hanc narrationem sequimur, de Haraldo rege carmen laudatorium intercalatum composuit, quod primis regni annis Haraldi factum esse inde perspicuum fit, quod Audunus maluspoëta *(illskælda)*, cognatus ejus, ex hoc carmine stropham intercalarem desumserit, et carmini suo in Haraldi laudem composito inseruerit (vide supra, sub nro. 41). Hæc de

[1]) Sn.-E. I, 254.

[2]—[5]) conject. Jon. Thork. pro: lauk fr. dain — skiollvaldaðan — skíðgarð — bandvaniða.

[6]) Hauksbók (AMagn. 544. 4to.) fol. 88a; cfr. Fornm. s. III, 68 et corrigenda in fine libri; Scr. hist. Isl. III, 71.

Historia de Ulfo Sebbi filio et Kvigo comite desumta esse dicuntur, nunc vero hæc historia omnino deperdita est[1], quemadmodum ipsum carmen Ulfi de Haraldo, non minus quam carmen Auduni cum versu intercalari ex carmine Ulfi interposito.

46. GUTTORMR SINDRI (cfr. nr. 49. 51), Norvegus ex Thrandheimensi tribu oriundus, et nobili loco natus, primum cum Haraldo rege pulchre comato, deinde cum filio ejus Halfdane nigro vixit, et utrique amicitia junctus fuit. Utrumque eorum carmine celebravit, sed præmia sibi oblata non accepit, rogans, ut petenti aliquando satisfacere vellent, quod etiam ei polliciti sunt. Postea simultatibus inter patrem et filium exortis Guthormus ab iis petiit, ut a promissis stare, et sui causa in gratiam redire vellent, tantumque ejus auctoritas apud eos valuit, ut gratia inter eos reconciliaretur[2]. De carminibus Guthormi hæc nobis innotuerunt:

1. Kvæði um Harald konúng hárfagra, carmen de Haraldo rege pulchricomo, in hujus Recensus nro. 46. et a Snorrone in Historia Haraldi loco cit. commemoratum, sed nunc deperditum.

2. Kvæði um Hálfdan svarta, carmen de filio Haraldi, Halfdane nigro, in Recensus nostri nro. 49 secundum lectionem codicis Academici (non Upsaliensis) et a Snorrone loco cit. indicatum, sed nunc quoque inter perdita numerandum. Ceterum hoc carmen circa annum 920, vel ante annum 928 compositum fuisse videtur.

3. Hákonardrápa[3], carmen intercalatum, metro collatato, de Hakone rege Norvegiæ, qui Bonus s. Adal-

---

[1]) „Auðunn . . . tók stef or drápu þeirri, er Úlfr Sebbason, frændi hans, hafði ort um Harald konúng, . . . svâ sem segir í sögu Úlfs Sebbasonar ok Kvígs jarls". Fornm. s. III, 65.

[2]) Hkr. Har. hárf. cap. 39.

[3]) „Svâ segir Guthormr sindri í Hákonardrápu". Hkr Hák. góð. cap. 6; cfr. Fornm. s. I, 27. 38.

steinis-alumnus appellatur. Hoc carmen, Recensus nostri nro. 51 significatum, post annum 955 compositum est, siquidem hæc stropha a Snorrone ad pugnam Frædensem hoc anno commissam recte relata sit:

Hræddr fór hjörva raddar
herr fyrir málma þverri,
rógeisu gekk ræsir
ráðsterkr framar merkjum;
ger'ra granir í snerru
geirvífa sèr hlífa,
hinn er yfrinn gat jöfra
óðs kvánar byr mána.

Ceterum ex hoc carmine septem integræ strophæ in opere historico Snorronis servatæ sunt[1], ceteræ intereiderunt.

47. EGILL SKALLAGRÍMSSON (cfr. 225. 229. 230), Egil Skallagrimi filius, inter antiquos poëtas septentrionales maximi nominis, non solum generis antiqua et heroica nobilitate, sed etiam rerum gestarum memoria et insigni arte poëtica famosissimus. Genus ejus, quod ex familiis principalibus de Fjordis et Naumudalo (Hrafnista) in Norvegia confluxit, postquam in Islandia sedes fixit sub nomine Myramannorum (Mýramenn — Mýramanna ætt) celeberrimum fuit; de quo auctores antiqui jam observarunt, inde ortos esse homines maxime diversos, nonnullos venustate, alios ruditate corporis notissimos, ceterum etiam ex hac familia viros fortissimos et insignes poëtas ortos esse[2],

---

[1]) Hkr. Hák. góð. cap. 6. 7. 8. 9. 20 (bis). 26; Fornm. s. I, 27. 28. 29. 38. 39. 40. Flateyjarb. I, 52. 53. 59.

[2]) „Svâ segja fróðir menn, at margir í ætt Mýramanna ... hafi verit manna vænstir . sumir í þeirri ætt er kallat at ljótastir menn hafi verit. Í þeirri ætt hafa ok verit margir atgjörvismenn ... Kjartan Ólafs son pá, Viga-Barði, Skúli Þorsteinsson. Sumir voru ok skáldmenn miklir í þeirri ætt: Björn Hitdælakappi, Einarr prestr Skúlason, Snorri Sturluson, ok margir aðrir". Gunnlaugs saga ormstúngu cap. 1, cfr. Egils saga cap. 91.

quod etiam hæc tabula genealogica demonstrat (cfr. supra pag 413):

Úlfr hinn úargi
í Hrafnistu (227)
|
Hallbera ◡ Brunda-Bjálfi — Kári í Berðlu í Firða fylki (Berðlu-Kári)
|
Úlfr (Kveld-Úlfr) ——— Salbjörg
† c. 878
|
Skallagrímr á Borg, landn.

Egill Skallagrímsson á Borg (904–995) — Sæunn Skallagrímsdóttir ◡ Þorfinnr strángi

Þorgerðr ◡ Ólafr pá — Þorsteinn Egilsson á Borg † 1015 — Þórdís ◡ Arngeir Bessason

Kjartan Ólafsson †1002 — Þuríðr — Skúli Þorsteinsson á Borg (176) † c. 1015 — Hrifla — Björn Hitdælakappi † 1024

Barði Guðmundarson (Víga-Barði) — Egill

Skúli Egilsson[1] á Borg c. 1118.

Þórðr Skúlason — Einarr prestr Skúlason á Borg (27) † c. 1165.
|
Böðvarr í Bæ
|
Guðný ◡ Sturla í Hvammi
|
Snorri Sturluson á Borg (133) † 1241.

[1]) Hæc stirpis ratio auctoritate codicis Melabók in libro originum Islandiæ (Landnámabók) nititur (Íslend. sögur I. 1845. pag. 76 not. ad pag. 75). — Alii putant Egilem, patrem hujus Skulii, non Hriflæ sed fratris ejus germani Skulii Thorsteinidæ filium fuisse (Sagan af Agli 1856. Præfat. pag. VI not.).

De Egile Skallagrimi filio et fratre ejus Thorolfo (Þórólfr), qui in prælio anno 927 in tesquis Vinensibus inter Anglos et Scotos commisso cecidit, in carmine Íslendínga drápa, quod poëta Islandus Haukus Valdisæ filius (Haukr Valdísarson) de celeberrimis Islandiæ viris bellatoribus composuit, ita dicitur:

Vörðu hauðr, þá er háðu,
hlýrar tveir með dýrum
foldar vörð ok fyrða,
fleinglygg Aðalsteini:
þollr varð allr [1] hinn ellri
atgeirs í för þeiri:
hríngs fèll á því þíngi
Þórólfr hinn hugstóri.

Egill fèkk unda gagli
úlfs kom hrafn at tafni,
hygg ek burguz vel vargar [2]
verð með brugðnu sverði;
sunr rauð síðar brynjur
sverða Freyr í dreyra,
mildr klauf skatna skjöldu,
Skallagríms hinn snjalli [3].

Quod ad historiam Egilis præterea spectat, ad vitam ejus [4], inter pretiosissima monumenta literaria Islandiæ merito numeratam, lectores vocare possumus, ubi præsertim statura ejus et vultus plastica ratione egregie describitur [5]. Carmina vero, quæ illi auctori tribuuntur, hæc sunt:

---

[1]) sic legendum, non aldr.

[2]) sic legendum, non varga.

[3]) Íslendinga drápa Hauks Valdísarsonar, fragm. membr. A Magn. 748. 4to. str. 9—10; cfr. K. Gislason Prøver (Hafn. 1860 8vo.) pag. 551.

[4]) Egils saga Skallagrímssonar, ed. Arna-Magn. Hafn. 1809. 4to. Sagan af Agli Skallagrímssyni. Reykjavík 1856. 8vo.

[5]) Egils saga cap. 55.

1. **Drápa um Aðalstein konúng (Aðalsteinsdrápa)**, carmen de Adalsteine Angliæ rege, primum tempore inter carmina Egilis majora nominatur, et in Recensu nostro nro. 225 haud dubie significatur. Quum æstate anni 924 Egil viginti annos natus cum fratre suo Thorolfo exteras regiones petierat, per duos annos partim in regionibus maris Baltici rem piraticam exercuerunt, partim hospitalitate cognatorum suorum in Norvegia fruebantur; deinde autumnali tempore anni 926 Angliam petierunt, et inter milites Adalsteinis regis excepti sunt. Proximo anno rex Adalstein prælium in tesquis Vinensibus commisit, ubi Thorolfus cum suis inopinato impetu a Scotis in prælio obrutus et occisus est (927). Sequente hieme, quum Egil in aula regis Adalsteinis commorabatur, carmen hocce in honorem ejus composuit, cujus fragmenta, una tantum stropha et versus intercalaris nobis servata sunt, unde apparet, hoc carmen inter majora intercalata fuisse, metro collatato. Stropha nobis servata indicat, Adalsteinem jam tum tres reges oppressisse, et in versu intercalari totam terram (Angliam) ei subjectam esse prædicatur. Ex hoc versu intercalari, quem auctor vitæ Egilis ita dedit:

> Nú liggr hæst und hraustum
> hreinbraut Aðalsteini [1]

carminis hujus indolem et technicam rationem satis perspicuam habemus, patet enim, quum non nisi unum versum intercalarem habuerit, stropharum numerum vix plus quam viginti fuisse, et quod ad materiam carminis attinet, stropha nobis servata demonstrat, eandem ex rebus bellicis a rege Adalsteine gestis hausisse. Res notatu digna est, servatum adhuc esse carmen Latinum, huic coævum, post prælium Brunanburgense (938 sec. chronicon Saxo-

---

[1]) Egils s. cap. 55.

nicum) in honorem ejusdem Adalsteinis regis compositum[1]; quod si cum carmine Egilis comparemus, neque genio poëtico neque formæ et sermonis elegantia huic exæquari potest[2].

2. Höfuðlausn[3], capitis redemtio, inter carmina Egilis maximum nomen semper tulit, neque dubitari potest, hoc ipsum carmen in Recensu præsenti numero 47 significari. Notissima res est, quantum inter familias Haraldi regis pulchre comati et Skallagrimi odium intercesserit. Ericus rex, Haraldi filius, sanguisecuris (blóðöx) dictus, et Egil hoc odium non solum quasi hæreditate acceperunt, sed etiam non parum augebant. Rex Egilem fundis ex jure hæreditario propriis spoliari permisit; Egil plures regis satellites et amicos, imo ipsum filium regis, vita privavit, et quod fortasse non minoris ignominiæ apud populares Norvegos fuit, exsecratione symbolica regem ipsum et familiam ejus regno et regione interdixit. Quæ exsecratio mox in effectum venire videbatur, nam anno proxime sequenti rex cum suis Norvegiam relinquere et in Angliam transfugere cogebatur. Anno secundo (936) vero Egil peregre profectus ex Islandia ad Angliæ litora depulsus est, et quasi fortuito in urbem

[1]) editum ab Edilestand du Méril in collectione: Poésies populaires Latines antérieures au douzième siècle. Paris 1843; 8vo. pag. 270 271.

[2]) Propius ad nostra accedit carmen, quod Chronicon Saxonicum dedit ad ann. 937. Ellis in libro suo: „Specimens of early metrical romances" II, 1 athletam famosissimum Guy of Warwick eundem fuisse putat atque Egilem Skallagrimi filium, cfr. Grässe Lehrb.der allgem. Literärgesch. II. 3, 255.

[3]) „Hèr hefr Höfoðlausn", inscriptio carminis in codice membraneo Guelpherbytano, seculo xiv. vel antea scripto. Si ingeniosa Raskii conjectura recepta esset, ab ipso Egile in carmine Arinbjörniano hoc nomen adhiberetur; ita enim in ejusdem stropha viii. legit Raskius: „ok sá muðr,
er mína bar
höfuðlausn
for (fur) hilmis knè".
Rask, Anvisning till Isländskan, Stockh. 1818, pag. 260.

Northumbriæ Eboracum, ubi rex Ericus tum residebat, advenit. Naufrago nulla fugiendi occasio fuit, quare regem sponte adire et caput ei offerre decrevit. Rex, crudelis quidem, et ab uxore sua Gunnhilda ad quævis facinora instigatus, non sine admiratione hostem suum acerbissimum quasi antrum leonis intrare vidit, et quanquam nullo modo hanc occasionem odii satiandi dimittere vellet, tamen intercessione consiliarii sui intimi et Egilis amici fidelissimi Arinbjörni commotus, Egilem huic custodiendum tradidit, et postero die sibi sistere jussit, supplicio destinatum. Quum domum Arinbjörni ventum est, ille spem captivo excitare, et consilium periculi avertendi movere cœpit. „Nunc ita volo, inquit, ut totam hanc noctem pervigiles, et poëma in laudem Erici regis componas; hoc mihi bene fieri videretur, si carmen majus intercalatum viginti stropharum conderes, quod crastino die, quum regem adierimus, decantare possis. Sic Bragius fecit, consanguineus noster, quum iram Björni Svionum regis in se contraxerat, tum de illo carmen majus intercalatum viginti stropharum una nocte composuit, et præmii loco caput suum redemit." [1] Egil, postquam hoc consilii ceperat, propositum opus aggressus est, non tamen sine turbationibus, quum hirundo quædam, fenestram obsidens, garrulitate sua tantopere animum poëtæ conturbaverit, ut media nocte nihil adhuc in componendo carmine processisset. Auctor satis aperte indicat, hanc hirundinem larvam fuisse, a Gunnhilda regina inspiratam, vel etiam ipsam Gunnhildam, arte magica in hirundinem mutatam, ut Egilem in carmine condendo disturbaret, et ita consilium Arinbjörni pro vita ejus servanda irritum faceret.

---

[1]) „Nú vil ek attú vakir í alla nótt, ok yrkir lofkvæði um Eirik konúng, þætti mèr þá vel ef þat yrði drápa tvítug, ok mættir þú kveða á morgin, er vit komum fyrir konúng. Svâ gjörði Bragi frændi minn [sic legimus, non þinn cum editoribus, cfr. supra pag. 311], þá er hann varð fyrir reiði Bjarnar Svía konúngs, at hann orti drápu tvítuga um hann á einni nótt, ok þá þarfyrir höfuð sitt." Egils saga cap. 62.

Arinbjörnus igitur ipse per totam noctem fenestræ assidere et hoc modo avis garrulitatem avertere sibi proposuit, et tali modo, dum illucesceret dies et Arinbjörnus Egilem revisit, hic carmen perfecerat et ita memoriæ infixerat, ut mox decantare valuerit. Eodem die, quum Ericus rex mensæ adsideret, Arinbjörnus cum Egile magna caterva suorum stipatus, coram rege se sistebat, ubi Egil alta voce carmen decantare cœpit, dum rex erectus sedebat, et oculorum aciem in poëtam sæviter intendit; carmine vero percantato dixit: præclare pronuntiatum est carmen[1]; quo facto Arinbjörno intercedente capitis integri inde deportandi venia ei concessa est, ea tamen conditione, ut nunquam in conspectum regis ipsius neque filiorum posthac veniret, quo facto ad Adalsteinem regem se contulit.

Talis igitur historia de origine carminis Höfuðlausn nobis ab auctore vitæ Egilis tradita est, quæ sicut occasio animos auditorum maximo modo intenderit necesse est, ita etiam tam plastice rem ipsam nobis ante oculos sistit, ut nec historica severitas nec dramatica vis aliquo modo superari posse videatur. Nec minus ipsum hoc carmen eapropter est notabile, quod unum inter vetustissima carmina nobis integrum relictum est, quo fit, ut technicam rationem talium carminum, qualia seculo decimo condita sunt, accurate perspicere valeamus. Quantum ad interpretationem carminis pertinet, non necesse est ut altius ingrediamur, quum de hac re ab editoribus prolixe satis et accuratissime disputatum sit, quare ad eorum commentationes lectorem ablegare possumus[2]; sed quoad metricam dispositionem monendum est, minus recte ab editoribus factum esse, quum Olai Wormii exemplum secuti,

[1]) „bezta er kvæðit fram flutt". Egils s. cap. 64.

[2]) Egils saga ed. 1809, pag. 427—456; ed. 1856, pag. 244 - 251. Egil Skallagrimssons Höfuðlausn öfversatt och förklarad. Akademisk Afhandling.. af Per Sörensson. Lund 1868. 4 + 62 pagg. 8vo. — Seculo decimo septimo (1634) strenuissimus literarum nostrarum cultor, quamvis popularis ordinis vir, Björnus Jonæ filius de Skarðsá (Skagafjordensis), per totum annum in hoc

carmen in undecim sectiones diviserint. Si recte disponitur carmen, tres partes continet, scilicet

1) introductionem, str. 1—5.

2) partem intercalatam, str. 6—15.

3) epilogum vel apodosin (slæmr), str. 16—20.

His tribus partibus annexa est semistropha, quasi finale qvoddam, id quod insolitum est, et de quo dubitari possit, an re vera pro genuina parte carminis sit accipiendum. Deinde observandum est, partem intercalatam carminis, quæ dimidium sive decem strophas efficit (str. 6—15), in duas sectiones minores dividi, quarum utraque duos habet versus sive semistrophas intercalares, ita ut primæ et secundæ semistrophæ intercalaris (6. 9) duo ultimi versus invicem conveniant:

orðstír of gat
Eiríkr at þat,

quum duo primi versus sint diversi, deinde ut eadem ratio sit inter tertiam et quartam stropham intercalarem (12. 15):

bauð úlfum hræ
Eiríkr of sæ

atque inter primam et secundam. Proinde etiam notari meretur, intervalla inter semistrophas intercalares hic esse duas tantummodo strophas (7—8. 10—11. 13—14), quum in carminibus sæpius inveniatur tribus, vel quatuor, vel quinque et quidem pluribus strophis constare. Ex his deinde sequitur, ut intervalla (stefjamál vel stefjamel, stefjabálkr) hujus carminis tria sint (7—8. 10—11. 13—14), non quinque, sicut dederunt editores, introductionem et epilogum pro intervallis stropharum intercalarium sumentes; quod autem appellant „conclusionem carminis" (ályktan drápunnar), et „votum" vel „votivum versum" finalem (óskin), nihil ad antiquam divisionem carminis pertinet, sed a commentatoribus serioris ævi con-

carmine interpretando versatus est. Ex ejus et Pastoris Islandi Magni Olavii Laufasensis commentariis Olaus Wormius editionem suam paravit (Literat. Runica 1636. 4to. pag. 227- 241).

structum est, et ad ipsorum imaginationem formatum. Re vera hæc partem epilogi carminis (slæmr) efficiunt.

De metro carminis nonnulli viri docti disputarunt, inter quos notari debet Gudbrandus Vigfussonius in dissertatione de voce Rúnhenda[1]. Ex ejus sententia Egil primus hoc metrum introduxit, quod postea runhenda sive rúnhenda (ex ejus sententia rectius fortasse rímhenda, homœoteleuta) appellatum fuit, et prima quidem vice in hoc ipso carmine Höfuðlausn adhibuit. Unam semistropham, in vita Egilis occurrentem, et avo ejus Kveldulfo attributam (878), quæ ejusdem metri est, pro spuria accipit, ab auctore vitæ Egilis fabricatam, et ad exemplum poëseos Egilianæ formatam. Hæc suppositio firmioribus argumentis destituta esse nobis quidem videtur, quare ei adstipulari non audemus. Certe quidem ante Egilis tempora nullum carmen nobis cognitum est, quod hoc metro constructum sit, sed ipsa linguæ natura et indoles magnopere ad assonantias tendere, ideoque metris homœotelentis facile ansam præbere videtur, quæ etiam in poësi nostra per omnem ætatem prævaluerunt. Qvoad stropham vel epigramma Kveldulfi attinet, nobis equidem nihil obstare videtur qvin pro genuina habeatur, nam non solum antiquitatis sed et personarum et occasionis indicia tam egregie manifestat, ut asterisco nullam ansam præbere videatur. Post Egilis tempora hoc metri genus non parum apud poëtas valuit, cujus exempla nobis præbent carmina Gunnlaugi ormstungæ (cfr. pag. 324), Björni Hitdalensium athletæ, et plurium In clavibus metricis vetustioribus Rögnvaldi comitis (c. 1150) et Snorronis Sturlæi (c. 1222) hoc metri genus runhenda sive rúnhenda appellatur, ea de causa ut putamus, quod assonantia syllabarum finalium duorum, vel quatuor vel etiam octo versuum, seriem quandam prolixiorem contexerit et quasi in

[1]) On the word Rúnhenda or Rímhenda, and the introduction of rhyme into Iceland. by Guðbrandr Vigfússon Esq., in collectione scriptionum quæ dicitur: Transactions of Philol. society. London 1865. 8vo. pag. 200—217.

unum colligaverit (cfr. significationem vocis rún apud Svecos et inprimis in poësi Finnica). A Snorrone metrum runhenda multis exemplis illustratur, quæ demonstrant carmen Egilis ad simpliciorem hujus metri formam pertinere, quemadmodum etiam temporis ratio poscit. — Snorro in libro suo de dictione poëtica (skáldskaparmál) quatuor semistrophas hujus carminis ad demonstrandas poëticas denominationes exempli instar produxit[1], et Egili auctori tribuit.

3. Kvæði um Arinbjörn hersi[2], carmen de Arinbjörno, barone Fjordensi in Norvegia, in Recensu poëtarum nro. 229 significatum est, et idem esse ac quod ab editoribus Arinbjarnardrápa appellatur, pro certo accipi posse putamus. Hoc carmen anno 961 compositum esse videtur, quum Arinbjörnus exilio suo cum Erico rege sangvisecuri peracto, in Norvegiam redux cum filio Erici Haraldo grafeld maxima dignitate fruebatur, inter præstantissimos regis consiliarios habitus. Tum Egil carmen hocce ex Islandia amico suo transmisisse videtur, eo fine, ut „tumulum laudibus constructum ei erigeret, qvi per longum tempus in area poëtica stare possit", quemadmodum in ultima stropha carminis sui declarat, his verbis:

Hlóð ek lofköst,
þann er lengi stendr
úbrotgjarn
í bragar túni[3].

Neque hoc frustra, nam post aliquot jam secula nomen et virtutes Arinbjörni, non minus quam vis et elegantia poëtæ et ejus carminis laudatorii, communem virorum liberalium admirationem excitant. Non tamen integrum hoc carmen nobis servatum est, duas enim tantum reliquias an-

---

[1]) Sn.-E. I, 216. 392. 476. 196.

[2]) „þá orti Egill kvæði um Arinbjörn, ok er þetta upphaf at." Egils s. cap. 81.

[3]) Sn.-E. II, 172; Egils s. 1809, 685; 1856, 205.

tiquitatis habemus, ex quibus figuram carminis nobis construere licet. Nulli exemplarium manuscriptorum vitæ Egilis insertum est, sed in uno, quod equidem inter præstantissima exemplaria numerari potest (cod. membr. sec. XIV. in collect. Arn. Magn. Nr. 132 Fol.) annexum fuit, et in uno vel duobus membranæ foliis scriptum. Hic alter fons est, alter scriptio Olavi albi-poëtæ de figuris poëticis, Eddæ Snorrianæ annexa[1], quæ præsertim ultimam stropham carminis nobis suppeditavit. Talibus fontibus usi editores carmen construxerunt, et editionibus vitæ Egilis suo loco ingesserunt. Quum in codice membraneo scriptura fere deleta sit, non pro certo dici potest, an totum carmen hic olim scriptum fuerit, aut unum vel duo folia codicis occupaverit, quorum secundum nunc perditum sit. Ut nunc est, viginti linearum spatium ultimæ columnæ in folio membraneo (primo) legi non potest, ubi septem vel octo strophis locus fuit. Si hic finis carminis fuisset, septem igitur vel octo nunc deessent strophæ, et totum carmen duobus vel tribus supra triginta strophis constitisset; sed quum hoc modo nullus locus esset apodosi, nec nisi tribus tantummodo sectionibus carminis, scilicet introductioni et duobus sectionibus mediis, verosimilius esse videtur, posteram partem carminis alterum folium membranæ in tantum vel in totum occupasse, et cum eodem plus quam dimidiam partem carminis interiisse. His igitur observatis, si ex reliquiis carminis concludendum erit ad totam ejus constructionem, hoc quidem nobis liquet: primum, quod quindecim primæ strophæ carminis introductionem contineant, deinde quod sedecima stropha conspectum argumenti quodam modo nobis aperiat, his verbis:

Erumk auðskæf
ámunlokri
magar Þóris
mærðar efni,

[1]) vide hujus editionis Tom. II., pag. 96. 152. 172.

vinar míns,
því at valiþ liggja
tven ok þren
á túngu mèr.[1]

Ubi poëta indicat, materiæ carminis construendi satis superque sibi adesse, quum binæ et ternæ laudum materiæ in lingua sibi positæ sint. Hanc igitur stropham introductioni carminis adjungimus, et eo modo sedecim strophas ad introductionem referimus. Sed deinde disquirendum erit, quis sit sensus verborum „tven ok þren" (= tvenn ok þrenn, binæ et ternæ ɔ: laudum materiæ). Certe metaphorice ita dictum esse posset, ut poëta certos numeros ad abundantiam significandam posuisset; verosimilius autem videtur, numeros illos sectiones carmini propositas aperte significare. Si autem hunc sensum accipimus, non adest causa cur interpretemur: „binæ sive ternæ", i. e. ut poëta duas vel tres virtutes Arinbjörni, sive præstantissimas ejus excellentias, decantandas sibi elegisset. Rectius tum verbo tenus interpretandum erit, nimirum poëtam „binas et ternas" i. e. quinque sectiones carminis sibi proposuisse, præter introductionem et apodosin, quæ sedecim strophas singulæ continerent. De contento et interna ratione cujuscunque sectionis notionem verosimilem sibi formandi occasionem præbet sectio prima carminis, quæ fere integra servata est, et cujus initium sententiam nostram hic propositam affirmare videtur, ita incipiens:

Þat tel ek fyrst,
er flestr um veit
ok alþjóð
eyrum sækir[2].

i. e. „Hoc primum enumero" etc., quod diserte indicat, hanc esse primam sectionem carminis, septem vel

[1]) Sn.-E. II, 96–98; Egils s. 1809, 668–669; 1856, 203.
[2]) Egils s. 1809, 669–670; 1856, 204.

octo strophis (17—24) liberalitatem Arinbjörni collaudantem. Ex altera sectione fragmentum quoddam remanet, quo virtus bellica Arinbjörni decantatur his verbis (semistropha 25):

Hann aldrteig
um eiga gat
fjöljáinn
friði spjöllum [1].

i. e. „Ille ætatis spatium nactus est frequenter interruptæ paci consentancum, nimirum ætatem turbulentis bellis plenam". Ex tribus aliis sectionibus nihil supcresse novimus, ex apodosi unam stropham (26), quam Olavus albus-poëta, ut antea dictum est, nobis conservavit. Si hæc recte disputata essent, carmen hocce integrum 72 strophis constans ad amplissima quidem carmina non intercalata referendum esset, sed nullo modo quod verosimile videri possit superaret.

De nomine carminis vulgari: Arinbjarnardrápa, deinde paucis verbis nobis erit disserendum. Hocce nomen, ut in codicibus manuscriptis vetustioribus, quantum nobis quidem innotuit, non invenitur, ita etiam non recte adhiberi putamus. Certe amplitudo carminis et dispositio interna (introductio — sectiones — apodosis) non pauca cum carminibus intercalatis, qvæ drápa appellantur, communia habent, sed ex altera parte signa quædam desunt, quæ quam maxime ad characterem draparum pertinere solent. Primum igitur metrum, quod nunquam in drapis adhiberi novimus; secundum versus intercalares, qvi fere nunquam in carmine hujus ordinis defuisse videntur [2]. Propterea nomen drápa, ab exscriptoribus serioris temporis et editoribus inventum, de hoc carmine minus recte adhiberi pu-

---

[1]) Egils s. 1809, 684; 1856, 205.

[2]) Unum forte exemplum præbet carmen quoddam, a Thorvaldo veilio compositum (c. 1000), quod drápan stefiausa appellata est (Sn.-E. I, 646).

tamus, et rectius cum kviða vel simili nomine commutandum esse[1]. Apud auctores antiquos, qui singulas strophas hujus carminis attulerunt, non hujus nomen, sed tantummodo nomen poëtæ invenitur, ut v. c. apud Snorronem in libro de dictione poëtica (skáldskaparmál)[2]; apud Olavum album-poëtam in ejusdem tractatu de figuris orationis[3], et postremo apud auctorem quendam seculi decimi quarti, cujus de dictione poëtica libri fragmenta restant.[4]

4. Sonar torrek vel Sona torrek, jactura filii vel filiorum, carmen funebre vel epicedium, post amissum filium Bödvarem compositum[5]. Hujus carminis historia, ex vita Egilis bene cognita, inter præclarissimas antiquitatis nostræ memorias numerari meretur. Circa annum 960 natus est Egili filius, nomine Bödvar, et non multo post alterum filium, nomine Gunnarem, procreavit. Bödvar adolescenti ætate eximiæ spei fuit, „pulcher adspectu, statura grandis, viribus fortis, quemadmodum Egil aut Thorolfus eodem ætatis stadio fuerant". Tum aliquando nave vectus cum operariis patris sui tempestate vehementissima

---

[1]) Sic etiam hoc carmen appellavit vir literatissimus popularis ordinis in Islandia, Einar Bjarnason de Mælifello Skagafjordensi, in libro Fræðimanna-tal (Recensu virorum literalium Islandiæ) 1838, mscr. „Arinbjarnar drápa" appellatur in: Egils saga 1809, pag. 648 685; Sagan af Agli Skallagrímssyni. Rvík. 1856, pag. 201—205. Ita etiam Guðbrandr Vigfússon in: Ný Fèlagsr. XXI. 126—127. — Försök till tolkning och förklaring af „Arinbjarnar drápa", Akademisk afhandling af K. S. Björlin. Upsala 1864. 8vo. — De aliquot strophis disseruit Gisli Brynjúlfsson in: Ný Fèlagsrit XIII, 105—108.

[2]) „svâ kvað Egill Skallagrímsson", Sn.-E. I, 262 (str. 18).

[3]) „sem Egill kvað", Sn.-E. II, 96—98. 152 et 182—184. 172. (str. 16. 13. 26).

[4]) „svâ kvað Egill", Sn.-E. II, 499 (str. 8).

[5]) „Kvæði þetta kallaði hann (ɔ: Egill) Sonartorrek". Egils s. cap. 81. — Sonar-drápa appellat Einar Bjarnason in libro suo Fræðimanna tal, supra laudato, sed non recte.

obrutus et submersus est. Pater, qui hujus itineris aggrediendi veniam non dederat, funera quærens ipse corpus filii mortuum in litus ejectum invenit, quod susceptum et in equum sublevatum genibus impositum ad tumulum Skallagrimi transportavit, eoque aperto, corpus filii ad latus avi deposuit, tumulumque iterum occludi jussit, quod opus sero vespere perfectum est. Postea domum reversus cubile clausum, ubi dormire solitus erat, petiit, fori pessulum objecit, cibum potumque repudiavit, neminemque se adpellare passus est. Quum per triduum hæc durassent, et propositum ejus apertum jam esse videbatur, filia ejus Thorgerda, quam maxime dilexit, a matre arcessita est, et pia fraude ex proposito desistere ciboque et potu frui allexit. „Quid nunc consilii capiendum", inquit filia, „jam enim de hoc (moriendi) consilio actum est. Vellem ergo nunc, pater, ut vitam nostram produceremus, ita ut tu carmen funebre in memoriam Bödvaris condere posses, ego baculo insculpam, postea vero moriamur si ita nobis placet". — Hoc modo ad carmen componendum instigatus, alterius etiam filii, Gunnaris, quem morte quoque amiserat, memoriam fecit. Procedente vero carmine sensim sensimque vigorem suum recuperare cœpit, et ubi ad finem perductum erat, e lectulo exsurgens sedem suam occupavit et carmen uxori suæ, filiæque et familiæ domesticæ præsentavit, nomen eidem „Jacturam filii (s. filiorum)" attribuens, post hæc autem more majorum parentalia filiorum celebranda curavit.

Auctor vitæ Egilis, qui collectionem poëmatum ejus ad manus habuisse videtur, initia tantum majorum carminum adferre contentus fuit, et sic de hoc nostro factum est. Sed bona fortuna volente altera classis librorum manuscriptorum integrum ut videtur carmen suscepit, et hoc modo ab oblivione servavit. Ex quo perspicuum fit, non solum quanta fuerit animi perturbatio subigenda, sed inprimis quantum animi roboris in exordiendo carmine contenderit, sic enim incipit:

Mjök erumk tregt
túngu at hræra,
eðr loptvægi
ljóðpundara;
era nú vænligt
um Viðris þýfi
nè hógdrœgt
ór hugar fylgsni.

i. e. „Valde mihi difficile est linguam movere et æquilibrium stateræ poëticæ suspendere; nunc neque furti Vidreris (poëscos) conditio adest, neque ex latebris mentis facile protrahitur". Hoc carmen, 24 strophas continens, et ad carmina breviora non intercalata (flokkar) pertinens, integrum ad nostra tempora pervenisse putamus[1]. Snorro Sturlæus in libro suo de dictione poëtica unam integram stropham cum sequenti semistropha exhibuit, auctoris tantum non carminis nomine allato[2].

5. Drápa um skjöldinn Hákonarnaut (Skjaldar drápa), carmen majus intercalatum de clypeo ab Hakone comite donato. De occasione, quæ poëtæ ad hoc carmen condendum ansam dedit, hæc in vita Egilis traduntur. Einar Helgii filius, lancicrepus (skálaglam) dictus[3], carmen in honorem Hakonis comitis composuerat, et præmii loco ab eo clypeum pretiosissimum acceperat. „Hicce clypeus antiquis historiis pictus fuit, tota vero intervalla inter celaturas laminis aureis inducta et clypeus prætcrea insertis gemmis ornatus." Einar, quum in Islandiam reversus domum venerat, iter ad Egilem visitandum suscepit, et eo absente tres noctes ibi hospitabatur, ultra quem terminum hospitio alicujus frui ho-

[1]) editum est in Egils saga 1809, pag. 607—643; 1856, pag. 197—200.

[2]) „Svâ kvað Egill Skallagrímsson" etc. Sn.-E. I, 238 (stroph. 22—23).

[3]) cfr. supra pag. 413.

nesti moris non esse judicabatur. Tum Einar, itinere parato, sedem Egilis accedens clypeum illum pretiosum ibi suspendit, dicens domesticis, se clypeum Egili dono dare, quo facto domum reversus est. Egil vero, eodem die redux, ubi intro venit ad sedem suam clypeum conspexit ibi pendentem, et mox, cujus hoc cimelium esset, interrogavit. Responderunt viri, Einarem lancicrepum venisse, et clypeum ei dedisse. „Tunc Egil: ut miserrimus hominum donaverit! intendit fortasse, ut super ea re vigilem et clypeum suum canam; ilico capite equum meum, insequar virum et interficiam". Sed brevi tempore placatus carmen majus intercalatum componere cœpit[1], cujus initium auctor vitæ ejus nobis servavit:

Mál er lofs at lýsa
ljósgarð of þá er ek barða,
mèr kom heim at hendi
hoddsendis boð, enda;
skulu-t grundar gilja
glaums misfengnir taumar
(hlýðit èr til orða!)
erðgróins[2] mèr verða.

De hoc carmine nihil ultra hanc stropham, prout nobis cognitum est, ad nostra tempora pervenit, si autem ex aliis similibus exemplis concludere liceret, haud dubitari potest, quin hoc carmen singulas picturas areatim in clypeo cælatas singulis sectionibus tractaverit, et propterea vix minus quam triginta strophas habuerit. De fatis vero

---

[1]) „síðan orti Egill drápu, ok er þetta upphaf at", Egils s. cap. 82.

[2]) Erðgróinn (ɔ: jarðgróinn) glaumr grundar gilja = Einarr skálaglam, homonymice ex ingeniosa interpretatione editoris vitæ Egilianæ (Guðmundi Magnæi), cfr. ed 1856 pag. 280; quod si rectum esset, cognomen skálaglam ante annum 978 nactus esset Einar, nam circa hunc annum carmen compositum esse videtur; sed fortasse denominatio clypei potius hoc loco quærenda sit.

clypei hujus pretiosi in vita Egilis traditum est, quod ad convivium nuptiale aliquando Videmyram in Skagafjordo invitatus Egil clypeum gestavit, tum vero in vas seri acidi conjectus est clypeus, et eo modo vitiatus. Post hoc Egil ornatum detrahi jussit, et tum laminæ clypei duodecim oras auri (præter argentum et gemmas) continere repertæ sunt.

6. Berudrápa, carmen in honorem magnatis Norvegi Thorsteini Erici filii, etiam Thoræ filii dicti, qui Arinbjörni ex sorore nepos fuit, compositum, pro clypeo [1], quem Egili dono miserat. Hujus carminis mentionem facere putamus Recensum nostrum sub nro. 230, historiam vero ex vita Egilis novimus. Postquam nimirum Egil circa annum 980 prædium suum Borg Thorsteini filio suo tradiderat, ad affinem Grimum et neptim suam Thordisam, „quæ ei tum omnium viventium fuit carissima", se contulit. Tum æstate quadam contigit, ut navis ex Norvegia in portum vicinum Leiruvogum applicaret, cujus præfectus, nomine Thormodus, domesticus erat Thorsteinis Thoræ filii, et clypeum, „insigne cimelium", ab eo dono missum Egili asportavit. Quod donum grato animo accepit et proxima hieme, quam nuntius Thorsteinis ibi transegisse videtur, carmen majus intercalatum de munere clypei composuit, Berudrápa appellatum, cujus versus initialis ita sonat: [2]

Heyri feyrs á forsa
fallhadds vinar stalla,
hyggi þegn til þagnar
þinn liðr konúngs, minni.
Opt skal arnar kjapta
orð góð of tröð Horða

---

[1]) Berudrápa, id est carmen de clypeo, nam bera clypeum in sermono poëtico significat, Sn.-E. I, 572, cfr. 428.

[2]) „Þormóðr færði Agli skjöldinn, en hann tók við þakksamliga. Eptir um vetrinn orti Egill drápu um skjaldargjöfina, er kölluð er Berudrápa, ok er þetta upphaf at". Egils s. cap. 83.

hrafnstýrandi Hræra
hregna mín of fregna.[1]

Apud alios auctores nulla, quæ nobis quidem cognita est, mentio hujus carminis fuit.

7. Lausavísur, strophæ solitariæ per occasionem fusæ, circa quinquaginta numero in vita Egilis servatæ sunt. Harum tres in adolescentia ejus factæ sunt, et inter eas una, quæ adhuc in Islandia per omnium ora volitat, præcox ingenium pueri et animum ad rem navalem et piraticam pronum significans:

Þat mælti mín móðir,
at mèr skyldi kaupa
fley ok fagrar árar,
fara á bríng með víkíngum:
standa upp í stafni
stýra dýrum knerri,
halda svâ til hafnar,
höggva mann, ok annan[2].

Hæc stropha ad annum 910 ex calculo chronologico vitæ Egilis refertur; deinde intervallum relictum est, donec in prima peregrinatione, quam cum fratre Thorolfo suscepit, convivio Atleyensi in Norvegia 924 interfuit, ubi quatuor strophas cecinit, quæ in vita ejus asservantur.[3]

Anno 925 in expeditione piratica hæ strophæ citantur:

Upp skulum orum sverðum ...

et apud Arnfinnum comitem Hallandensem:

Farit hefi ek blóðgum brandi ....[4]

Anno 926 devicto Eyvindo skreyja:

Gjörðum hölzti harða ...[5]

[1]) Egils s. 1809, pag 705 - 706; 1856, pag. 210.

[2]) Egils s. cap. 40.

[3]) Egils s. cap. 44.

[4]) Egils s. cap 47. 48. Prioris strophæ partem attulit Snorro in libro de dictione poëtica (Skáldskaparmál), addens: „Svâ kvað Egill Skallagrímsson". Sn.-E. I, 332.

[5]) Egils s. cap. 49.

Ejusdem anni autumno Angliam petiit, et cum Adalsteine rege militavit, donec anno sequente (927) in prælio fratrem amisit. De hoc tempore præter carminis encomiastici de Adalsteine reliquias quinque strophæ solitariæ adsunt, et ex iis quatuor post cædem fratris concinnatæ, quarum primam hic adferendam putamus:

Gekk sá er óaðist ekki
jarlmanns bani snarla,
þreklundaðr fèll þundar
Þórólfr í gný stórum.
Jörð grœr, en vèr verðum
Vínu nær of mínum
(helnauð er þat) hylja
harm, ágætum harma.[1]

Ex his strophis unius partem citavit Snorro Sturlæus in libro de dictione poëtica, et Egili auctori tribuit.[2]

Æstate anni subsequentis (928) Egil in Norvegiam reversus amici sui Arinbjörni hospitalitate usus est, et sequentem hiemem in ejus domo peregit. Hoc anno cum Asgerda, fratris sui Thorolfi vidua et consobrina Arinbjörni, matrimonium iniit, et de eodem anno duæ strophæ exstant, quarum altera sollicitudinem amoris indicat:

Verð ek í feld þá er foldar
faldr kemr í hug skaldi
Bergönundar brúna
bratt miðstalli at hvatta.[3]

Sequente æstate (929) cum uxore Islandiam revisit, et quatuor fere annos domi versatus est, de quo tempore

[1]) Egils s. cap. 52—55.

[2]) „Gramr hefir gerðihömrum" ... vide Sn.-E. I, 518 (Egils s. cap. 55).

[3]) Egils s. c. 56. **Bergönundar foldar faldr** nomen **Ásgerði** (= Ásgerðr) figuræ poëticæ involvit, quæ mulier quum in mentem venit caput poëtæ (antea elati animi) in pallium deprimit (*o: humilem et sollicitum facit*).

nulla ejus carmina restant. Deinde anno 933 in Norvegiam iter cum uxore suscepit, et anno sequente ad vindicandam hæreditatem ejus contra Bergönundum in comitiis Gulensibus litem instituit, deinde jure suo frustratus, et ab Erico rege persecutus exilioque mulctatus, Bergönundum et filium regis Rögnvaldum occidit, atque in Islandiam refugit, postquam caput equinum pertica impositum, magicis exsecrationibus in genios indigetes Norvegiæ converterat, et incisis literis runicis altaque voce eosdem indigetaverat, ut Ericum regem et reginam Gunnhildam e terra expellerent. Strophæ, quæ huc pertinent, de anno 934, octo sunt in vita Egilis servatæ[1], quarum unam adferemus, ubi deos omnes, inprimis vero Odinem, Freyum et Njördum, supremumque geniorum indigetum numen flagitat, ut regem, injustum raptorem, hostem populi, ex regno mox extrudere velint:

Svâ skyldu goð gjalda
(gram reki bönd af höndum,
reið sè rögn ok Óðinn!)
rán míns fjár hánum.
Fólkmýgi lát flýja
Freyr ok Njörðr! af jörðu;
leiðist lofða stríði
landáss, þann er vè grandar.[2]

Tali modo Egil periculum elapsus Islandiam petiit et duos annos domi se continebat. Tum autem peregrinandi voluptate correptus, quam Gunnhilda arte magica ei injecisse credebatur, Angliam petere sibi proposuit, et regis Adalsteinis aulam visitare, inscius quod jam tum Ericus rex et Gunnhilda ex Norvegia expulsi in Anglia sedem fixerant. Æstate igitur anni 936 Islandiam reliquit, et, ut antea dictum est, naufragium passus, ad sedem Erici regis confugere coactus est, deinde ex periculo mortis libe-

[1]) Egils s. cap. 57—60.
[2]) Egils s. cap. 58.

ratus Adalsteinem convenit. Ex hoc tempore tres strophæ sunt relictæ, duæ in aula Erici fusæ, una in aula Adalsteinis[1]. Tum occasione data cum Thorsteine Thoræ filio, Arinbjörni ex sorore nepote amicitiam iniit, et ei bonis officiis suis apud regem Adalsteinem non parum usui fuit, deinde cum eo æstate anni 937 in Norvegiam profectus est, ubi per unum annum commoratus tandem fundos, de quibus lites habuerat, certamine singulari in comitiis Gulensibus gesto sibi vindicavit. Ad hoc tempus, specialiter ad annum 938, septem strophæ referuntur, quæ in vita Egilis servatæ sunt[2]. Hoc eodem anno in Islandiam revectus, quinque annos domi resedit, deinde æstate anni 943 in Norvegiam navigavit, et sequentem hiemem cum amico suo Arinbjörno commoratus est, et tempore julensi donum Arinbjörni stropha singulari laudavit[3]. Æstate anni 944 cum Arinbjörno rem piraticam exercuit, et sub hiemem ultima vice amico vale dixit, qui in Daniam ad Haraldum regem Erici filium (gráfeld) se contulit, ipse vero in Norvegiam discedit, et cum Thorsteine Thoræ filio hiemem sequentem transegit, quo tempore iter in Vermalandiam suscepit, expeditionem periculosissimam pro hospite suo et amico obiens, ut hunc exilio, quod rex ei minatus fuit, liberaret. Hujus expeditionis memoria sex strophis singularibus adhæret, quarum quinque, non parum notabiles, in vita Egilis inveniuntur[4], sexta vero interiit[5]. Itinere autem feliciter peracto, reliquam hiemis partem cum Thorsteine morabatur, donec sequente æstate

[1]) Egils s. cap. 62. 64.

[2]) Egils s. cap. 67. 68.

[3]) Egils s. cap. 70.

[4]) Egils s. cap. 74—76.

[5]) vita Egilis, ubi de apparatu ejus ad impetum hostium sustinendum, et quumodo planum lapidem pro lurica sibi accummodaverit, refert, hæc addit: „þá kvað Egill", pro ipsa stropha lacuna relicta. Egils s. 1809, pag. 580.

ultima vice ex Norvegia in Islandiam revectus est, et ad senectutem usque, circiter triginta quinque annos, Borgæ quiete habitavit. Ex his annis, præter carmina majora prius memorata, duas tantummodo strophas relictas habemus, verosimiliter de annis 960 – 70; harum altera ad Einarem lancicrepum se convertit, qui de itineribus Egilis et facinoribus percontatus fuerat, et præsertim ubi difficillima sit expertus, et maxima specimina virium et fortitudinis edere coactus fuerit; tum Egil:

Börðumst ek einn við átta
en við ellefu tysvar
(svá fengum verð vargi)
varð ek einn bani þeira;
skiptumst hart af heiptum
hlífar skelfiknífum,
lèt ek af emblu aski
eld valbasta kastað[1].

Altera stropha edita est, quum mortem Arinbjörni baronis amici sui audivit.[2]

De ultimis annis Egilis (979—988) præter carmen Berudrápa, supra memoratum, quinque strophas novimus, quarum tres infirmitates decrepitæ ætatis non sine festivitate quadam describunt, nimirum:

Vals hefi ek vafur helsis (1/2 ...
Hvarfa ek blindr of branda...
Lángt þykkir mèr....[3]

Primam ex his semistropham Olavus albus-poëta laudavit, tertiæ ultimam semistropham Edda Lövasina attulit, figura homonymica eleganti notabilem, quemadmodum Egilem semper in carminibus suis dilexisse videmus:

Eigum ekkjur
allkaldar tvær,

---

[1]) Egils s. cap. 81 (82).
[2]) Egils s. cap. 81 (82).
[3]) Egils s. cap. 89; Sn.-E. II, 180. 630.

en þær konur
þurfa blossa.[1]

Præter strophas jam commemoratas duos versus, vel quartam strophæ partem, annotavit Olavus albus-poëta, Egili adscriptam, nimirum:

Vröngu varrar gúngnis . .[2]

de qua nihil certum nec quoad sensum, nec quoad tempus vel cetera, dici potest, hoc uno excepto, quod magni quidem est momenti, seculo decimo tertio apud poëtas Islandos versus Egilis circumvolitasse, et inprimis Snorroni Sturlæo et Olavo albo-poëtæ cognitos fuisse, qui etiam ambo in regione Borgfjordensi, Olavus Stafholti, Snorro per aliquot annos Borgæ, in ipso fundo Egilis, sedem habuerunt.

Præter strophas antea relatas nonullæ aliæ exstant, quæ, quamquam magis incerta auctoritate, ad Egilem auctorem referuntur. Ita in historia Sturlungorum narratur, quum Snorro Sturlæus Borgam relinquere et Reykholtum migrare proposuerat (1206)[3], domesticum cjus, nomine Egilem Halldoris filium, a stirpe Myramannorum oriundum, somnio vidisse Egilem Skallagrimi filium, torvo vultu minantem, astantem sibi et interrogantem: „Snorro cognatus noster anne hinc migrare sibi proposuit? — Dicitur id quidem, respondit Egil. — Certe hinc abire cogitat, dixit imago, sed hoc male providet, nam nos Myramanni raro sortem inferiorem experti sumus iis temporibus, dum res nostræ floruerunt, neque causa fuit, cur istius prædii (Reykholti) desiderio moveatur; sed, quemadmodum tibi dicam, res est, quod:

Seggr sparir sverði höggva,
snjóhvítir hlóð líta,

---

[1]) commentarium cum explicatione figuræ (ekkja = vidua, et = hæll, calx pedis), vide supra pag. 194, cfr. Egils s. 1809 pag. 763; 1856, pag. 283.

[2]) Sn.-E. II, 132; Egils s. 1809, pag. 580 not. z.

[3]) cfr. Diplom. Island. I, 348 - 350.

skæru-öld getum skýra,
skarpr brandr fèkk þar landa
skarpr brandr fèkk þar landa"[1].

Altera relatio est, eo tempore quo Arnas Thorlaci filius Skalholtensem episcopatum tenuit (c. 1280), mulierem quandam, genus ab Egile Skallagrimi filio ducentem, et Borgæ in Borgarfjordo habitantem, somnio in collem quendam inductam esse, et ibi virum magnæ staturæ vidisse sedem supremam in cœnaculo grandi, splendide ornato occupantem, ubi illa ad foras incurva se demisit, et tacita permansit. Junioris ætatis vir, qui eam introduxerat, sedem supremam accedens; „quare", inquit, „mi pater, taciturnus es, nihil jocosi inveniens". Respondit ille: „mihi non placet spectrum istud fæmineum, quod foribus adjacet". Tum ille junior: „nihil molestiæ hæc vobis afferet, mi pater, omnes vero exspectant, vos aliquid jucunditatis movere velle". Tum ille hanc stropham cecinit:

Þykkt blóð, þreytast rekkar,
þjóð mörg vos öld bjóða
grand heitt, gumnar andast,
glatast auðr, firrast snauðir;
hætt grand hræðast dróttir,
hríð mörg, vesöld kvíða,
ángr vænt, ærnar skærur,
illr sveimr nú er í heimi.

Quo facto junior ille vir eam ex colli eduxit, et expergefacta stropham memoria servavit. Deinde hæc stropha literis mandata et fratri Arnæ Illugi filio, viro scientissimo et poëtæ præstantissimo, transmissa est, ille vero coram episcopo Arna Thorlaci filio recitavit, et poëticam indolem Egilis inde sibi innotescere declaravit.[2]

---

[1]) Sturl. s. I, 225. Sensus est: Snorronem non ad arma capienda pronum esse, sed frustra, nam timidorum etiam hominum saugvinem fluxurum esse appropinquante seculo bellis infesto, quum acuti gladii fundos facillime parant.

[2]) Íslenzkar þjóðsögur og æfintýri I, 121—125, ex scriptis Jonæ Gudmundi filii (qui doctus appellabatur) desumtum. In-

Vir literatissimus Hallgrimus Jonæ filius, diaconus Thingeyrensis, in Recensu scriptorum Islandicorum Egili Skallagrimi filio duo carmina tribuit, quæ collectioni veterum carminum, Edda Sæmundina appellatæ, vulgo adnumerantur, nimirum Rigsmál et Hýmiskviða. Quibus autem fontibus vel auctoritate ductus hoc fecerit, nobis quidem ignotum est, nisi fortasse verba Halfdani Einaris (Sciagr. Hist. Litr. Island. pag. 30) minus recte interpretatus sit, neque interna argumenta videmus, quibus hoc testimonium niti possit.[1]

48. GLÚMR GEIRASON, Glumus Geirii filius (cfr. nr. 52), inter præstantissimos antiquitatis nostræ poëtas numerari solet. Pater Norvegus fuit, et inter primos Islandiæ habitatores nominatur, quamquam sero in Islandiam advenerit. Hic primus austrum versus a lacu Myvatn sedem fixit, ibique aliquot annos habitavit, donec ipse cum filiis ob cædes commissas[2] emigrare coactus est, et primum Geirastadis in pago Hunavatnensi una hieme transacta, deinde longius occidentem versus procedens, in valle Geiradal substitit et Geirastadis habitavit. Glumus jam adolescens in Norvegiam trajecisse videtur, et cum Erico sanguisecuri militasse, patre ejus Haraldo rege pulchre comato adhuc vivente. Posthac autem in Islandiam reversus esse videtur, et ibi non breve tempus mansisse, quo verosimiliter emigratio ejus ex tractu Myvatnensi referenda est[3].

doles poetica vero certe non tempus Egilis, sed multo magis ipsius fratris Arnæ, sive finem seculi decimi tertii, arguere videtur, efr. Sn.-E. II, 500; III, 182.

[1]) „Uppteiknunar tilraun skálda ok lærðra manna íslenzkra, einkum rithöfunda, með stuttu æfi-ágripi nokkurra þeirra, samin af Hallgrími Jónssyni, djákna til Þíngeyra klausturs". Proœmium editum est Sveinstöðum 21. Febr. 1835. Liber mscr. in 4to, pag 12.

[2]) de his cædibus relatum est in Vemundar saga ok Vigaskútu, sive Reykdæla saga, cap. 17—18. ed. in Íslendínga sögur (1830) II, pag. 282 288.

[3]) incertum est, an de hoc aut altero Glumo (Víga-Glúmr)

Tum iterum in Norvegiam transiit, et cum Haraldo grafeldo expeditionibus militaribus interfuit, primum pugnæ Stordensi (960), quæ regni Hakonis Adalsteinis-alumni finem fecit, deinde sequentibus annis pluribus Haraldi præliis, et in iis fortasse pugnæ Vinensi in Bjarmia interfuit. His peractis in patriam rediisse videtur, vivo adhuc Haraldo rege, cujus in pugna Halsensi casum relationibus externis audivit. Hoc tempore Ingunnam Thorolfi filiam uxorem duxit, et ex ea duos liberos procreavit. Quando mortuus sit, non relatum invenimus, sed uxorem eum supervixisse ex eo verosimile videtur, quod filius ejus Thordus non ex patre sed ex matre nomen traxit, et Ingunnæ filius (Íngunnarson) appellatus est[1]. Vixit igitur post mortem Haraldi grafeldi, sed non diu, et verosimiliter circa annum 975 mortuus est. Quanti nominis fuerit Glumus ex testimonio Snorronis discimus[2], et in carmine Íslendíngadrápa confirmatum invenimus, his versibus:

Ár frá ek arfvörð Geira,
ylgr saddiz, vel fylgja,
— menn vá Glúmr at gunni —
Gunnhildar bör kunnu:
Njörðr klauf Herjans hurðir
barða vitr á Fitjum,
hinn er mál af manni,
metins auðar, fèkk dauðum[3].

---


sermo sit in narratiuncula de Hreidare stulto, quum dicitur avum ejus a Glumo quodam occisum esse. Morkinsk. pag. 35.

[1]) de Ingunna et filio Thordo non pauca in historia Laxdælensium (Laxdæla saga) relata sunt, vide ejusd. capp. 32. 34. 35. 36.

[2]) „Glúmr Geirason er maðr nefndr, hann var skáld Haralds konúngs (Gunnhildarsonar) ok hreystimaðr mikill". Sn. Hkr. Har. gráf. cap. 1; Cod. Fris. pag. 85. Fornm. s. 1, 48.

[3]) Íslendíngadrápa Hauks Valdisarsonar, stroph. 11. Konr. Gislas. Pröver pag. 551. — Traditio, quæ hic indicatur, Glumum a mortuo homine responsum accepisse, aliunde ignota est.

Inter nepotes Glumi poëtæ celeberrimi orti sunt, quemadmodum sequenti tabella demonstratur:



Poëmata, quæ Glumo auctori tribuuntur, hæc nobis innotuerunt:

1. Kvæði um Eirík konúng blóðöx, carmen de Erico sanguisecuri, rege Norvegiæ, quod indicatur in Recensu poëtarum hoc ipso nro. 48. Dubitant equidem historici auctores, tale carmen ab hoc nostro Glumo compositum esse, quum ætatis inferioris sit, quam ut hoc statui possit, ideoque carmen Glumi de „Erico", cujus fragmenta extant, ad Ericum comitem Hakonis filium referunt.[2] Sed tamen auctoritas veterum scriptorum de hac re tam certa est et firma, ut dubio non locus esse videatur. Primum enim Recensus poëtarum uterque hoc dedit, deinde epitome historiæ Norvegiæ, Fagrskinna dicta, postquam epicedium Erici regis, Eiríksmál appellatum, dederat, hæc addit: „Dicit etiam Glumus Geirii filius in suo carmine, quod Ericus jam ante mortem Haraldi regis (pulchre comati) regiones austrum versus apud Hallandiam et Scaniam, et per Daniam

¹) cfr. Sn.-E. i, 112; ii, 581; iii, 74.

²) v. c. Svb. Egilsson ad Sn.-E. ii, 145 not. 6.

passim bello infestaverit; eodem modo totam Curlandiam et Estlandiam multasque alias regiones mari Baltico adjacentes pervasit. Adhæc etiam per Sveciam et Gothiam rem piraticam exercuit, et boream versus in Finmarkiam et ad Bjarmiam usque hostiles copias duxit. In hac expeditione Gunnhildam primum vidit, quæ tum educationis et (magiæ) ediscendæ causa cum Möttule Finnorum rege versabatur, omnium hominum in rebus magicis versatissimo. Postea, quum Ericus in Angliam pervenit, omnes regiones occidentales armis invasit. Qua de causa Ericus sanguisecuris appellatus est"[1]. Quamvis non satis appareat, utrum hæc omnia in carmine Glumii sint recensita, an, quod verosimilius est, prima tantum bella ibi decantata sint, tamen certum est auctorum testimonium de carmine quodam Glumi, quod expeditiones piraticas Erici sanguisecuris tractaverit. Ad hoc carmen referimus duos versus, quos Olavus albuspoëta in libro suo de figuris poëticis nobis servavit:

Brandr fær logs ok landa
lands Eiríki banda[2].

qui versus satis aperte indicant, primum quod ad carmen majus intercalatum, metro collatato cum anadiplosi[3], pertineant, deinde etiam carmen, unde desumti sunt, primas expeditiones ejus militares decantasse, antequam regnum Norvegiæ hæreditate acceperit, ideoque vix post annum 934 compositum fuisse.

[1]) „Svâ segir ok Glúmr Geirasunr í sínu kvæði, at Eiríkr herjaði, áðr en Haraldr konúngr andaðist, suðr við Halland ok Skáni, ok víða um Danmörk, ok allt fór hann um Kúrland ok Eistland, ok mörg önnur lönd herjaði hann í Austrvegum. Hann herjaði ok víða um Svíþjóð ok Gautland; hann fór norðr á Finnmörk ok allt til Bjarmalands með hernaði. Í þeirri ferð sá hann fyrsta sinn Gunnhildi, þá var hon á fóstri ok at námi með Möttul Finnakonúngi. Sá var allra fjölkunnugastr. Ok síðan Eiríkr kom til Englands, þá herjaði hann um öll Vestrlönd. Fyrir þessa sök var hann kallaðr Eiríkr blóðöx". Fagrsk. cap. 28, pag. 17.

[2]) „sem kvað Glúmr" etc. Sn.-E. II, 144.

[3]) dunhent, vide exemplum in clave metrica Snorronis, Sn.-E. I, 634.

2. Gráfeldardrápa[1], carmen majus intercalatum metro collatato, de Haraldo Norvegiæ rege, grafeld dicto. Hocce carmen in Islandia compositum fuit, quum poëta de clade et morte Haraldi regis apud Halsum in sinu Limafjord audiverat. Ibi Haraldi regis expeditiones et gesta bellica pertractantur, postremumque prælium Halsense et interitus Haraldi regis. Carmen deinde ad duos fratres regis superstites, Ragnfrödum et Gudrödum, missum fuisse videtur, qui poëtæ bonas res promiserant[2]. Inter fragmenta, quæ ad nos pervenerunt, primo loco versus intercalares adferemus, in codice Melensi (Melabók) libri originum Islandiæ (Landnámabók) conservatos, qui sic eduntur:

Víg(ei)so tekr vísa
valfall Haralds alla[3].

In libro Snorronis Sturlæi de dictione poëtica initium vel primam carminis semistropham servatam esse putamus, quæ sic se habet:

Hlýði! hapta beiðis
hefk mildínga gildi;
því hjóðum vèr þögnar
þegna tjóu at fregnum[4];

ubi etiam apparet, poëtam ultimo prælio Haraldi regis non

---

[1]) „þess getr Glúmr Geirason í Gráfeldardrápu". Hkr. Hák. góð. cap. 10 et sæpius.

[2]) „En ek veit at hefir heitið, hans bróðir mèr góðu ... hvaðartveggi" .. Hkr. Ól. Tryggv. cap. 17: Sn.-E. II, 100. Hi versus igitur certum temporis spatium indicant, quo carmen compositum sit, nimirum post mortem Haraldi, priusquam Ragnfrödus secundo vel tertio anno post Haraldi occasum decessit.

[3]) „Glúmr skáld, er orti Gráfeldardrápu, er þetta er stef í: Víg. so" etc. Landnámabók III, 20, Íslendínga sögur (1843) I, 233. Sensus est: Occasus Haraldi regis omnes (homines) pertingit v. concutit. Cum vocabulo „vigeiso" conferri possunt voces „dólgeiso" et „rógeiso", quæ in fragmentis hujus carminis occurrunt.

[4]) Sn.-E. I, 248, cfr. III, 11 12.

interfuisse, sed auditu ex aliis testibus relationes de eo percepisse. Attamen quoad hanc pugnam et cetera gesta Haraldi attinet, tam accuratam notitiam habuisse putatur, ut omnes scriptores historici et inter eos ipse Snorro Sturlæus maximam ei auctoritatem tribuerint. Strophæ autem, quæ ad hoc carmen pertinent, et expeditiones bellicas Haraldi a prima juventute[1] ex ordine pertractasse videntur, hæc sunt, etsi invicem non satis exacte ordinatæ:

Hafði för til ferju . .
. . . barnúngr . . (Skáney—Skotland),
Dólgeiso rak dísar . . . (Írland)
Austrlöndum fèkkst undir . . (í Austrvegi)[2]
Hilmir rauð und hjálmi (½ . . (Gautland)[3]
Austr rauð jöfra þrýstir . . . (Bjarmaland)[4]
Braut við brynju njóta . . .[5]
Mælti mætra hjalta . . .[6]

---

[1]) auctor Fagrskinnæ (cap. 36, pag. 31) omnes expeditiones bellicas, quæ in carmine enumerantur, ad certos annos regni Haraldi regis referre videtur, quod non recte fit.

[2]) Hkr. Hák. góð. c. 5. 10; Fornm. s. I, 25—26. 30.

[3]) Sn.-E I, 452. 518; III, 91.

[4]) Hkr. Har. gráf. c. 14; Fornm. s. I, 63. Hæc stropha, quæ expeditionem Haraldi in Bjarmiam et prælium in ripis Vinæ fluvii tractat, variationem non parvi momenti præbet; nam si cum Snorrone legimus:

(brand) þar er bjarmskar kindir
(brennanda) sá ek renna . .

testem haberemus poëtam ipsum in hoc prælio partes habuisse; — si autem lectionem in Fornmanna sögur acceptam sequimur:

. . . þar er bjarmskar kindir,
. . . lèt renna . .

rectius acciperetur, eum ex auditu de hoc prælio referre.

[5]) „sem Glúmr Geirasunr segir í Gráfeldardrápu, er hann orti um Harald konúng", Fagrsk. cap. 35, pag. 30.

[6]) „Svâ segir Glúmr Geirason í Gráfeldardrápu". Hkr. Ól. Tryggv. c. 13; Fornm. s. 1, 88.

Heinþynntan lèt hvína ($\frac{1}{2}$ . . .[1]
Hjoggusk hvárir tveggja ($\frac{1}{2}$ . .[2]
Varð á víðu borði . .[3]
Þar var þrafna byrjar ($\frac{1}{2}$ . .[4]
Kunni tólf sá er tanna ($\frac{1}{2}$ . .[5]
Fèllumk hálf þá er hilmis . . . .[6]

Hæc igitur fragmenta duodecim fere strophas æquant, quod fortasse tertiam partem carminis vel circa effecisse verosimiliter accipi potest.

3. Lausavísur, strophæ singulares Glumi nullæ nobis relictæ sunt, una excepta, quæ post obitum Hakonis regis boni et pugnam Stordensem composita est (c. 961), ubi de ultione et morte Hakonis regis gloriatur. In hac stropha lectio duplex adest, quæ sensum facit ambiguum, Snorro Sturlæus enim legit:

Vel hefir hefnt, en hafna
hjörs bendraugar fjörvi,
fólkrakkr of vann fylkir
framligt, Haraldr Gamla,
er dökkvalir drekka
dólgbands fyrir ver handan,
roðin frá ek rauðra benja
reyr, Hákonar dreyra[7].

Si hanc lectionem sequimur, dubitari potest, an Glumus in prælio Stordensi partes habuerit; si autem vera est lectio

[1]) Fagrsk. cap. 43, pag. 35; Sn.-E. I, 428.

[2]) Fagrsk. cap. 43, pag. 35.

[3]) Hkr. Ól. Tryggv. cap. 13; Fornm. s. 1, 88 – 89; cfr. Fagrsk. cap. 43, pag. 35.

[4]) „Svâ kvað Glúmr Geirason". Sn.-E. I, 234.

[5]) „Svâ segir Glúmr Geirason í drápu þeirri er hann orti um Harald Gunnhildarson". Hkr. Har. gráf. c. 2; Fornm. s. 1, 52.

[6]) „Svâ segir Glúmr Geirason í Gráfeldardrápu". Hkr. Ól. Tryggv. cap. 17; Fornm. s. 1, 92 cfr. Sn.-E. II, 100; III, 137.

[7]) Hkr. Har. gráf. cap. 1; Fornm. s. 1, 48.

Fagrskinnæ[1]: „roðin sá ek rauðra benja reyr", eum hoc prælio interfuisse necesse est, quod etiam narratione subsequenti confirmatur. Eyvindus enim Finni filius, poëtarum-corruptor (skáldaspillir) cognominatus, consanguineus Hakonis regis et amicus intimus, versibus Glumi irritatus altera stropha respondit, et de cæde Gamlii et de filiis Gunnhildæ sæpius ignominiose de terra in mare profligatis gloriatus est. His iratus rex, Eyvindum et ceteros Hakonis amicos ad eum ablegavit, i. e. necem iis comminatus est. Quum igitur Eyvindus ad regem placandum fortitudinem ejus versibus laudaverat, parvo quidem successu, Glumus Geirii filius ex ejus partibus stetit, et intercessione sua non parum ad vitam poëtæ celeberrimi liberandam effecit[2], quod multum ejus memoriæ honorem auget, præsertim quum inter ferventissimos amicos Haraldi regis et Gunnhildidarum fuisse videatur.

49. GUTHORMR SINDRI, vide supra sub nro. 46.

50. EYVINDR SKÁLDASPILLIR FINNSSON (cfr. nr. 161). Eyvindus Finni filius, poëtarum-corruptor cognominatus, principalem locum inter poëtas nostros semper tenuit. Natus erat in Halogalandia Norvegiæ, ubi posteri ejus per longa tempora principatum tenuerunt. Genus ab Haraldo pulchre comato ducens, cujus pronepos erat, regibus et optimatibus Norvegiæ consanguinitate et consuetudine junctus fuit, præsertim vero Hakoni bono sive Adalsteinis alumno, cujus amicus et intimus consiliarius fuit. Quo modo autem cum familia regia consangvinitate junctus fuerit, ex hac tabella videmus[3].

---

[1]) Fagrsk. cap. 35, pag. 27.

[2]) Fagrsk. cap. 35, pag. 28.

[3]) Hkr. Har. gráf. cap. 1.

Haraldr hinn hárfagri, Noregskonúngr.

Íngibjörg ◡ Hálfdan jarl	Hákon Aðalsteinsfóstri	Eiríkr blóðöx ◡ Gunnhildr konúngamóðir.
Gunnhildr ◡ Finnr hinn skjálgi		Gunnhildarsynir
Eyvindr skáldaspillir.		

Cum Hakone rege diu versatus est, et in pugna Stordensi ex partibus ejus militavit; deinde brevi tempore inter aulicos Haraldi grafeldi receptus, quum nullo modo regem sibi conciliare potuit, ad fundos paternos se recepit. Haraldo deinde et ejus fratribus a regno expulsis, ad Hakonem comitem, cui etiam consangvinitate junctus fuit, se contulit, et extremis ejus annis intima amicitia et honore ab eo affectus esse videtur, imo etiam a nonnullis scriptoribus inter præfectos militares Hakonis comitis in prælio adversus piratas Jomenses nominatur [1]. Post Olavi regis Tryggvii filii adventum in Norvegiam nulla Eyvindi mentio fit, quare verosimillimum est, eum ante aut circa annum 995 mortem oppetisse.

De cognomine Eyvindi fere unanimis consensus fuit, nomen skáldaspillir (Torfæus vertit: „crux poëtarum vel poëtarum corruptor") ea de causa datum, quod tantopere alios poëtas ingenio et arte superaverit, ut cum eo nulla comparatio esset [2]. Sed hæc interpretatio, etsi re ipsa et quoad sententiam haud incommode fieret, tamen quoad verba non admitti posse videtur, quum talis inter-

¹) „á stjórn Hákoni jarli er Sigurðr sonr hans, ok með honum Eyvindr Finnssonr ok Erlendr steik . . báðir lendir menn ok ágætir. Fagrsk. cap. 60, pag. 48.

²) vide inter ceteros Munch, Det norske Folks Historie 1, 761.

pretatio ipsi verborum significationi adversetur, nullisque ceteris exemplis fulciatur. Nulli ergo dubitamus, quin huic cognomini ansam dederit furtum quoddam literarium, vel immutatio aut imitatio versuum aliorum auctorum, quæ in pejus facta fuisse visa est, fere eodem modo atque de poëta Auduno (nro. 41) accidit, cui tale furtum mali-poëtæ cognomen comparavit; quomodo autem hæc de Eyvindo acciderint, nihil nobis relatum est. Certe hoc ex confesso dici potest, notissima ejus poëmata Hákonarmál et Háleygjatal carmina antiquiora Eiríksmál et Ýnglíngatal in memoriam revocare.

Carmina Eyvindi, quorum memoria ad nostra tempora pervenit, hæc sunt:

1. Hákonarmál, carmen post mortem Hakonis regis Adalsteinis-alumni in ejus memoriam compositum, in Recensu nostro sub nro. 50 haud dubie significatur. Quemadmodum Fagrskinna disertis verbis indicat, Eyvindus aliud carmen antiquius imitatus est, nimirum Eiríksmál, quod Gunnhildæ reginæ motu post obitum regis Erici sanguisecuris editum est[1]. Carmen Hákonarmál ad minora non intercalata (flokkar) referendum est, et quoad metricam formam hoc peculiare habet, ut non unico

[1]) „sem Eyvindr segir i kvæði því, er hann orti eptir fall Hákonar, ok setti hann þat eptir því, sem Gunnhildr hafði látið yrkja eptir Eirik, sem Óðinn byði honum heim til Valhallar". Fagrsk. cap. 33, pag. 22. 27. — „Eyvindr skáldaspillir orti kvæði eitt um fall Hákonar konúngs ... þat eru kölluð Hákonarmál, ok er þetta upphaf". Hkr. Hák. góð. cap. 33 (32). — „Haconarmal er Eyvindr orti", titulus carminis in codice Frisiano (ed. C. R. Unger. Christiania 1871. 8vo. pag. 84 85). - Cederström. Forsök till tolkning och förklaring af Hákonarmál. Upsal. 1860. 8vo. Carmen ipsum his locis et multo pluribus editum est. Snorro in libro de dictione poëtica (Skáldskaparmál) duas strophas integras et unam semistropham (1. 14. et 4.) attulit, nomine poëtæ addito: „Eyvindr kvað", vide Sn.-E. i, 234. 236. 518.

tantum sed duplici metri genere consistat, partim antiquo (fornyrðalag) partim cantilenarum metro (ljóðaháttr), quod jucundam in recitando variationem auget. Numerus stropharum etiam aliquid novi et insoliti præbet, quum nimirum non in decades quadret, sed una stropha duas decades superet, cui etiam accedit, quod ultimæ strophæ argumentum suspicionis nonnihil movere videatur, nam certe quidem hi versus non statim post Hakonis mortem compositi esse possunt. Quamquam autem hæc ita sint, integrum hoc carmen apud Snorronem conservatum esse putamus. Quod ad ipsum initium pertinet, disertis verbis hoc adesse dicitur:

Göndul ok Skögul
sendi Gauta-Týr
at kjósa um konúnga,
hverr Ýngva ættar
skyldi með Óðni fara
ok í Valhöll vera.

Tum apparatus Hakonis ad pugnam et ipsum prælium describitur, deinde quomodo rex sanguine perfusus ex prælio discedens Odinum sibi iratum vidit, quum ethnica fide relicta, christianam amplexus sit, sed contra spem Odinus et ceteri dii ethnici gratiose regem in amicitiam et societatem Einheriorum recipiunt, quod egregiam regis pietatem demonstrare dicit poëta. Stropha vicesima, quæ virtutem regis et bonitatem elegantissime prædicat, his verbis:

Mun úbundinn
á ýta sjöt
Fenris-úlfr fara,
áðr jafngóðr
á auða tröð
konúngmaðr komi,

non inepte finem carminis fecisse potuerit, quod tum viginti strophis absolveretur, sed quæ nunc finalis est:

Deyr fè
deyja frændr
eyðist land ok láð;
síz Hákon fór
með heiðin goð
mörg er þjóð of þjáð,

non solum quoad metrum singularis est indolis, quum utraque semistropha homœoteleutis finiatur, sed etiam his addi poterit, quod duo primi versus carmini eddico Havamal conveniant, et præterea rationi temporis et unitati carminis adversentur. Dixerat mox ante poëta (str. 19) tempus, quo Hakon regnavit, felicis memoriæ futurum esse; in ultima stropha dicit terram et regnum (Norvegiæ) magis magisque devastari, multosque homines jugo servitutis opprimi, postquam Hakon cum diis ethnicis discessit. Certum est igitur, tale de regni decremento testimonium nullo modo statim post decessum Hakonis regis proferri posse, sed primum post aliquot annos, quum Eyvindus, desertis partibus regum, domum se receperat, et regionem suam annonæ caritate vexari fameque pæne devastari videbat. Hinc sequitur, aut hoc carmen non anno 961, statim post Hakonis regis discessum, esse compositum, quod primas viginti strophas consideranti minus verosimile videretur, aut etiam initio viginti tantum strophas habuisse, sed post aliquot annos aut ultima stropha auctum esse aut etiam hanc stropham, posterius singulariter editam, quum tractus Halogalandiæ caritate annonæ et fame vexabantur, a poëta ipso aut aliis huic carmini appensam esse, quum contrarium statum seculi Hakonis in memoriam revocaret.

2. Kvæði um Storðar-bardaga, carmen de prælio Stordensi, ubi Hakon rex lethale vulnus accepit,

nusquam disertis verbis apud auctores nominatur, sed duæ strophæ, Eyvindo attributæ, quæ singulariter a Snorrone adferuntur, satis perspicue non ut solitariæ, sed ut pars quædam majoris carminis, metro collatato, quod prælium Stordense continuo ordine et accurate descripserit, prodire videntur. Utraque apud Snorronem in Historia Hakonis boni edita est, addita relatione, quæ haud dubie ex eodem carmine Eyvindi desumta fuit. Quum nimirum galea regis, splendore solis radians, hostium turbam attraheret, Eyvindus Finni filius (ipse poëta) galeam pileo texit; tum Eyvindus skreyja, unus ex primipilis adversariorum, exclamavit: „ubinam est galea illa inaurata? num rex Nordmannorum jam delitescit, an fugam capessivit". Rex alta voce Skreyjæ respondit: „Prorsus recta tende, si regem Nordmannorum invenire cupis". Mox deinde rex impetu facto Skreyjam ipse prostravit et hostes in fugam compulit. Verba regis hoc modo apud Eyvindum exprimuntur:

Baðat valgrindar vinda
veðrheyjandi Skreyju
gumnum hollr nè gulli
gefnar sinni stefnu:
ef svipkenni svinnan
sigrminnigr villt finna
fram haltu njótr at nýtum
Norðmanna gram þannig.

Ad hoc carmen etiam referimus alteram stropham, quæ de cæde Alfi askmanni (piratæ) tractat, et apud Snorronem mox subsequitur:

Veit ek at beit hinn bitri . . . [1]

---

[1]) „svâ segir Eyvindr skáldaspillir". Hkr. Hák. góð. cap. 31 „Um þetta orti síðan Eyvindr skáldaspillir: Baðat *etc.* . . . . Aðra

3. **Íslendíngadrápa**, carmen majus intercalatum de incolis Islandiæ, anno circa 965 verosimiliter compositum, de quo ita Snorro[1]: Eyvindus de omnibus Islandis carmen majus intercalatum composuit, illi autem tali modo remunerabantur, ut quisque paterfamilias ei nummum tributarium daret, pondere tres argenteos nummos adæquantem, qui facta incisura album intrinsecus colorem demonstrarent. Collato autem in comitiis generalibus argento, decretum est, ut fabris defæcandum traderetur, deinde spina pallii ex eo fabricata fuit, et manupretium solutum, quo facto spina quinquaginta marcas pondere æquabat. Hanc deinde ad Eyvindum miserunt; ille autem concidere curavit, et haleces familiæ sustentandæ causa argento coëmit, id quod his versibus indicatur:

Fengum feldar stínga,
fjörð ok galt við hjörðu,
þann er álhimins utan
oss lendíngar sendu . . .[2]

De carmine illo nulla nobis præterea narratio relicta est, neque fragmenta servata, quæ certa auctoritate huc

---

vísu orti hann um fall Eyvindar skreyju [*rectius* Alfi askmanni] Veit ek *etc.* Fagrsk. cap. 33, pag. 24.

[1]) Hkr. Har. gráf cap. 18.

[2]) álhimins-lendíngar = Íslendíngar; fjörð-hjörð grex sinuum, haleces. Hkr. Har. gráf. l. c. — Quum in historia dicitur, Eyvindum spina illa argentea concisa pecora emisse, hoc fortasse inde ortum est, ut commentator „hjörð" (grex) sit interpretatus, omisso vocabulo „fjörð". — Ceterum quinquaginta marcæ sedecim millia nummorum faciunt, cui si addatur manupretium, octo millia nummorum vel circa, summa viginti quatuor nummorum producitur, hæc autem numerum patrumfamilias, qui Islandiam hoc tempore incoluissent, octo millia vel circa fuisse demonstraret. cfr. Munch, Det norske Folks Historie I. 2, pag. 8.

referri possent; sed tamen apud Olavum album-poëtam, in ejus tractatu de figuris orationis, duo versus inveniuntur, quamquam nulli auctori adscripti, quos ad hoc carmen referre nobis quidem arridet, nimirum:

Út rèð Íngólfr leita
ógnreifr með Hjörleifi[1].

qui si ad hoc carmen recte sint relati primum post introductionem carminis locum apte habuissent, totum vero carmen metro collatato constructum fuisset.

4. Háleygjatal, Halogensium recensus, id est recensus genealogicus stirpis Halogicæ, in honorem Hakonis comitis compositus, qui inde genus duxit. Snorro, qui hoc carmen integrum habuisse videtur, ita in præfatione operis sui de eo verba fecit: Eyvindus poëtarum-corruptor majores Hakonis comitis, qui potens appellatus fuit, in carmine dicto Haleygjatal, de Hakone composito, recensuit. Sæmingus ibi nominatus est, filius Yngvi-Freyi [Odinis], et de morte cujusque eorum et tumuli loco relatum[2]. De tempore, quo carmen editum sit, ipsum testimonio est, Snorro enim, de prælio Hakonis in sinu Hjörungico adversus piratas Jomenses verba faciens, unam ejus stropham citat, quo perspicuum fit, post hoc prælium compositum esse, nimirum ultimis temporibus Hakonis comitis circa 994,

---

[1]) Sn.-E. II, 134.

[2]) „Eyvindr skáldaspillir taldi ok lángfeðga Hákonar jarls ins ríka í kvæði því, er Háleygjatal heitir, er ort var um Hákon. Sæmíngr er þar nefndr, son Ýngvi-Freys [Óðins, Ýngl. s. cap. 9]; sagt er þar ok frá dauða hvers þeirra ok haugstað", Snorr. Hkr. in Præfat. „En savnnendi til þessa ma hayra i Havlayia tali er Ayvindr orti, er callaþr var scaldaspiller". Ágrip in Fornm. s. x, 390. — „Háleygja drápa" perperam appellatur in Flateyjarbók I, 64. Nomina virorum ex stirpe Halogica progenitorum recensuit Torfæus Hist. Norv. I, 146: Munch, Det norske Folks Hist. I, 324 sq., 348—349.

vel certe non ante annum 986 [1]. Nostris temporibus fragmenta tantummodo hujus carminis restant, quæ non sine verisimilitudine ita invicem ordinari possunt:

Vilja ek hljóð
at Hárs liði
meðan Gyllíngs
gjöldum yppi'k,
ok hans ætt
í hverlegi
gálgafarms
til goða teljum [2].

Hæc stropha ex initio carminis desumta est.

Hinn er Surts (1/2 . . . . [3]
Þann skáldblœtr . . .
sævar beins (1/2 . . . . [4]
þá er útröst (1/2 . . . . [5]
En Guðlaugr . . .

---

[1]) Plurimi annales Islandorum pugnam Hjörungicam ad annum 994 referunt.

[2]) „ok sem kvað Eyvindr", Sn.-E. I, 248; cfr. III, 12: „svâ sem kvað Eyvindr, ok fyrr er ritað", ib. 252 (posterior semistropha).

[3]) Sn.-E. I, 242, cfr. III, 9; hæc ad laticem poëticum ab Odine raptum et ad Asas translatum tendunt, ad primam partem carminis haud dubie pertinentia.

[4]) Integram stropham oum dimidio servavit Hkr. Ýngl. s. cap. 9, ubi sic præfatum est: „Njörðr fékk konu þeirrar, er Skaði hèt, hon vildi ekki við hann samfarar eiga, ok giptist síðan Óðni. Áttu þau marga sonu; einn þeirra hèt Sæmíngr, um hann orti Eyvindr skáldaspillir þetta . . . . Til Sæmíngs taldi Hákon jarl hinn ríki lángfeðgakyn sitt".

[5]) „Svâ sem kvað Eyvindr skáldaspillir". Sn.-E. I, 262.

Ok náreiðr . . .[1]
Ok sá halr (1/2 . .[2]
Varð Hákon . . .
Ok þar varð . . .[3]
Ok Sigurð, hinn . .
Ok öðlíngr . .[4]
þar varð minnstr . . .
þá er sverðálfr (1/2 . .[5]
þeim er allt austr (1/2 . . .[6]
Jólna sumbl (1/2 . .[7]

Hæc fragmenta duodecim strophis et uni semistrophæ æquivalent, quum autem stemma Halogicum secundum Torfæum a Semingo ad Hakonem comitem viginti et septem no-

[1]) Hæ duæ strophæ integræ in Hkr. Ýngl. s. cap. 26 occurrunt, præmissis his verbis: „Svâ segir Eyvindr skáldaspillir".

[2]) „Svâ kvað Eyvindr". Sn.-E. I, 418; cfr. III, 77.

[3]) Hæ duæ strophæ integræ in Hkr. Har. hárf. cap. 43 servatæ sunt, his præmissis: „svâ segir Eyvindr skáldaspillir". Inveniuntur etiam hæ strophæ in Fagrskinna, cap. 11 pag. 7, quæ præmittit: „Svâ segir Eyvindr skáldaspillir, faðir Háreks í Þjóttu, í kvæði því er Háleygjatal er kallat".

[4]) Duæ integræ strophæ in Hkr. Har. gráf. cap. 6, his præmissis: „Eyvindr skáldaspillir segir svâ í Háleygjatali". — „Þess getr Eyvindr í Háleygjadrápu". Flateyjarb. I, 64. — „Svâ sem segir Eyvindr skáldaspillir". Fagrsk. cap. 35, pag. 30. — Primam tantummodo stropham dedit Sn.-E. I, 232—34, præmittens: „svâ kvað Eyvindr skáldaspillir", et ultimam ejusdem semistropham Sn.-E. I, 452 (svâ kvað Eyvindr skáldaspillir: „Farma Týs etc. . . .) et II, 160 („sem Eyvindr kvað").

[5]) integra stropha cum dimidio invenitur in Hkr. Ól. Tryggv. cap. 43, his verbis præmissis: „Eyvindr skáldaspillir segir ok svâ í Háleygjatali".

[6]) „ok svâ (segir) Eyvindr skáldaspillir". Fagrsk. cap. 48, pag. 41; de Hakone comite, quum omnem Norvegiam sibi subjecerat.

[7]) „sem Eyvindr kvað". Sn.-E. II, 470.

mina [1] complectatur, quorum cuique ut videtur duæ vel plures strophæ dedicatæ erant, verosimile fit, ut totum carmen sexaginta strophas vel plures continuerit, id est quinque ejus partes deperditas esse, sextam solummodo ad nostra tempora pervenisse.

5. **Lausavísur**, singulares strophæ Eyvindi aliquot, quamquam non admodum multæ, nobis servatæ sunt; in qua re hoc observari meretur, omnes illas circa et post prælium Stordense editas esse. Prima tempore fuit, qua Hakoni regi adventum et impetum hostium imminentem nuntiavit:

Blóðöxar tjá beiða . . .

et mox altera:

Samira njörðr enn norðar . . . [2]

Tum in ipso prælio Hakonem regem una semistropha appellavit, cui rex altera respondit:

---

[1]) Hæc nomina virorum in stemmate Halogico fuerunt: Sæmingr — Goðhjalti — Sverðhjalti — Hoddbroddr — Himinleygr — Veðrhallr Hávar handrami — Goðgestr — Heimgestr Huldarbróðir Gýlaugr — Guðlaugr — Mundill gamli — Hersir — Brandr jarl Brynjólfr — Bárðr Hergils — Hávar — Haraldr trygill - Þrándr — Haraldr — Herlaugr — Herlaugr — Grjótgarðr Hákon Hlaðajarl — Sigurðr Hlaðajarl — Hákon Hlaðajarl hinn ríki. – Series illa etiam invenitur inter alia collectanea genealogica, Arildi Hvitfeldii ut videtur manu scripta (c. 1597), in codice chartaceo „Adversaria Hvitfeldiana" inscripto, nunc in Collect. A. Magn. Nro. 22 a. in fol. asservato, quæ quidem non paucis erroribus laborat, sed niholominus singulis locis lectiones codicis archotypi accuratius nobis demonstrat, ut inde satis perspicuum erit Torfæi seriem non ex Hvitfeldii excerptis, sed ex eodem fonte haustam esse. Sic recte in Hvitfeldianis Gylaugi nomen post Gudlaugi ponitur; nomen Herlaugi semel tantum occurrit, non duplex, quod forte rectius erit; demum post Hákon ríki addit: „Eirikr. Hakon", nimirum duo nomina, quæ seriem illam ad annum 1030 producunt, et verosimile faciunt eandem seculo undecimo ex carmine Haleygjatal exscriptam duobus ultimis nominibus auctam esse

[2]) Hkr. Hák. góð. cap. 28; Fagrsk. cap. 32, pag. 21; Fornm.

Lýtr fur laungum spjótum ($^1/_2$ . . .[1]

Post prælium Stordense, quum Glumus Geirii filius (48) de morte Hakonis regis gloriaretur, Eyvindus hac stropha retorsit:

Fyrr rauð Fenris varra
flugvarr konúngr sparra,
málmhríðar svall meiðum
móðr, í Gamla blóði:
þá er ústirfinn arfa
Eiríks ok rak geira,
nú tregar gæti gauta
grams fall, á sjá alla[2].

Hac re ira incensus rex Haraldus, mortem minatus est, donec per amicorum intercessionem res ita composita fuit, ut Eyvindus poëta Haraldi regis fieret, quemadmodum Hakonis fuerat. Tum etiam virtutem bellicam Haraldi his versibus laudavit:

Lítt kváðu þik láta
landvörðr—er brast—Hörða!
brynju hagl í benjum
bugust álmar, geð fálma:
þá er úfólgin ylgjar
endr or þinni hendi

s. I, 41. 42. — Ceterum notandum est, hanc stropham posteriorem ad alium auctorem relatam esse in libro Melensi (Melabók), uno ex codicibus historiæ de originibus Islandiæ (Landnámabók), vide Íslend. sögur (1843) I, 54 not.

[1]) „í þessum þys kvað Eyvindr skáldaspillir einn gamankviðlíng til Hákonar konúngs, áðr en fylkíngarnar læpisk at". Fagrsk. cap. 33, pag. 22.

[2]) „Eyvindr skáldaspillir orti vísu þessa, þá er Glúmr Geirason hældist í sinni vísu um fall Hákonar konúngs". Hkr. Hák. góð, cap. 27. cfr. Har. gráf. cap. 1; Fagrsk. cap. 35, pag. 27; Fornm. s. I, 48.

fetla svell til fyllar
fullegg Haraldr gullu[1].

„Parum hoc quidem", rex inquit, „sed tamen aliquid". Glumus Geirii filius respondit: „Parum equidem, domine, quod est nihil". Rex regessit: „iste vir nunquam nobis fidelis erit, quamdiu vivet". Glumus tum intercedens rogavit Eyvindum, ut regem versu placaret, ille autem regem supplex hac stropha appellavit:

Einn drottinn hefi' ek áttan
jöfur dýrr! en þik fyrri
(bellir bragníngr elli)
bið ek ei mèr hins þriðja;
trúr var ek tiggja dýrum
tveim skjöldum lèk ek aldri,
fylli ek flokk þinn stillir!
fellr á hönd mèr elli[2].

Tali modo periculum elapsus domum se recepit, et ibi remansit, stipatorum regiorum cohortem evitans. Neque tamen infestum in regem animum celare potuit, et quum de avaritia Gunnhildæ filiorum fama ferretur, qui thesauros suos defodere dicebantur, diversitatem hujus ætatis sordidæ ab ætate Hakonis, liberalitate et splendore regis et aulicorum præcellentia insigni, duabus strophis pertractavit, quæ quum elegantem variationem ejusdem thematis præbeant, utramque hic in medium proferendam putamus:

Bárum ullr of alla
ímunlauks á hauka

---

[1]) „þá orti Eyvindr vísu um Harald konúng". Hkr. Har. gráf. cap. 1; Fagrsk. cap. 35, pag. 28. Priorem semistropham dedit Sn.-E. 1, 432, præmittens: „ok Eyvindr skáldaspillir".

[2]) Fagrsk. cap. 35, pag. 28; Hkr. Har. gráf. cap. 1; Fornm. s. 1, 50--51.

fjöllum Fýrisvalla
fræ Hákonar æfi;
nú hefir fólkstríðir Fróða
fjölglýjaðra þýja
meldr í móður holdi
mellu dólgs of fólgit[1].

Fullu skein á fjöllum
fallsól brávallar
Ullar kjöls um allan
aldr Hákonar skaldum;
nú er álfröðull elfar
jötna dólgs of fólginn,
ráð eru rammrar þjóðar
rík, í móður líki[2].

His versibus auditis rex Haraldus poëtam mortis reum esse declaravit, qui deinde intercedentibus amicis vitam eo modo sibi conciliavit, ut annulum pretiosum, quem pater ejus ex terra effodierat, duodecim oras pendentem, et Moldium (glebalem) appellatum, regi tradere coactus sit. Tum stropham cecinit:

Skylda ek skerja foldar . . .[3]

Ultimis annis Haraldi grafeldi gravis annonæ caritas Norvegiam, præsertim Halogalandiam, vexabat, ita ut media

[1]) „um þat orti Eyvindr skáldaspillir vísu". Hkr. Har. gráf. cap. 1. — „þess getr Eyvindr skáldaspillir" Fornm. s. I, 50. — „svâ sagði Eyvindr skáldaspillir". Fagrsk. cap. 35, pag. 29. — Primam semistropham dedit Sn.-E. I, 398, et II, 108 duos primos versus.

[2]) Hkr. Har. gráf. cap. 1; Fornm. s. I, 50; Fagrsk. cap. 35, pag. 29. Prima semistropha in Sn.-E. I, 346 citata est, præmissis his verbis: „er orti Eyvindr skáldaspillir"; posteriorem semistropham in Sn.-E. I, 320 invenies, ubi præmittitur: „svâ sem kvað Eyvindr skáldaspillir".

[3]) Hkr. Har. gráf. cap. 1; Fornm. s. I, 51; Fagrskinna cap. 35, pag. 30.

æstate tota terra nive obruta esset, tum Eyvindus, quum domo egressus ningorem vehementem sensit, hos versus pepigit:

Snýr á Svölnis váru ($^1/_2$ . . . .[1]

De hoc tempore duas præterea strophas Snorroni servatas debemus, quarum altera halecis piscaturam commemorat:

Látum lángrą nóta . . .[2]

altera vero, quod annonæ caritate coactus non solum spinam argenteam, ab Islandis sibi honoris causa dono transmissam, sed etiam sagittas suas pro halece vendiderit:

Fengum feldarstínga . . .[3]

Exinde nulla stropha solitaria Eyvindo auctori tribuitur.

51. Guthormr sindri, vide supra sub nro. 46.

52. Glúmr Geirason, vide supra sub nro. 48.

53. Kormakr Ögmundarson, Kormakus Ögmundi filius (cfr. nr. 160), inter poëtas antiquos illustri laude celebratus est. Ejus historia sive vita multa et præclara antiquitatis vestigia nobis demonstrat, quæ tamen hic persequi non opus est, quum ad librum editum lectores vocare possimus[4]. Nomen ipsum, quod ex Hibernia ortum esse putares, commeatum inter Norvegiam et Hiberniam seculo nono vigentem indicat, quum avus poëtæ, Kormakus, postquam cum rege Haraldo pulchre comato militaverat, in provincia Vikensi Norvegiæ satrapiam quandam sive feudum obtinuisse videatur; quare verosimilitudine non caret, hunc Kormakum seniorem in expeditione occidentali Haraldi regis partibus ejus se applicuisse, et postea fundos in Vikia Norvegiæ præmii loco accepisse; in historia Kormaki ex genere Vikensi oriundus fuisse perhibetur, quod nullo modo huic assertioni contradicit, si fortasse


[1]) „Svâ kvað Eyvindr skáldaspillir, hann kom út ok dreif mjök". Hkr. Har. gráf. cap. 17; „Eyvindr skáldaspillir sagði svâ", Fagrsk. cap. 35, pag. 29.

[2]) Hkr. Har. gráf. cap. 18 (ed. Unger pag. 123).

[3]) Hkr. Har. gráf. ibid.

[4]) Kormaks saga. ed. A. Magn. Hafn. 1832. 8vo.

maternum genus ex Vikia ortum fuisset. Filius ejus Ögmundus regnante Erico sanguisecuri cum rege et regina Gunnhilda inimicitiis susceptis in Islandiam transmigravit (c. 932), in sinu Midfiord navem appulit, et sub auspiciis Skeggii Midfiordensis prædium Melr (hodie Melstaðr) fundavit. Postquam uxore et filio ab ea procreato in Norvegia morte privatus fuerat, in Islandia secundum matrimonium iniit, et filiam unius ex clientibus Egilis Skallagrimi filii uxorem duxit, ex qua duos filios procreavit. Ita genus poëtæ nostri hac tabella demonstratur:



Natus est ergo Kormakus in prædio Mel, tractu Hunavatnensi, circa annum 937. Fuit magna statura et robore insignis, cute albida, nigris oculis et crinibus, capillis in fronte cirratis, ingenio violentus[3], quoad habitum corporis

[1]) Ögmundr Galtason appellatur in Egils s. cap. 81; cfr. Landn. II, 4.

[2]) „þeir bioggu á Mel brœðr, Kormakr og Þorgils". Grettis s. cap. 15 (ed. pr. cap. 17), ubi de Kormako poëta et fratre ejus sermo esse non potest, cfr. Safn til sögu Ísl. I, 372.

[3]) „hann (Kormakr) var svartr á hár ok sveipr í hárinu, hörundsljóss ok nokkut líkr móður sinni, mikill ok sterkr, áhlaupamaðr í skapi". Korm. saga cap. 2. 3.

matri aliquantum similis. Frater ejus Thorgils continenti et placido ingenio fuisse traditur. Kormakus jam adolescens cum filia vicini nomine Steingerda (Steingerðr Þorkelsdóttir) amores iniit, qui deinceps utrinque fatales evenerunt, quum propter mentis eorum varietatem neque dissolvi, neque conjungi potuerint, et ideo utriusque vitæ inserti et quasi intexti sunt. Credebant ergo homines, artibus magicis et fascinationibus amores eorum frustratos esse, quod ad ingenium Kormaki præcox et violentum, ab omnibus religiosis et mysticis ritibus et formulis abhorrens, relatum est, de quo multæ res ad historiam veterum superstitionum illustrandam pretiosissimæ narrantur. Interea Kormakus virtute bellica magnum sibi nomen acquisivit, nam primum circa viginti annos natus cum Bersio duellatore (Hólmgaungu-Bersi) appellato, insigni athleta, in certamen singulare descendit, sed etiam per plures annos cum Haraldo grafeldo, rege Norvegiæ, militavit. De fortitudine ejus carmen Íslendíngadrápa his versibus testatur:

Kendi Kormakr stundum
kynstórr viðum brynju,
opt brá hann við heiptir
hrafns sút, í gras lúta;
álmr sá er hlaut hilmis
hald blóðugra skjalda,
höld frá ek hræðast aldri,
hugprúðr á sik trúði [1].

Carmina, quæ ad Kormakum auctorem referuntur, hæc sunt:

1. Sigurðardrápa, carmen majus intercalatum de Sigurdo comite Hladensi, quod Recensus nostri uro. 160 indicari nulli dubitamus. Postquam Kormakus non parce in juventute versus fuderat, anno 859, viginti duos annos

[1]) Íslendíngadrápa Hauks Valdísarsonar, str. 25. A. Magn. 748. 4to.

natus vel circa, in Norvegiam profectus est, et Sigurdum comitem Hladensem, potentissimum magnatem regni, visitavit, ibique aliquamdiu commorabatur. Hoc tempore igitur, et verosimillime anno 859, carmen Sigurðardrápa ab eo compositum est, quod quum non pauca habeat observanda, nos fragmenta eo relata hic dabimus, quæ sunt sequentia:

Heyri sonr á Sýrar
sannreynis fentanna
ör greppa læt'k uppi
jastrín Haralds mína [1].

Meiðr er mörgum æðri
morðteins í dyn fleina,
hjörr fær hildibörrum
hjarl Sigurði jarli [2].

Hróðr geri' ek of mög mæran
meirr Hákonar fleira
baptsæinis vel ek hánum
heið. *Sitr Þórr í reiðu* [3].

---

[1]) „sem Kormakr kvað". Sn.-E. I, 460; III, 94. Hæc semistropha certe ad initium carminis pertinet. Explicatio, quæ in libro de dictione poëtica addita est (Hann kallaði jarlinn sannreyni konúngsins, en Hákon jarl son Sigurðar jarls) aut cum lectione „Sigröðar" in sequenti semistropha pro „Hákonar" cohæret, aut etiam verba „en Hákon jarl son Sigurðar jarls", per se minus apte posita, ex interpolatione profecta sunt. His enim acceptis, carmen ad filium Sigurdi Hakonem comitem referretur, quod nec testimonio Recensus nostri confirmatur, nec ceterum verosimile videtur, nam Kormakus jam vivo Sigurdo comite ad Haraldum grafeldum se contulit.

[2]) „sem kvað Kormakr". Sn.-E. I, 414; III, 75. Hæc semistropha certo testimonio est, quod carmen in honorem Sigurdi comitis sit compositum.

[3]) „sem Kormakr kvað' Sn.-E. I, 466; III, 95. Quoad le-

Svall, þá er gekk með gjallan
Gauts eld hinn er styr beldi
glaðfæðandi Gríðar,
gunnr. *Komz Urðr at brunni*[1].

Hafit maðr ask nè eski
afspríng með sèr þíngat
fèsæranda at færa
faz. *Veittu goð Þjaza.*
Hver mani vès við varði
vægja kind of bægjaz,
því at funrögnir fagnar
fens. *Vá Gramr til menja*[2].

Præter hæc fragmenta duæ semistrophæ supersunt, quæ quamquam eadem metrica ratione constructæ sint, tamen hic ad

ctiones „Hákonar" et „vel" pertinet, nos egregium codicem A. Magn. 748 secuti has accepimus, ad carmen de Sigurdo Hladensi, non de Hakone filio ejus referentes, cfr. mox antea pag. 466 not 1. Ceterum hæc semistropha partis intercalatæ carminis initium fecisse videtur.

[1]) „sem Kormakr kvað". Sn.-E. I, 428; III, 81. Hæc semistropha ad partem carminis intercalatam pertinet, ubi gloriam militarem Sigurdi comitis per aliquot haud dubie strophas poëta tractavit.

[2]) „Þess getr Kormakr Ögmundarson í Sigurðardrápu". Hkr. Hák. góð. cap. 16. Lectio versus quarti apud editores in diversas partes abit; lectiones eorum „fæz" et „fáz" (ut etiam „valdi") metro repugnant, et constructio „fáz veizlo goð", i. e. convivium diis paratur (fæst veizla goðum) dura nimis et insolita videtur. Verba quæ sunt „afspríng þjaza" aptissime quidem conjungi possunt, quum comites Hladenses re vera genus suum a Thiassio gigante deduxerint (Háleygjatal), sed his acceptis parembole, quæ in hoc carmine suprema lex est, dirimitur. Nos igitur conjungimus „eski faz (= fats, o: cistellas ad vascula transportanda) et „afspríng fèsæranda"; præterea pro „velltu" (=vèltu) legimus „veittu", quod aptiorem sensum dare videtur. Vox „Gramr" in postremo versu non pro denominatione poëtica generali (= rex) hoc loco accipi debet, sed pro nomine mythico, sive mythico-historico, de Gramo, uno ex filiis

carmen de Haraldo grafeldo rege referuntur. Ex his autem, quæ attulimus, tota carminis Sigurdini indoles technica construi potest. Pertinet igitur ad metra collatata, cum parembole adhæsiva (non interposita), quod metri genus hjástælt appellatur[1]. Adhæc ex fragmentis hic allatis perspicuum fit, hanc parembolen non ad totum carmen, sed solummodo ad mediam ejus partem, quæ versibus intercalaribus distingui solebat, pertinuisse. Introductio igitur et apodosis nihil a metro collatato peculiare habebant; media vero pars carminis hoc modo distincta fuit, ut quævis semistropha (non stropha tantum) brevi quadam sententia finiretur, quæ ex prisca antiquitate vel ex memoriis mythicis desumta esset. Videmus hic duas semistrophas sine parembole, et accuratius inspectas ad initium carminis se referentes, deinde duas semistrophas et unam stropham integram, quæ parembolen adhæsivam præbent; Snorro autem nobis exemplum dedit[2], quomodo ipse leges metricas horum carminum intellexerit, nimirum parembolen ad quamcunque semistropham pertinere.

2. Kvæði um Harald gráfeld, carmen de Haraldo grafeldo, rege Norvegiæ, quod certe inter majora intercalata numerari debet, in Recensu nostro sub hoc eodem nro. (53) annotatur. Postquam Kormakus aliquamdiu apud Sigurdum comitem commoratus fuerat, ad Haraldum grafeldum regem se contulit, et hiemem 961—962 ibi transegit. Ad hoc tempus carmen referimus, cujus fragmenta in libro de dictione poëtica supersunt, siquidem non rectius cum carmine Sigurðardrápa sint conjungenda; quæ

Halfdani grandævi regis. — Ceterum hæc stropha ad partem carminis intercalatam pertinet, ubi sectione quadam generositas Sigurdi comitis et magnificentia in cultu deorum celebrando laudatur.

[1]) cfr. Jón Ólafsson: Nordens gamle Digtekonst, pag. 156 not.

[2]) Háttatal str. 13, Sn.-E. I, 618.

fragmenta duas semistrophas comprehendunt, nimirum quæ sequuntur:

Algildan bið ek aldar
allvald of mèr balda
ýs bifvángi Ýngva
úngr. *Fór Hroptr með Gúngni*[1].

Eykr með ennidúki
jarðhlutr día fjarðar
breyti hún sá er beinan
bindr. *Seið Yggr til Rindar*[2].

Non nihil certe dubii movet, in his fragmentis idem exquisitum metri genus atque in carmine Sigurðardrápa offendere. Quum autem pro certo accipi posse videatur, Kormakum in Haraldi grafeldi honorem carmen composuisse, et denominationes poëticas horum fragmentorum in regem aptius quam in comitem conferri, nos cum Egilssonio hæc ad carmen Grafeldianum referre nulli dubitamus. In media parte carminis locum habuisse videntur, ubi prior semistropha verosimiliter prima fuit. Notari etiam meretur, in utraque hac semistropha memorias de ipso Odino in parembolen electas esse, quum in fragmentis ex Sigurðardrápa allatis diversa mythologiæ momenta sint adhibita, nam inde fortasse concludi possit, omnem partem intercalatam hujus carminis epiphonematibus ex mythis Odinianis solummodo intersitam fuisse.

3. Ubi pro certo accipitur, Kormakum de Hakone

---

[1]) „Þat kvað Kormakr". Sn.-E. I, 242; III, 8. Quum poëta se ipsum juvenem appellet („ek .. úngr") ratio adesset hanc semistropham ad primum carmen ejus, v. c. Sigurðardrápa, referre; ex altera parte denominatio regia „allvaldr Ýngva aldar" aptius in regem Haraldum, ex Ynglingorum stirpe oriundum, applicatur.

[2]) „Svâ kvað Kormakr", et: „sem Kormakr kvað". Sn.-E. I, 236. 470; III, 4—5.

comite Hladensi carmen composuisse[1], hoc, ut mox demonstratum est, diversis codicum lectionibus nititur, his autem mutatis, quod auctoritate codicum optimæ notæ fieri potest, omnia in carmen Sigurðardrápa confluunt. Huc quoque accedunt, neque in Recenso nostro neque alibi de Kormaki apud Hakonem mansione, neque de carmine in ejus laudem composito sermonem esse; et si ita acciperetur, tria carmina ejusdem exquisiti metri exstitisse necesse erit, quod nullo modo vero similiter accipi potest. Nos igitur tale carmen non exstitisse putamus.

4. Lausavísur, strophæ diversæ Kormaki plus quam sexaginta in vita ejus asservatæ sunt. Decem primæ erotici generis sunt, quum circa viginti annos natus (c. 957) amicam suam Steingerdam prima vice conspexit, quæ in vita ejus egregie descripta sunt. Inter illas hæc primum locum tenet, quum pedes puellæ tantum viderat:

Nú varð mèr í mínu
menreið jötuns leiði
reitumz risti snótar
ramma ást fyrir skömmu;
þeir munu fœtr at fári
fallgerðar mèr verða,
alls ekki veit ek ella,
optarr en nú svarra[2].

Quum autem oculos puellæ vidisset, hanc egregiam stropham cecinit, quæ postea latius propagata est, et in vita Gunnlaugi ormstungæ[3] etiam citatur:

Brámáni skein brúna
brims und ljósum himni
Hristar hörvi glæstrar
haukfrán á mik lauka;

[1]) Sn.-E. III, 4.
[2]) Korm. saga cap. 3, pag. 12.
[3]) vide supra pag. 325.

en sá geisli sýslir
síðan gullhríngs Fríðar
hvarma túngls ok hrínga
Hlínar úþurft mína[1].

Quanti autem pretii puellam æstimaret hac stropha jocose prædicavit:

Alls met ek auðar þellu
Íslands, þá er mèr grandar,
Húnalands ok handan
hugstarkr sem Danmarkar;
verð ek Engla jarðar
Eir háþyrnis geira;
sólgunni met ek svinna
sunds, ok Íra grundar[2].


Postquam regi Haraldo se applicaverat, in expeditione militari, qua rex Hiberniam aggressus est, partes habuit (962), quo facto Islandiam revisit ibique unum vel potius duos annos commoratus est, novis certaminibus propter Steingerdæ amores implicatus. De his annis strophas non paucas edidit, quæ in vita ejus servatæ sunt. Æstate autem anni 964 in Norvegiam reversus, anno sequente cum Haraldo rege in expeditione Bjarmensi militavit. Hac tempestate etiam Steingerdam, quæ cum marito suo in Norvegiam profecta fuerat, a piratis raptam liberavit, sed quum maritus eam præmii loco tradere voluit, ipsa renuit, maritum præferens et tali modo amorum finem fecit; deinde in Islandiam cum marito reversa est. Tum Kormakus et frater ejus Thorgils Angliam et Scotiam adorti sunt (c. 966), ubi castellum Skardaborg (Scarborough) fundasse perhibentur, sed non multo post Kormakus mortem obiit, et fratri suo exercitum opesque reliquit, qui deinde rei pira-

[1]) Korm. saga cap. 3, pag. 14.
[2]) Korm. saga cap 3, pag. 26.

ticæ diu vacasse dicitur, postbac vero in Islandiam reversus, prædium eorum hæreditarium occupasse et ad vitæ dies possedisse videtur.

Præter strophas solitarias Kormaki, quæ in vita ejus traditæ sunt, duos versus dedit Olavus albus-poëta in tractatu suo de literis et figuris orationis[1], qui ad res cum patre Steingerdæ tractatas pertinere videntur, unde apparet plura Kormaki carmina exstitisse, quam quæ ad nostra tempora pervenerunt.

54. Hallfreðr vandræðaskáld Óttarsson, Hallfredus difficilis-poëta, Ottaris filius (cfr. nr. 170), celeberrimum nomen inter poëtas antiquitatis nostræ nactus est. Genus ejus ex tractu Norvegiæ Sognensi et insula Lupina (Ylfi = Ulfö) Halogalandiæ deductum fuit, quemadmodum hæc tabella demonstrat:



Ottar, pater Hallfredi poëtæ, post cædem in ultionem patris sui commissam, in Islandiam perfugit, et villam Grímstúnga sive Grímstúngur in tractu Hunavatnensi pretio emit, postea vero in vallem Norðrárdal tractus Borgarfjordensis transmigravit, et Ottarstadis habitavit. Hall-

[1]) Sn.-E. II, 136.

[2]) Landnámab. III, 5: Fornm. s. II, 1—6; Vatnsd. s. cap. 16.

fredus, circa annum 968 natus, ab Olavo avunculo suo Haukagili educatus est. Adolescens jam versus fundere cœpit, vividum ingenium et vegetum, non sine levitate, interdum etiam petulantia quodammodo mixtum, ex altera parte vero ingenuitatem et in amicitia constantiam et fidem demonstrans, quæ ejus nomen et famam per sceula sublime ferebant. Veritatis amorem tanti æstimavit Snorro Sturlæus, ut ejus auctoritatem in historia Olavi regis Tryggvii filii primo loco sibi esse declararet [1], et certe memoriam Olavi regis, ut Sighvatus Magni boni, per omnia tempora gloriosam reddidit. Magna statura fuisse dicitur, robustus, virili membrorum structura, crinibus subfuscis et bene compositis, superciliis nigricantibus, vultu concinno, naso tamen minus formoso. Vix viginti annos natus filiam sodalis patris sui Kolfinnam Avaldii filiam amare cœpit, quum vero matrimonium inire recusaret, puella alio viro nuptum data est, unde velitationes et certamina inter rivales exoriebantur. Hac de causa pater Hallfredi ex tractu Hunavatnensi migrare et Hallfredus ipse Islandiam relinquere cogebatur, qui in Norvegiam profectus in numerum satellitum Hakonis comitis Hladensis exceptus est (988). Sequente æstate Islandiam revisit, et deinceps aliquot annos in navigationibus et mercatura transegit opesque sibi collegit. Postea, quum aliquo autumno ab Islandia venisset et ad promontorium Agdanesum navem appulisset, audivit decessum Hakonis comitis et Olavum Tryggvii filium regnum Norvegiæ sibi vindicasse (996); de hujus regis zelo christiano nuntium quoque accepit, et talem novitatem evitare gestiens, ipse cum nautis suis deos invocarunt, ut secundos ventos ex Norvegia in aliquam ethnicæ religionis terram obtinere possent, votis nuncupatis, „ut pecuniam et cerevisiæ tres amphoras Freyo darent, si in

[1]) „af Hallfreðar kvæðum tökum vèr helzt vísindi ok sannindi, þat er sagt er frá Ólafi konúngi Tryggvasyni". Hkr. Ól. Tryggvas. cap. 90.

Sveciam ferrentur, sed Thoro aut Odino si Islandiam redire contingeret". Sed frustra, et tandem ventis adversis coacti portum Nidrosiensem quærere coacti sunt, ubi Hallfredus a rege adductus est, ut christianam religionem acciperet, ea tamen conditione, ut rex ipse lustricum officium ei præstaret, id quod ille etiam concessit. Aliquanto post in satellitium regis receptus est, et tam intimo corde totum se ei dedit, ut vita ejus ex vita regis pependisse dici possit. Quum unam hiemem (996—997) apud Olavum regem commoratus fuisset, in Daniam profectus est, deinde in Gothiam Sveciæ, ubi duos annos transegit (997—999), et hoc tempore paganam uxorem in matrimonium duxit, aulasque Olavi Svionum regis et Rögnvaldi Gothiæ comitis hospitatus est, ubi tum ethnica religio adhuc valuit. Cum uxore postea ad Olavum regem revertit, et quum uxor christianam religionem acceperat, sequentem hiemem (999—1000) apud regem transegerunt. Hac hieme uxor ejus morte decessit, duobus filiis Hallfredi relictis. Vere autem appropinquante Hallfredus Islandiam revisere gestiebat, et eo profectus est. Mox simultatibus inter eum et Grisum Sæmingi filium, maritum Kolfinnæ, exardescentibus, quum certamine singulari iisdem finem facere decrevisset, nuntius ei de morte Olavi regis allatus est, quo audito certamine omisso et litibus per arbitrum compositis autumno anni sequentis (1001) in Norvegiam trajecit, ubi a satellitibus comitis Erici Hakonis filii captus et ad mortem destinatus per intercessionem Thorleifi sapientis carmine laudatorio vitam suam rediniendi licentiam nactus est. Posthac per aliquot annos in itineribus mercatoriis transegit, nunquam lætus, sed mortem Olavi regis semper lugens. Aliquot annis tali modo transactis æstate quadam in Islandiam cum fratre suo Thorvaldo et juniore filio Hallfredo profectus est, eo fine, ut opes suas colligeret et in Sveciam ad filium natu majorem Audgilsem transiret, in posterum apud eum commoraturus. In hoc itinere tempestatibus et vi maris sævientis magnopere vexabantur;

Hallfredus poëta, qui etsi gravi morbo vexatus, operibus navalibus vacare tentavit, pertica navis percussus est, et lectum petere coactus. Morti vicinus Hallfredo filio suo ensem, regis Olavi Tryggvii filii munus, donavit, cetera vero munera regis in loculum funebrem secum deponi jussit. Eodem die per mortem decessit, et cum muneribus regiis: annulo, amiculo et galea loculo funebri conditus et in mare demersus est. Funus ejus in insulam Jonam (Y. Colmkill) inter Hebudes e mari ejectum est, primum quidem cimeliis spoliatum et celatum, deinde vero repertum et honorifice in templo sepultum; cimelia vero in usum templi accommodata esse narrantur, ita ut ex annulo calix, ex amiculo bombycino stragula altaris, ex galea lychnuchi sint confecti. Hallfredus junior in Islandiam reversus Ottarstadis habitavit, et cognomen patris (vandræðaskáld) cum hæreditate nactus est. Apud auctores (Torfæum et plures) non semel invenimus, Hallfredum poëtam anno ætatis tricesimo quinto mortem oppetisse, sed ætate filiorum considerata vix ante annum 1014 hoc accidisse verosimile videtur, sive ætatis ejus anno quadragesimo sexto vel circa.

Præter ea, quæ hic breviter enarravimus, multa magis specialia de Hallfredo memoriæ tradita sunt, de quibus ad vitam ejus, in duplici recensione conservatam, lectores vocamus [1], quum ibi multa seculi mores et vivendi rationem præclare illustrantia inveniantur. Hallfredus inter inclytissimos viros Islandos in carmine Hauki Valdisæ filii numeratur, et his versibus laudatur:

Hitt var satt, at sótti
seggr döglínga tveggja

[1]) Hallfreðar saga (brevior) in Fornsögur, herausgeg. von Guðbrandr Vigfússon und Theodor Möbius. Leipzig 1860. Hallfreðar saga (prolixior) Historiæ Olavi regis Tryggvii filii inserta, Fornm. s. II, 1–17; III, 20–29 et plur. locis.

austr fèkk haldit hæsta
Hallfreyðr konúng snjallan;
hvardyggva lèt höggva
hann armviðu fannar,
sverðs frá ek el at yrði
allhörð, í gras börðum [1].

Carmina Hallfredi, de quibus notitiam habemus, sunt quæ sequuntur:

1. Drápa um Hákon jarl, carmen majus intercalatum de Hakone potente, comite Hladensi, anno 988 vel circa compositum, quum Hallfredus prima vice circa viginti annos natus in Norvegiam pervenit, et Hakonem comitem visitavit. In Recensu poëtarum hoc carmen non citatur, sed in vita Hallfredi tali modo commemoratur: „Hallfredus peregre profectus est . . . ad Norvegiam appulit, comite Hakone Sigurdi filio summam rerum tum in Norvegia tenente . . . Comes quis esset interrogat. Ille se virum Islandum esse dixit: ea vero adventus mei causa est, ut carminis, quod de te composui, recitandi veniam impetrem. Cui comes: . . . carmini tuo faciles aures præbebo. Hallfredus carmen, quod intercalare fuit, digno ore recitavit" [2] Hinc pro certo accipi posse putamus, Hallfredum in honorem Hakonis comitis epos intercalatum composuisse, et cum editoribus vitæ Hallfredi eo referimus septem semistrophas, quas in libro de dictione poëtica invenimus, etsi duæ ultimæ non nihil dubii nobis moveant,

[1]) Íslendíngadrápa Hauks Valdísarsonar A. Magn. nr. 748. 4to. stroph. 12.

[2]) „Hallfreðr fór utan ok til Noregs, hann sótti á fund Hákonar jarls ens ríka, er þá rèð Noregi . . . Jarl spurði, hverr hann væri; hann kveðst vera íslenzkr maðr: en erindi mitt er þat, herra, at ek hefi kvæði ort um yðr, ok vilda ek hljóð fá. Jarl segir . . skaltu víst hljóð fá. Hallfreðr kvað kvæðit, ok var þat drápa, ok flutti vel ok sköruliga". Hallfreðar s. cap. 5, Fornsögur pag. 91, cfr. Fornm. s. II, 15.

primam vero et secundam, quæ ibi ad hoc carmen referuntur, potius ad earmen in honorem Rögnvaldi Ulfi filii, eomitis Gothiæ, compositum pertinuisse putamus. Septem illæ semistrophæ, quas hie accipimus, sunt:

1. Sannyrðum spenr sverða ($\frac{1}{2}$...[1]
2. Ráð lukuz at sá síðan ($\frac{1}{2}$..[2]
3. Breiðleita gat brúði ($\frac{1}{2}$..[3]
4. Því hykk fleygjanda frægjan ($\frac{1}{2}$...[4]
5. Ok geirrotu götvar ($\frac{1}{2}$...[5]
6. Úlítið brestr úti ($\frac{1}{2}$..[6]
7. Þaðan verða föt fyrða ($\frac{1}{2}$...[7].

2. Drápa um Ólaf konúng Tryggvason (Ólafsdrápa), earmen majus intercalatum de Olavo Tryggvii filio rege Norvegiæ. Hocee carmen in Recensu nostro sub præsenti nro. (54) verosimiliter indicatur, et historia ejus tali modo narratur: „Hallfredus poëta eum rege Olavo mansit. Hie die quodam regem adiens, rogavit, ut carmini, quod de ipso fecisset, aures præberet. Qui quum præbiturum se negaret, Hallfredus: id penes te sit, domine! sed si aures carmini præbere dedignaris, disciplinas (christianas), in quibus me erudiendum curasti, oblivioni tradam, non enim hæ disciplinæ majorem, quam earmen meum, poëticum genium spirant. Difficilis poëta es, rex inquit, audientiam earmini tuo præbebo. Tum Hallfredus earmen diserte reeitavit, quod intercalatum (drápa) fuit, eodem vero pronuntiato rex: egregium est

---

[1]) Sn.-E. I, 236; III, 4.
[2]) Sn.-E. I, 320. 460; III, 50.
[3]) Sn.-E. I, 322; III, 50.
[4]) Sn.-E. I, 322; III, 51.
[5]) Sn.-E. I, 432; III, 83.
[6]) Sn.-E. I, 422; III, 79.
[7]) Sn.-E. I, 422; III, 79.

carmen, beneque compositum"[1]. Hoc carmen hieme 996—997 compositum est, et, quemadmodum ex fragmentis quæ supersunt judicare licet, expeditiones militares Olavi regis, ante quam in Norvegia regnum adeptus est, pertractavit. Editores vitæ Hallfredi quinque integras strophas et quatuor semistrophas huc retulerunt[2], cui nos etiam assentimur, hæ vero sunt sequentes:

1. Tólf var elds at aldri . . .
   . . or Görðum . . .[3]
2. Hilmir lèt at Hólmi (½ . . .[4]
3. Svá frá ek hitt, at Háfa (½ . . .[5]
4. Endr lèt Jamta kindir . . . (Vindland, Gotland, Skáney) . .[6]

---

[1]) „Hallfreðr skáld var með Ólafi konúngi; hann gekk einn dag fyrir konúng, ok bað hann hlýða kvæði því, er hann hafði ort um konúng. Konúngr kvaðst eigi vilja hlýða kvæði hans. Þá mælti Hallfreðr: *þú munt því ráða, herra! en týna mun ek þá þeim fræðum, er þú hefir látið kenna mèr, ef þú vill eigi hlýða kvæðinu, því at ekki eru þau fræði skáldlegri en kvæðit.* Konúngr mælti: vandræða-skáld ertu við at eiga, ok skal hlýða kvæði þínu. Hallfreðr flutti kvæðit sköruliga, var þat drápa; en er lokit var, mælti konúngr: þetta er gott kvæði ok vel ort". Fornm. s. II, 50—51; Hallfreðar saga cap. 6, Fornsögur pag 93.

[2]) Fornsögur, pag. 206, 239.

[3]) „svâ segir Hallar-Steinn", Hkr. Ól. Tr. cap. 21. Ita non semel nomina Hallfredi et Hallar-Steinis commutantur, cfr. Ser. hist. Isl. III, 227 not. 3.

[4]) „Hallfreðr vandræðaskáld getr þess í drápu þeirri, er hann orti um Ólaf konúng". Hkr. Ól. Tr. cap. 22. Flateyjarb. I, 91; at Hólmi, i. e. Bornholmia.

[5]) „svâ sem segir Hallfreðr vandræðaskáld". Fagrsk. cap. 69, pag. 55, quæ sex strophas hujus carminis continuate dedit, sed semistrophis aliter, et ut putamus minus recte, dispositis.

[6]) „svâ segir Hallfreðr vandræðaskáld". Hkr. Ól. Tr. cap. 25; Fornm. s. I, 125; Fagrsk. l. c.

5. Böðserkjar hjó birki (½ . . (Danmörk, sunnan Heiðabý)[1]
6. Tíðhöggvit lèt tiggi . . . (Saxland, Frísland)
7. Rógs brá rekka lægir (½ . . (Flæmíngjaland)[2].
8. Gerðist úngr við Engla . . (Norðymbraland, Skotland, Mön).
9. Ydrauga lèt œgir. . . (Eyjar, Írland, Bretland, Kumbraland[3].

Hæc fragmenta, quæ septem strophas integras æquant, indicare videntur, totum hoc carmen vix ultra numerum viginti stropharum excessisse.

3. Flokkr um Sigvalda jarl, carmen non intercalatum de Sigvaldio comite Danico, Strutharaldi filio. Vere anni 997 Hallfredus ab Olavo rege Tryggvii filio veniam impetravit, austrum versus Haleyram mercatus gratia trajiciendi. Quum in Daniam ventum esset, audivit Sigvaldium comitem virum magnæ auctoritatis esse et liberalitate insignem. Quem igitur petens, carmen in ejus honorem se pepigisse dixit, et audientiam ejusdem recitandi expetivit. Venia data carmen recitavit, quod erat epos brevius non intercalatum[4]. Hujus carminis nunc nihil superesse novimus, neque ejus in Recensu poëtarum mentio facta est.

4. Drápa um Olaf Svíakonúng, carmen intercalatum de Olavo Sveciæ rege. Hallfredus, quum apud

---

[1]) „Þessarrar orrostu getr Hallfreðr vandræðaskáld í Ólafsdrápu". Hkr. Ól. Tr. cap. 27, cfr. Fornm. s. I, 130—131.

[2]) „Svâ segir Hallfreðr vandræðaskáld". Hkr. Ól. Tr. cap. 30; Fornm. s. I, 133.

[3]) „svâ segir Hallfreðr vandræðaskáld". Hkr. Ól. Tr. cap. 31. — „um þenna hernað Ólafs allan saman kveðr Hallfreðr vandræðaskáld". Fornm. s. I, 144.

[4]) „Hallfreðr kemr á fund Sigvalda jarls, ok kveðst hafa ort kvæði um hann . . . Hallfreðr kvað kvæðit, ok var þat flokkr", Hallfreðar s. cap. 7; Forns. pag. 99—100; cfr. Fornm. s. II, 79—80.

Sigvaldium perbreve tempus commoratus fuerat, in Sveciam navigare proposuit; sed ad litus Vikiæ orientalis naufragium passus, deinde in Gothia multis ærumnis exanclatis tandem viduam Gothicam bonæ conditionis, sed religione ethnicam, nomine Ingibjargam, uxorem duxit. Anno sequente (998) aliquando ad eam verba fecit, dicens. Propositum mihi est regem Svecorum Olavum visitare, et carmen ei offerre. Eadem æstate deinde in Sveciam iter fecit et regem Olavum invisit, veniaque regis impetrata epos intercalare, quod de ipso fecerat, pronuntiavit[1]. In Recensu poëtarum hujus carminis nulla mentio fit, neque fragmenta nobis relicta sunt, quæ huc referri posse videantur.

5. Kvæði um Rögnvald jarl Úlfsson, carmen de Rögnvaldo Ulfi filio, comite Gothiæ occidentalis. In historia prolixiore de Olavo rege Tryggvii filio legimus, Hallfredum æstate anni 999 ex Gothia cum uxore sua in Norvegiam venisse, et quum apud Rögnvaldum comitem aliquamdiu commoratus fuisset, negotium clandestinum ei datum esse videtur, scilicet ut pro comite nuptias cum Ingibjarga sorore regis ambiret[2]. Non equidem disertis verbis enarratur, Hallfredum in honorem Rögnvaldi comitis carmen edidisse, id autem tam magna probabilitate nititur, ut vix dubitari de hac re possit. Ad hoc igitur carmen duas semistrophas referimus, quas Edda Snorriana nobis

---

[1]) „Eittsinn talaði hann (Hallfreðr) við Íngibjörgu: Ek ætla mèr at fara á fund Ólafs Svíakonúngs, ok færa honum kvæði . . . Þat sumar fór Hallfreðr til Sviþjóðar ok kom á fund konúngs ok kvaddi hann . . . Hallfreðr segir: kvæði hefi ek ort um yðr, ok vilda ek hljóð fá. Konúngr játti því. Síðan flutti hann kvæðit". . Hallfr. s. cap. 9, Forns. pag. 103. — „Hann (Hallfreðr) fór á fund Ólafs Svíakonúngs ok flutti honum drápu, er hann hafði ort um hann". Fornm. s. II, 211 212.

[2]) Fornm. s. II, 220—221, cfr. Fornsögur pag. 116.

suppeditat, et ab aliis ad carmen laudatorium de Hakone comite relatæ sunt, nimirum:

1. Askþollum stendr Ullar
austr at miklu trausti ...[1]
2. Grams rúni lætr glymja ...[2]

Verosimile est, hoc carmen non fuisse intercalatum, sed ad minora carmina (flokkar) referendum esse.

6. Uppreistar drápa, carmen intercalatum, ad pœnitentiam factum. Autumno anni 999 Hallfredus ex Gothia cum uxore sua et filio Audgilse ad Olavum regem Nidrosiam venit, et a rege benigne receptus est. Baptizata uxore et duobus filiis rex Hallfredum monuit: „insuper tibi Deus placandus est, quod fidem pæne deserueris, quare velim, ut epos restitutionis componas, sicque animæ tuæ consulas, neque artem, quam tibi Deus concessit, male loces. Hallfredus se hoc lubenter facturum ostendit, et pro virili regis voluntati in cæteris omnibus pariturum. Proximam hiemem apud regem peregit, magni ab eo æstimatus; tum epos restitutionis, carmen elegantissimum, componere cœpit"[3]. De nomine hujus carminis nonnihil dubii movent verba Thormodi Torfæi, qui, quum de causa et origine hujus poëmatis fere eodem

---

[1]) Sn.-E. I, 414; III, 75.

[2]) Sn.-E. I, 460; III, 93.

[3]) „Siðan mælti konúngr til Hallfreðar: enn skaltu bæta framarr við guð, er þú hefir mjök svâ gengit af trú þinni, vil ek nú, at þú yrkir uppreistardrápu, ok bætir svâ sál þína, en hafir eigi til ills eins íþrótt þá, er guð hefir gefit þèr. Hallfreðr segir sik þat gjarna vilja, ok allt annat, þat er hann mætti gera eptir vilja Ólafs konúngs. Var hann með konúngi um vetrinn í góðri virðíng, tók hann þá at yrkja uppreistardrápu, ok er þat hit bezta kvæði". Fornm. s. II, 213. — „Ólafr konúngr mælti þá við Hallfreð: nú skaltu bæta yfir við guð, er þú hefir lengi verit með heiðnum mönnum ok gengit mjök af trúnni. Hann kvaðst þat gjarna vilja ok orti Uppreistardrápu, gott kvæði". Hallfreðar s. Fornsögur pag. 104.

modo, ac nos jam fecimus, secundum antiquos auctores retulit, hæc addit: „carmen in memoriam gloriosæ resurrectionis composuit, id quod longe celeberrimum perhibetur. Istud celeberrimus ille dioeceseos Schalholtinæ in Islandia episcopus Mag. Bryniolfus Svenonius, cujus sub inspectione puer adolescensque vixeram, visum sibi in Dania quondam juveni in bibliotheca illustrissimi cancellarii regii Christiani Frisii, non exscripsisse magnopere dolebat; nunc an uspiam exstet plane nescio"[1]. Nos igitur incerti sumus, utrum verba Torfæi pro interpretatione nominis „uppreistar drápa" sint accipienda, an ex relatione Bryniolfi episcopi de argumento carminis hausta. Verum quicquid sit, nostro quidem tempore nihil hujus carminis superesse novimus.

7. Gríss vísur, versus Grisiani, quos in ignominiam rivalis sui Grisii Sæmingi filii, Kolfinnæ mariti, edidit Hallfredus. Quum æstate anni 1000 in Islandiam reversus priores velitationes adversus Grisium redintegrasset, et gravissime eum læsisset, sequentem hiemem (1000—1001) Ottarstadis domi mansit, et eadem hieme versus Grisianos edidit, quod magna ex parte probrosum carmen erat. Grisius contra Hallfredum in jus vocavit, et quum Hallfredus tandem litem in arbitrium tradiderat, ad expiandam ignominiam, quam his versibus Grisio intulerat, pretiosam rem aliquam ei dare jussus est[2]. Tum annulum, quem a Sigvaldio comite dono acceperat, Grisio tradidit, quo facto controversia dirempta est. Versus Grisiani, quos novisse auctores vitæ Hallfredianæ certum est, nunc perditi sunt. Alios autem versus de Grisio, probrosi ar-

---

1) Torfæi Hist. Norv. II, 479.

2) „Hallfreðr vandræðaskáld var um vetrinn með Galta bróður sínum, ok orti þá Gríss-vísur, þat er hálfníð". Fornm. s. III, 20—21; cfr. III, 23. — „Þenna vetr orti Hallfreðr vísur um Grís... fyrir Gríssvísur skal Hallfreðr gefa Grísi grip einn góðan". Hallfr. s. in Fornsögur cap. 10, pag. 109, 111.

gumenti, dedit auctor historiæ Hallfredi brevioris, prolixioris vero scribere dedignatus est[1].

8. Ólafsdrápa sive Erfidrápa eptir Ólaf konúng Tryggvason, epicedium Olavi Tryggvidæ, regis Norvegiæ, fortasse non minus quam aliud carmen de Olavo, supra memoratum, Recensus nostri nro. 54 significatur. Quum media æstate anni 1001 nuntium de pugna Svoldrensi et decessu Olavi regis acceperat Hallfredus, autumnali tempore in Norvegiam trajecit et ineunte hieme in sinu Sognensi navem appulit, et quum accuratius de fatis Olavi regis percontatus esset, magnum epos componere cœpit, et labente hieme perfecit, quod magni nominis apud antiquos scriptores fuit, et præsertim a Snorrone Sturlæo de his rebus primo loco citatur. Tali modo viginti quinque strophæ hujus carminis servatæ sunt, quas certe fere dimidiam ejus partem effecisse credendum est, et præcipue ad partem carminis intercalatam et apodosin ejus pertinuisse. Ex his fragmentis concludere licet, totam partem intercalatam accurate pugnam Svoldrensem tractasse, interpositis versibus, qui epiphonemata de regis excellentia et damno, quo omnes septentrionales terræ in ejus decessu afflictæ sint. Inter fragmenta, quæ asservata sunt, duæ semistrophæ versus intercalares hujus carminis demonstrant, quæ sic se habent:

Grams dauði brá gleði
góðs úfárar þjóðar;
allr glepsk friðr af falli
flugstyggs sonar Tryggva[2].

et altera:

Norðr eru öll of orðin
auð lönd at gram dauðan;

---

[1]) Hallfreðar saga in Fornsögur cap. 10, pag. 111; Fornm. s. II, 248.

[2]) Fagrskinna cap. 81, pag. 67; cfr. Fornsögur pag. 210.

allr glepsk friðr af falli
flugstyggs sonar Tryggva[1].

Inde vero elucet, strophas intercalares duobus conjunctis versibus constitisse, sine variatione, quantum vero intervallum fuerit, id est, quot strophæ inter strophas intercalatas positæ fuerint, non æque certum est; si vero totum carmen sexaginta strophis constitisse ponimus, quindecim strophas introitum, et alias quindecim apodosin confecisse verosimile est, partem intercalatam vero triginta strophas, ita ut quinta (si non tertia) quæque stropha duobus versibus intercalaribus mox allatis finiretur. Fragmenta hujus carminis, non quidem certo ordine disposita, sunt quæ sequuntur[2]:

1. Flugþverrir nam fyrri ($\frac{1}{2}$ ...[3]
2. Geta skal máls þess er mæla ...[4]
3. Þar hykk víst til mjök mistu ...[5]
4. Hept var lítt á lopti ..[6]

---

[1]) „Hallfreðr fór til Noregs ok kom á Sognsæ um vetrnátta skeið. Hann orti þá Ólafsdrápu, ok er þetta stef í: Norðr eru öll of orðin", *etc.* Hallfr. s. cap. 11, Fornsögur pag. 112. 207; Ólafs saga Tryggvasonar af Oddr Snorrason, ed. P. A. Munch (1853), pag. 61; Saga Diðreks konúngs af Bern, ed. C. R. Unger (1853), pag. 2; — cfr. Fornm. sögur III, 24 not. 2, Flateyjarbók I, 534, ubi minus recte traditur.

[2]) Nos ordinem in Fornsögur pag. 207—210 propositum hic servare maluimus.

[3]) „þess getr Hallfreðr". Fornm. s. II, 305.

[4]) „svâ segir Hallfreðr". Hkr. Ól. Tr. cap. 120; Fornm. s. II, 306; — „þetta orð vâttaði Hallfreðr á þá lund". Fagrsk. cap. 78, pag. 63.

[5]) „Enn segir frá þessum tíðindum Hallfreðr". Hkr. Ól. Tr. cap. 123; Fornm. s. II, 307; „svâ sem segir Hallfreðr". Fagrsk. cap. 77, pag. 62.

[6]) „Svâ segir Hallfreðr vandræðaskáld í Ólafsdrápu". Fornm. s. II, 311.

5. Sótti herr þar er hætti . . .[1]

6. Herskerðir klauf harðan . .[2]

7. Varð um Vinda myrði . . .[3]

8. Upp sögðu lög, lagðisk ($\frac{1}{2}$ . . .[4],

9. Lítt hykk Leifa brautar . . .[5]

10. Sukku niðr af naðri . .[6]

11. Eigi látask ýtar ($\frac{1}{2}$ . . .[7]

12. Firðisk vætr, sá er varði . . .[8]

13. Hverr var hræddr við örvan ($\frac{1}{2}$ . . [9]

14. Mundit lúng hit lánga . . .[10]

15. Harðgervan lèt hjörvi . . .[11]

16. Ítrfermdum rèð Ormi . .[12]

---

[1]) „svâ segir Hallfreðr". Fornm. s. II, 313.

[2]) „þess getr Hallfreðr'. Fornm. s. II, 313; quoad posteriorem semistropham cfr. Sn.-E. II, 493; III, 174—175.

[3]) „svâ segir Hallar-Steinn" (ceteri codd. rectius Hallfreðr), Fornm. s. II, 314—315.

[4]) „svâ segir Hallfreðr". Fornm. s. II, 315.

[5]) „þess getr Hallfreðr vandræðaskáld". Fornm. s. II, 315—316.

[6]) „Svâ segir Hallfreðr". Hkr. Ól. Tryggv. cap. 125; Ólafs saga af Odd Snorrason ed. P. A. Munch, pag. 67. — „þess getr Hallfreðr vandræðaskáld". Fornm. s. II, 319. — „Svâ kvað Hallfröðr". Fagrsk. cap. 80, pag 65.

[7]) „þess getr Hallfreðr". Fornm. s. II, 321.

[8]) „svâ segir Hallfreðr vandræðaskáld". Fornm. s. II, 322.

[9]) „sem Hallfreðr vâttar". Fornm. s. II, 322.

[10]) „svâ segir Hallfreðr". Fornm. s. II, 323.

[11]) „sem Hallfreðr segir". Fornm. s. III, 9.

[12]) „þess getr Hallfreðr". Fornm. s. III, 12.

17. Gott er gerva at frètta..[1]

18. Úgræðir sá auða...[2]

19. Veitkat ek hitt, hvârt Heita...[3]

20. Sagðr var mèr, en meira...[4]

21. Samr var árr of æfi..
22. Mundot þess alls þegnar...
23. Enn segir auðarkenni...[5]

24. Norðmanna hygg ek nenninn,
nú er þengill fram genginn,
dýrr hnè dróttar stjóri,
dróttinn und lok sóttan.
Grams dauði brá gleði...[6]

---

[1]) „Hann (i. e. Hallfreðr) segir svâ". Fornm. s. III, 3.

[2]) „segir Hallfreðr svâ" *etc.* Hkr. Ól. Tr. cap. 129. — „vâttar Hallfreðr þat" *etc.* Fornm. s. III, 3. — „þat hefir Hallfröðr vâttat". Fagrsk. cap. 81, pag. 66. — „Svâ segir Hallfroðr scalld". Ólafs saga af Odd Snorrason, ed. P. A. Munch, pag. 64.

[3]) „en á þessa leið segir Hallfreðr". Hkr. Ól. Tr. cap. 130. — „en þó segir svâ Hallfreðr vandræðaskáld". Fornm. s. III, 5. — „þetta vitni bar Hallfröðr". Fagrsk. cap. 81, pag. 66. — „En þetta er sögn Hallfreðar" *etc.* Ólafs saga af Odd Snorras. ed. P. A. Munch, pag. 60, omissa secunda semistropha, cfr. ibid. p. 68.

[4]) „sem Hallfreðr kvað". Fornm. s. III, 6. — Ólafs saga af Odd Snorrason, ed. P. A. Munch, pag. 61. 68—69.

[5]) „þó segir Hallfreðr vandræðaskáld á þessa leið". Hkr. Ol. Tr. cap. 130; Fagrsk. cap. 81, pag. 67. — „fannst þat ok í kveðskap Hallfreðar" . . . . . „svâ sem Hallfreðr segir". Fornm. s. III, 7—8.

[6]) Stropha intercalata, vide mox antea pag. 483. — „ok enn sagði han" (i en. Hallfreðr). Fagrsk. cap. 81, pag. 67.

25. Illt var þats úlfa sultar...[1]

26. Hef ek þann's hverjum jöfri...[2]

27. Norðr eru öll of orðin..[3]

28. Fyrr man heimr ok himnar
hugreifum Óleifi,
hann var mennskra manna
mest gott, í tvau bresta:
áðr en glíkr at góðu
gæðíngr muni fæðask,
kæns hafi Kristr inn hreini
konúngs önd ofarr löndum[4].

9. Kvæði um Eirík jarl Hákonarson, carmen de Erico comite Hakonis filio, quod verosimiliter Recensus nostri nro. 170 notatum est. Quum initio hiemis 1001—1002 in Norvegiam ventum est, Hallfredus Daniam aut Sveciam petere sibi proposuit, quum audivit comitem Ericum Hakonis filium in vicinitate portus, ubi Hallfredus navem suam tenebat, commorari. Hoc audito, primum in mentem venit comitis sedem petere, palam ipsum irruere et in vindictam Olavi regis interficere, etiam si hoc modo se ipsum devovere cogeretur; sed proxima nocte per som-

---

[1]) „Hallfreðr... harmar sik, er hann var eigi þar at berjast með Ólafi konúngi". Fornm. s. III, 9. — Posteriorem semistropham: „Skiliðr em ek við Skylja"... dedit Sn.-E. I, 520, præmittens: „Svâ kvað Hallfreyðr".

[2]) „sem Hallfreðr segir". Fornm. s. III, 10. — „þetta sannar Hallfreðr í kvæði því einu, er hann orti um Ólaf konúng", addita priore semistropha tantum, sed minus recte data: „Hlaut ek þann er æztr var einna". Hallfreðar s. cap. 5, Fornsögur pag. 93.

[3]) Pars strophæ posterior cum versibus interoalatis. efr. mox antea pag. 483—484.

[4]) „svâ segir Hallfreðr". Fornm. s. III, 10. — Hæc stropha carminis ultima fuisse videtur.

nium vidit Olavum regem ad se venientem, et sic alloquentem: „hoc, quod nunc animo agitas, Hallfrede, de interficiendo Erico comite, inutile consilium est, imo potius carmen intercalare de eo compone". Mane sequenti Hallfredus solus villam, ubi comes aderat, petiit et mox cœnaculum adiit, ubi comes potabat, sed statim a militibus cognitus, captus et ad comitem ductus est. Comes eum mox educi et interfici jussit, sed interveniente Thorleifo sapiente vita donatus, custodiæ Thorleifi traditus est. Hic vero Hallfredum eo perduxit, ut carmen in honorem comitis componeret, quod post tres dies absolutum et a comite dignis præmiis remuneratum est, ita tamen, ut Hallfredum diutius secum habere negaret, Olavi regis causa. Hiemem itaque apud Thorleifum sapientem transegit, donec proxima æstate Islandiam nave sua mercatoria petiit, per aliquot annos deinceps negotiis mercatoriis occupatus. De carmine Hallfredi Erico comiti dedicato duo tantum versus initiales supersunt, nimirum:

Bærr ert hróðr at heyra
hjaldrörr um þik gjörvan [1];

De quibus tamen incertum est, utrum ad carmen intercalatum pertinuerint, an potius initium carminis non intercalati (flokkr) fuerint.

10. Lausavísur, strophæ solitariæ, non tam multæ ab Hallfredo fusæ apud antiquos auctores inveniuntur. De annis 987 et 988, priusquam ex Islandia in Norvegiam trajecit, duæ strophæ notatæ sunt, tertia in itinere navali:

1. Svâ nökkvi verðr sökkvis . . .
2. Ráða rækimeiðar . . .
3. Fúss em ek enn þótt ossu . . . [2]

---

[1]) Fornm. s. III, 26; — Hallfreðar saga cap. 11, Fornsögur pag. 113. Flateyjarbók I, 534.

[2]) Hallfreðar saga cap. 4. 5; Fornsögur pag. 89. 91; — Flateyjarbók I, 304—305. 306. — Fornm. s. II, 9 (prima stropha tantum).

Anno 996, quum in portum Flagdensem in Thrandheimia venit, et Olavum regem Tryggvii filium primum offendit, hanc semistropham cecinit:

4. Færum festar várar (½.[1]

Sub finem ejusdem anni, quum baptizatus esset et ad religionem christianam fatendam ab Olavo rege adductus, plures strophas fudit, quibus zelum regis religiosum excitare et variis modis quasi titillare in facetiis habuit. Hæ strophæ non pauca ad cultum ethnicum, Hallfredi præsertim, illustrandum suppeditant:

5. Veit ek at vísu skreyti...[2]
6. Fyrr var hitt, at harra
Hliðskjálfar gat ek sjálfan,
skipt er á gumna giptu,
geðskjótan vel blóta.[3]
7. Öll hefir ætt til hylli....[4]
8. Höfnum hölda reifnir
hrafnblóts goða nafni (½...[5]
9. Mèr skyli Freyr ok Freyja...[6]

10. Sá's með Sygna ræsi
siðr, at blót eru kviðjut,
verðum flest at forðask
fornhaldin sköp norna;
láta allir ýtar
Óðins ætt fyrir róða,

---

[1]) Hallfreðar saga cap. 5, Fornsögur pag. 92. Flateyjarbók I, 307; Fornm. s. II, 17.

[2]) Fornm. s. II, 52; — Hallfreðar s. cap. 6, Forns. pag. 94.

[3]) Fornm. s. II, 52. Hallfr. s. cap. 6, Forns. pag. 94; cfr. Ný Fèlagsrit XIII, 145.

[4]) Fornm. s. II, 52. Hallfr. s. cap. 6, Forns. pag. 94.

[5]) Fornm. s. II, 53. Hallfreðar s. cap. 6, Forns. pag. 94; cfr. Ný Fèlagsr. XIII, 145, ubi hæc semistropha cum altera mox sub nro. 6 allata conjungitur.

[6]) Fornm. s. II, 53. Hallfr. s. cap. 6, Forns. pag. 95.

verðumk neyddr frá Njarðar
niðjum Krist at biðja[1].

His addere licet stropham artificiosam, quam hortante Olavo rege sub finem anni 996 cecinit, quum vaginam ensis, antea nudi sine vagina traditi, a rege peteret, qui ei præcepit, ut vox sverð (ensis) in singulis versibus strophæ recurrere deberet:

11. Eitt er sverð, þat er sverða
sverðauðgan mik gerði,
fyrir svipnjörðum sverða
sverðótt mun nú verða;
muna vansverðat verða,
verðr em ek þriggja sverða,
jarðarmens ef yrði
umgerð at því sverði.[2]

Rex observavit, vocem propositam (sverð) in uno versu non occurrere, regerente vero poëta, bis in altero inveniri, hoc artis poëticæ specimine se contentum esse declaravit, et gratias ei egit deditque vaginam artificiose elaboratam.

Anno sequente 997 in itinere Gothico tres strophas edidit, nimirum:

---

[1]) Fornm. s. II, 53—54. Hallfreðar s. cap. 6, Forns. pag. 95.

[2]) Hallfreðar saga cap. 6, Fornsögur pag. 96—97. — Fornm. s. II, 56—57. — Hkr. Ól. Tryggv. cap. 90 — ubi in versu septimo legitur „jarðar leggs" pro „jarðarmens", et quum „jarðar leggr" (= jarðar bein) poëtico sermone lapidem significet, de „vagina colore picta" sumitur (Scr. hist. Isl. II, 53). Nos lectionem „jarðarmens" præferimus, et „jarðarmen" pro „svörðr" homonymice dictum accipimus; „svörðr" vero et cespitem terræ, et corium phocæ rosmari significat, quod corii genus in vaginam suam elegisse videtur. Duos primos versus exempli causa attulit Olavus albus-poëta de figuris, Sn.-E. II, 152.

12. Ól ek þar er aldri vèla . . .
13. Svâ hefk hermila barma . . .
14. Ek brá elda skrökkvi . . .[1]

De annis 1000 et 1001, quum in Islandia commoratus erat, præter carmen Grisianum, antea memoratum, aliquot strophæ exstant, quæ illuc pertinent, et ex parte probrosi sunt argumenti, nimirum:

De anno 1000:

15. Leggr at lýsibrekku . . .
16. Þrammar svâ sem svimmi . . .
17. Lítt mun halr hinn hvíti . . . .
18. Kolfinna lèzk kenna . . .[2]
19. Lítt hirða ek lautar . . .
20. Veitkat ek hitt, hvat verða . . .
21. Heim koma hirðinaumur . .[3]

De anno 1001:

22. in Marum sacrificulum:
Mjök tegaz seima sökkvir . . . .[4]
23. in comitiis Hunavatnensibus de Grisio:
Þá mun reyndr at ráðum . . .[5]
24. De Kolfinna eodem tempore hanc elegantem stropham edidit:
Þykki mèr, er ek þekki
þunnísúnga gunni,

---

[1]) Hallfreðar s. cap. 7—8, Fornsögur pag. 101—103. — Fornm. s. II, 83—87.

[2]) Hallfreðar s. cap. 9, Fornsögur pag. 105—106. — Flateyjarb. I, 449—450. Hæ strophæ auctori historiæ prolixioris Olavi regis Tryggvii filii notæ quidem fuisse videntur, sed literis mandare noluit. Fornm. s. II, 248.

[3]) Hallfreðar s. cap. 9, Fornsögur pag. 106—107; — Fornm. s. II, 248—250; Flateyjarb. I, 450—451.

[4]) Hallfreðar s. cap. 10, Fornsögur pag. 108—109.

[5]) Hallfreðar s. ibid. pag. 110.

sem fleybrautar fljóti
fley meðal tveggja eyja;
en þá er sèr á ságu
saums í kvenna flaumi
sem skrautbúin skríði
skeið með gylldum reiða [1].

25. Ibidem Grisio annulum dare coactus:
Auðs hefek illrar tíðar . . .[2].

Anno 1014 (secundum alios 1003 vel 1008), quum ultima vice Islandiam petiit et pertica navis læsus morti vicinus erat, tres strophas edidit, quæ omnium ultimæ fuisse dicuntur:

26. Hnauð við hjarta ok síðu . . . .
27. Rind mun hvítri hendi . . .
28. Ek munda nú andask . . . .[3]

11. In Bibliotheca regia Holmiensi sub nro. 1 formæ maximæ inter codices manuscriptos Islandicos et Norvegicos asservatur codex membraneus, qui interdum codex regius Bergi abbatis („konúngabók af Bergi ábóta") interdum etiam „codex Byrgerianus" appellatur[4]. Nomen „konúngabók" inde nactus esse videtur, quod Historias Olavi Tryggvini et Olavi Sancti regum Norvegiæ continet, sed Bergo abbati ea de causa attributus, quod in titulo historiæ Olavi Tryggvini ita habet: „Her byriar sögo Olafs konungs Tryggva sonar er Bergr aboti snaradi". Hicce Bergus abbas vix alius esse potest, quam Bergus Sokkii filius, prior monasterii Munkathveraensis in boreali Islandia anno 1322 constitutus, deinde hujus monasterii abbas[5] usque ad annum 1334, quum humilitatis causa officium abdicavit. „Fuit

[1]) Hallfreðar s. cap. 10, Fornsögur pag. 110.

[2]) ib. pag. 111; Fornm. s. III, 23.

[3]) Hallfreðar s. cap. 11, Fornsögur pag. 113—114. Fornm. s. III, 27—28.

[4]) v. c. in Scr. hist. Island. III, 227 et plur. locis.

[5]) non abbas Thingeyrensis, ut legimus in Ólafs saga helga 1853. Præf. pag. XLIII.

autem omnium consensu plurimis coætaneorum doctior, orator et musicus optimus, qui multas sanctorum vitas in linguam Islandicam transtulit"[1]. Nec tamen codex manu ipsius exaratus esse videtur, sed aliquanto posterius sub finem seculi quarti decimi scriptus, fortasse codicis archetypi Bergiani exscriptum. Historiam Olavi regis Tryggvii filii sequitur carmen Steinis poëtæ Herdisæ filii (nr. 83), deinde aliud carmen, quod inscribitur „Ólafs drápa Tryggvasonar, er Hallfreðr orti vandræðaskáld", i. e. carmen intercalatum de Olavo rege, ab Hallfredo difficilipoëta compositum. Post sedecim primas carminis strophas, quæ in fol. 112 b codicis scriptæ sunt, frusta duorum foliorum dorso libri adhærentium demonstrant, duo folia codicis hic deesse, proximum vero folium (113) apodosin carminis cujusdam continet, eodem metro, quo pugna Svoldrensis et decessus Olavi regis decantatur. Verosimiliter igitur accipi potest, introductionem et apodosin unius et ejusdem carminis hic adesse, partem vero mediam cum versibus intercalatis perditam esse, et quum præterea carmen, si pars ejus perdita duo folia integra occupasset, majoris quam fas esset longitudinis fuisset, nimirum 108 vel 110 strophas continens, verisimilius videtur unum tantum folium hoc loco deperditum esse, quum etiam aliis locis frusta foliorum prope dorsum decerptorum inveniantur, nullo defectu libri invento; tali modo totum carmen sexaginta octo vel fere septuaginta strophis constitisset, id quod verisimilitudine non caret. Quod ad auctorem carminis pertinet, is disertis verbis Hallfredus fuisse dicitur, nos vero hoc perperam factum esse nulli dubitamus. Primum enim nullius antiqui historiarum scriptoris testimonio hoc firmatur, quum duo alia carmina Hallfredi in honorem Olavi regis composita commemorent et strophas inde testimonii loco haud infreqventer desumant. Nec præterea in ipso hoc carmine de-

[1]) Finn. Joh. Hist. Eccl. Island. IV, 44—45.

sunt indicia, quibus hæc dubitatio augeatur. Sic totum ingenium suum poëticum et artem pro dono Dei accipit (str. 2), quum *Hallfredus certe ad Odinem retulisset.* De vena poëtica sibi data modeste loquitur, Hallfredus non sine jactantia quadam artem suam professus est. Res historicæ, quæ in carmine commemorantur, non minus dubitationis movent: a) in stropha quinta dicit Olavum, priusquam in Norvegiam rediret, mortem patris sui ultum esse, quod nec in carmine Hallfredi genuino de anno 996 commemoratur, nec alibi, nisi in *carmine* Hallar-Steinis str. quinta [1]; — b) stropha undecima, et tres quæ sequuntur, christianæ religionis in Norvegia, Hjaltlandia, Orcadibus, Grœnlandia et Islandia introductionem commemorantes, magis viro cuidam ecclesiastici ordinis quam Hallfredo convenire videntur; imo totum carmen poëtam christianæ religioni deditum et ethnicismo hostilem vel certe alienum indicat; — c) alio loco (str. 27) dicitur, alios poëtas antea carmina elegantiora de Olavo rege composuisse, sed apud auctores neminem ejusdem ætatis poëtam nominatum invenimus, qui de Olavo carmina fecerit, excepto fortasse Bjarnio poëta (nro. 55), de quo hic sermo esse non potest. d) Illud etiam commemorandum videtur, in hoc carmine ne uno quidem verbo intimam amicitiam, imo devotionem, qua Hallfredus Olavum regem coluit, commemoratam esse, quod vix credi possit, si ille re vera carminis auctor fuisset. His igitur rationibus adducti, ad posterius tempus hoc carmen referimus, et quum nonnullis locis ipsissima verba [2] Steinis Herdisæ filii (Hallar-Steinis) in memoriam revocet, nobis quidem dubitari non posse videtur, quin hoc carmen vix ante ultima decennia seculi undecimi compositum sit. Speciminis loco primam et ultimam stropham et dimidium strophæ secundæ addimus, ut inde genius carminis et indoles perspiciatur, de ceteris ad editionem Egilssonii lectorem vocantes [3].

[1]) Scr. hist Isl. III, 246.

[2]) sic v. c. str. 11: „hann var ríkstr konúngmanna".

[3]) **Ólafs drápa Tryggvasonar, er Hallfreðr orti vandræðaskáld,**

1. Yfirhildíng bið ek aldar
einn hróðtölu beina
mèr þanns mestum stýrir
mætti hverrar ættar:
því at veglyndum vanda
vio þíoum skal ek Rínar
brag þeim er bjartleyg fögrum
bauð ótta, guð dróttinn!

2. Mætr hefir miona látið
mik stólkonúngr sólar
snjallr, en sómdi þolli
sverðels, bragar verða . . . .

28. Veittu þess er víða bætti
vårt eðli stað bjartan
heilagr Kristr ok hæsta
hlíf þjóðkonúngs lifi:
því at skýtjarnar skreytir
skíðs Ólafi fríðri
vögnu láðs und víðu
verðr aldregi tjaldi.

55. Bjarni skáld, Bjarnius poëta, in Recensu poëtarum sub hoc nro. (55) nominatur, qui de rege Norvegiæ Olavo Tryggvii filio carmen composuerit. Quis ille fuerit non tam certe definiri potest, quum pauca de eo nota sint, et nomen ejus, in Islandia semper frequens, in plures homines diversos applicari potuerit. Sic codex Upsaliensis disertis verbis tradit, hunc esse Bjarnium Gullbraæ-poëtam (Gullbrárskáld), qui carmen brevius non intercalatum de Kalfo Arnæ filio, celebri magnate Norvegico, circa vel paulo ante

útgefin af Sveinbirni Egilssyni. Viðeyjar klaustri 1832. 8vo. (Programma Scholæ Bessastadensis 29. Januarii 1832). Fragmenta carminis in ordinem prosaicum redacta sunt, additis explicationibus denominationum poëticarum, quæ ibi occurrunt.

annum 1046 composuit (nr. 236), cui tamen non assentiendum esse putamus, quum ætate Olavo regi Tryggvii filio par esse non possit. Eadem de causa etiam alium Bjarnium, filium Hallbjörnis de Laxardal Skagafiordensi, qui etiam Kalfum Arnæ filium carmine laudavit (c. 1037), hoc loco eximendum esse putamus, et eodem modo poëtam unum vel plures, quorum versus in fragmentis codicis Wormiani et Eddæ Lövasinæ citantur[1], hi enim versus ætatem posteriorem, nimirum regis Magni cœci et Sigurdi slembidiaconi satis aperte indicare videntur. — De Bjarnio poëta, qui hoc loco Recensus nostri significatus est, primum documentum nobis dedit Stein poëta Herdisæ filius, seculi undecimi auctor, qui carmen intercalatum de Olavo Tryggvii filio, Rekstefjam dictum, composuit, id quod ad nostra tempora integrum servatum est[2]. In hoc carmine dicit „permultos poëtas" (hermart) Olavum regem Tryggvii filium carminibus brevioribus non intercalatis (flokkar) celebravisse, duos vero tantummodo poëtas, nimirum Hallfredum et Bjarnium, eundem regem Olavum carminibus intercalatis (drápur) decantavisse. Verba ejus sunt:

Hallfreðr Hörða stilli
hríðöflgum vann smíðat
hjörgráps hugða drápu
hróðrar gjarn, ok Bjarni[3].

Verosimillime igitur statui posse videtur, hunc Bjarnium eundem fuisse ac illum, qui in Recensu poëtarum hoc

---

[1]) Sn.-E. II, 498—499. 631. Nomen nunc legitur Bjarni Arnórsson, nunc Bjarni á Sk., sive Bjarni A. sk., cfr. supra pag. 196.

[2]) De Steine poëta Herdisæ filio et carmine Rekstefja infra sub nro. 83 agetur.

[3]) Rekstefja str. 31, ed. Sveinb. Egilsson secundum codicem Holmiensem Byrgerianum (Bergi abbatis v. supra pag. 492) in Scr. hist. Island. III, 266.

loco nominatur et de Olavo rege Tryggvii filio carmen composuisse dicitur. Neque minus apte concluditur, hunc Bjarnium coævum fuisse Hallfredo, et ipsi Olavo regi. Eodem autem tempore virum nomine Bjarnium exstitisse novimus, fortem et vehementem athletam, qui aliquando Hakonem comitem cornu bubulo inflixit. De hac re traditionem antiquam fuisse, quæ tamen apud historicos auctores non reperitur, ex carmine Hauki Valdisæ filii discimus, qui hunc Bjarnium inter athletas Islandicos numerat, et his versibus laudat:

Frýðu-t fylgimeiðar
flaustra einkar hraustum,
sá var vâpnrjóðr Viðris
veðrgjarn, hugar Bjarna:
þá er Hákonar hæfis
haus enn vægðarlausi
á jarls nasar Ása
ölbeinir laust fleini [1].

Hic Bjarnius igitur putandus est ultimis annis Hakonis comitis in aula ejusdem aliquamdiu versatus esse, deinde vero, postquam comitem graviter læsisset et haud dubie fuga vitam servare coactus esset, ad regem Olavum Tryggvii filium venisse, eundemque carmine laudasse. Ad hunc igitur auctorem unum certe carmen nunc referre possumus, nimirum:

1. Drápa um Ólaf konúng Tryggvason, carmen majus intercalatum de Olavo Tryggvii filio rege Nor-

---

[1]) Íslendingadrápa Hauks Valdisarsonar (Arna-Magn. cod. mbr. nr. 748. 4to) str. 16. cfr. Scr. hist. Island. III, 233—34. — Lectiones codicis membranei Arna-Magnæani: Flýðu — vapnrjóði viðr verðs gjarn — Bjarni — höfuðs — hic ex conjectura emendatæ sunt. — Exscriptum codicis, quo Egilssonius usus est, legit: Fríðu — flaustir — so var vapnrjóði Viðars verðr gjarn — Bjarni — enn gegðarlausi (gegndarlausi?).

vegiæ. De hoc carmine nihil tamen nobis cognitum est, neque apud Snorronem vel ceteros auctores versus inde citantur, nisi forte huc referendi sint duo versus, qui in Edda Lövasina inveniuntur, et certe ad carmen Bjarnii cujusdam de aliquo rege pertinent, navigationem ejusdem ita commemorantes:

Hólmneglda braut hilmir
hauðrgjörð fyrir börðum[1].

Si re vera hi versus huc pertinuerunt, carmen Bjarnii metro collatato compositum fuit, ceterum nihil peculiare præbens.

2. Lausavísur, strophæ singulæ, quæ huic Bjarnio pro certo tribuantur, nunc non possunt demonstrari, et quæ sub hoc nomine exstant ad seriorem ætatem rectius conferri putamus.

56. Sighvatr þórðarson: vide supra sub nro. 24.

57. Óttarr svarti: vide supra sub nro. 22.

---

[1]) „Bjarni kvað svâ". Laufás-Edda mscr. chart. Arna-Magn. nr. 743. 4to.

L. B.

Annis 1848 et 1852 cura collegii Arnamagnæani primum et secundum volumen Eddæ Snorrianæ edita sunt, quibus continentur tam ea, quæ proprie Eddæ nomine significantur et ad Snorronem Sturlæi filium auctorem referuntur, Gylfaginning, Bragaræður, Skáldskaparmál, Háttatal, quam tractatus philologici sæculis XII—XIV scripti, qui cum Edda illa propria in uno ex primariis codicibus, codice Wormiano, iuncti sunt. Curarunt hæc duo volumina partim Sveinbjörnus Egilsson, Dr. theol., rector scholæ Reikiavicensis, vir egregia doctrina instructus, qui a. 1852 morte abreptus est, partim Joannes Sigurdsson, vir de litteris patriæ insulæ optime meritus, ab epistolis collegii, quem et ipsum mortuum lugemus. Huic quidem maxime Additamenta voluminis II debentur.

Duobus his voluminibus contextus tam propriæ Eddæ Snorrianæ quam eorum, quæ, ut diximus, ei adiuncta sunt, ad eam rationem, quæ a principio constituta erat, editus est, addita etiam interpretatione Latina et annotationibus. His, ut in præfationibus priorum voluminum indicavimus, varia quædam addere voluimus ad universum opus enarrandum et dilucidandum pertinentia. Hæc tertium et ultimum huius operis volumen efficient, cuius nunc prior pars in lucem emittitur.

Tertium volumen incipit a Commentariis in difficiliora, quæ in Edda Snorriana insunt, carmina, quæ ut conscriberet, olim Sveinbjörno Egilsson mandatum est. Ab eius manu maior pars profecta est, pagg. 1—163, quibus continentur commentarii in primum volumen et in secundi voluminis paginas 1—249. Opus morte auctoris interruptum Joanni Sigurdsson absolvendum traditum est. Is et alios adiutores habuit et maxime Gisli Brynjulfson, olim stipendiarium huius collegii, nunc in universitate Hauniensi docentem, quorum schedas in eam formam, qua nunc eduntur, redegit. Commentarios sequitur Skáldatal, i.e. Recensus ille poëtarum borealium anno 1300 antiquiorum, quibus pro fontibus usi sunt qui regum historias scripserunt, cuius præcipuam partem satis verisimile est a Snorrone Sturlæi filio conscriptam esse. Qui quum ex ratione huius operis recipi debere visus esset, personarum quoque et rerum ad litteras pertinentium enarrationem addendam duximus. Hæc Joannis Sigurdsonii curæ credita erant. Qui quum die 7 Decembris 1879 mortem obiret, triginta quaterniones (usque ad p. 480) ex prelo prodierant, quaternio tricesima prima (p. 481—96) in plagulis nondum satis correcta iacebat, qui autem p. 495 inceptus erat commentarius de Bjarnio poëta, manu eius scriptus integer exstabat, ut una cum ceteris edi potuerit. Horum maior pars iam ante plures annos typis expressa fuit; sed quum auctor, quamvis doctrina et industria insignis, propter alia multa, quibus districtus erat, negotia opus absolvere non posset, interim alia non parvi momenti opera suscepimus, quorum pars iam edita, pars nondum ad finem perducta est. Iam vero quum opus Sigurdssonii morte interruptum aliorum viribus perfici debeat, quæ ab illo absoluta erant, seorsum edenda censuimus, præsertim quum operibus iam inceptis occupati, his demum ad exitum perductis,

opes ad Eddæ tertium volumen absolvendum necessarias inventuri nobis videamur. Alteri tertii voluminis fasciculo, ubi prodierit, et præfatio totius voluminis et universi operis titulus addetur.

Dabamus Hauniæ die XV Octobris 1880.

K. Gislason. P. G. Thorsen. V. Finsen.
S. Grundtvig. J. L. Ussing.

Index tabularum.

Uberiorem codicum, quorum hæc folia expressa sunt, descriptionem præfatio totius voluminis continebit.

Tab. I.	Codicis Regii Hauniensis p. 62. (Edda Snorronis vol. I p. 380 v. 13 ad. p. 392 v. 10.)
Tab. II.	Codicis Wormiani p. 97 v. 1—17. (Edda Snorronis vol. II p. 76 v. 2 ad p. 80 v. 2.)
Tab. III.	Ex codice Upsaliensi. (Edda Snorronis vol II p. 252 v. 31 ad. p. 254 v. 5.)
Tab. IIII.	Ex codice Upsaliensi.
Tab. IIIII.	Ex codice Arnamagnæano membranaceo 748 p. 26. (Edda Snorronis p. 491 v. 19 ad 494 v. 7.)

58. BERSI TORFUSON (cfr. 178. 202). In utraque recensione nomen legitur idem; in historia Gretteris[1] mater ejus nominatur Skald-Torfa (i. e. Torfa poetria) in omnibus libris, uno excepto, ubi legitur „Torfi skáldi" (i. e. Torfius poeta), ut sit patris ejus nomen; hoc vero falsum esse facile intellegitur; vocabulum enim *skáldi*, derivatum a *skáld*, veteribus inauditum inferiorum temporum inventum est. Hoc eo libentius pro certo habendum est, quod in omnibus locis aliis nulla controversia „Skald-Torfuson" appellatur[2]. Quis igitur fuerit pater ejus, plane ignoramus. Certe præmaturam mortem obiit, aut nullius omnino nominis fuit, cum filius nomen matris gerat. Similia exempla abunde veteres historiæ præbent. De gente ejus nullum nobis testimonium relictum est, sed res multæ sunt, quæ nos hic ad conjecturam impellant, quæque collectæ conjecturæ hujus modi favere magnopere videntur. Primum mater ejus villam Midfjordensem habitavit, quæ Torfustaðir[3] appellata est. Landnama hujus villæ nullam mentionem facit, unde apparet, eam post tempora occupatæ Islandiæ demum extructam, nomen ab ipsa Torfa traxisse. Quod in vita Thordi hredæ[4] narratur, Eyolfum, colonum bonum[5], Torfustados transmigrasse

[1]) Grett. s. c. 15 (p. 26—7).


[2]) Hkr. Ól. H. c. 48. Fornm. IV, 101, 292; V, 233; XI, 201. Ól. H. (1853) p. 40; 131. Flat. II, 45, 371; III, 243. Grett. s. c. 23 et 24 (p. 56 et 58).

[3]) Grett. s. c. 15. Þórð. hr. s. p. 10. cfr. Kr. Kålund: Hist.-top. beskr. af Island II, 10.

[4]) Þórð. hr. s. p. 10.

[5]) ibid. p. 8.

posteriore parte sec. x, nullam ad eam rem habet vim, de qua nunc agimus, quod hæc vita tota ficta est. Landnama vero narrat[1], Balkum Blæingi filium Hrutafjordum, qui tractus est proximus ab Midfjordo, propius occasum solis, occupasse; hujus filium Bersium fuisse, cognomento impium (goðlauss), cujus filium Arngeirem patrem fuisse Björnis Hitdalensis athletæ; filiam Balki, Geirbjargam, matrem fuisse Veleifi prisci, cujus filius Holmgongu-Bersius fuit. Björn Hitdalensis athleta mortuus est c. an. 1024 p. Chr. nat.[2], Holmgongu-Bersius c. an. 1000[3]. Quæ ut melius intellegantur, ratio genealogica hæc est:



Jam animadvertendum est, nomen *Bersi* bis in eadem gente inveniri, et præterea *Björn*, quod idem valet (ɔ: ursum). Huc accedit, quod in nulla alia gente, quæ hic in censum veniat, hoc nomen invenitur. Et cum videamus, Balkum Balkastados utrosque[4] habitasse, et Torfustados, ubi mater Bersii poëtæ, Skald-Torfa, habitavit, prope a Balkastadis meridionalibus esse, ut pars fundi Balki esse potuerit, verosimillimum nobis videtur, Bersium poetam hujus gentis fuisse, et id quidem ita, ut nepos fuerit Bersii, sive Skald-Torfa fuerit filia ejus, sive uxor filii, cujus nomen oblivione obrutum sit. Conjecturæ huic favet etiam, quod Holmgongu-Bersius poeta haud spernendus,

[1]) Landn. II, 32.
[2]) Safn til sögu Íslands I, 458—9.
[3]) ibid. p. 373.
[4]) Landn. l. c. cfr. Kål. 1B II, 2 et 4.

cujus versus multi in vita Kormaki citantur, item ut Bersius Skald-Torfæ f., fuit, et multis exemplis scimus, artem poeticam, ut alias plures, hæreditariam fuisse et esse; si hoc verum esset, verosimilius esset Skald-Torfam ipsam, quia versus composuit, ut ejus nomen satis bene demonstrat, filiam fuisse Bersii impii. Neque tempus huic rei obstat. Omnes enim hi viri, Björn Hitdalensis athleta, Bersius poeta, Holmgongu-Bersius, uno atque eodem tempore vixerunt, quamquam hic maximus natu fuisse videtur, nam Bersius poëta mortuus est an. 1030, ut mox videbimus. Sed fortasse aliquis dixerit, Bersium impium ex tractu Hrutafjordensi postea emigrasse in partem Islandiæ meridionalem, ibique nupsisse Thordisæ Thorhalli filiæ[1]. Ego vero ad id respondeo, eum ætate demum provectum emigrasse, cum in Landnama dicatur primum Balkastados post mortem patris habitasse, nihilque impedire, quominus filiam notham (vel, quod minus probamus, filium nothum) procreaverit, quæ patre emigrante relicta fundum Torfustados dono acceperit. Sin viris doctis minus placet, Bersium poetam nepotem fuisse Bersii impii, nulli tamen dubitamus, quin ejusdem gentis fuerit, quoquo modo fuit.

De vita Bersii Skald-Torfæ f. haud multa novimus. Cum vita Gretteris[2] ita narret: „Eo tempore multi viri adulescentes in Midfjordo fuerunt. Skald-Torfa tunc Torfustados habitavit; Bersius filius ejus nominatus est, vir strenuus et poëta dexter", primum videndum est, quid sit „eo tempore". Hæc verba aperte ad pueritiam adulescentiamque Gretteris robusti, de qua proximis capitibus actum erat, pertinent. Gretter natus est c. an. 990, vel paulo post[3], ita ut adulescentia ejus in annos ante et post an.

[1]) Land. l. c.

[2]) Grett. s. c. 15. — Quod in libello: Udsigt over de norsk-islandske skjalde p. 87 dicitur, nihil in vita Gretteris præter hoc de Bersio commemorari, id neminem decipiat.

[3]) Safn t. s. Ísl. etc. I, 469—83.

1000 ceciderit; et cum Bersius fere fuerit ejus æqualis, natus est verosimiliter iisdem temporibus, quibus Gretter, i. e. c. an. 990. Accuratius dici nihil potest. De adulescentia ejus, dum domi apud matrem mansit, nihil fere scimus. His annis necessario amicitia inter Gretterem et Bersium orta est, cum in vita illius hic nominetur „sodalis et amicus Gretteris“[1]. Deinde invenimus Bersium apud dynastam Sveinem Hakonidam manentem, cum prælio inter hunc et St. Olavum, quod habitum est ad Nesos (Nesjar) an. 1015, interesset. De hac re tantum narratur[2], Bersium Skald-Torfæ f. in parte priore navis ipsius dynastæ stetisse, sed nave navem (al.classem) St. Olavi præterlabente, eum in fugam se dedissent, Olavum, Bersio cognito, (facillimum factu, quod pulcher visu, vestitu armisque insignis esset), vociferatum esse: „Salvi abeatis, Bersi!“ cui hunc respondisse: „valete, rex“. — Hinc apparet, eum familiariter cum Sveine dynasta vixisse, ita ut per tempus aliquod necessario apud eum ante proelium vixerit, unum certe aut duo annos, et cum Olavus rex eum cognosceret, necesse est, cum antea viderit. Certo igitur Bersius peregrinatus est c. an. 1013, vel paulo post, vel etiam paulo antea, et cum non minor, neque multo major, quam viginti aut viginti quinque annos natus tum fuerit, etiam hinc evincitur, eum natum esse c. an. 990. Utrum venerit in Norvegiam, priusquam Erikus dynasta in Angliam trajecit (an. 1012), an postea, dici non potest. Post pugnam Nesiacam fugit Sveinn dynasta in Sueciam, ubi paulo post mortuus est[3].

Sed paulo ante quam hoc factum est, acciderunt quæ vita Gretteris narrantur[4], quæ multum valent, ubi de indole

---

[1]) Grett. s. c. 23.

[2]) Hkr. Ól H. c. 48. Fornm. IV, 101–2; Flat. II, 45. Ól. H. (1853) 40 1.

[3]) Hkr. Ól. H. c 53.

[4]) Grett. s. c. 24–5 (p. 56, 58–60).

menteque Bersii est judicandum. Gretter peregre profectus erat an. 1012. An. 1014 Trondheimiae mansit, ubi Hjarrandium quendam, amicum satellitemque Sveinis dynastæ, interfecerat; quo facto Sveinn ira vehementer incensus Gretterem interfectum voluit: „tunc Bersius Skald-Torfæ f., sodalis et amicus Gretteris, ad dynastam venerat. Hic et Thorfinnus (magnas ex Haramsey) dynastam adierunt eumque, si Gretteri vitam veniamque in terra manendi concederet, jusserunt ipsum rem judicare. Dynasta invitus, precibus eorum fatigatus, Gretteri utrumque dedit, donec fratrem interfecti Hjarrandii, Gunnarem, convenire possent. Itaque Tunsbergam omnes inito vere profecti sunt; ibi enim Gunnar mansit. Gunnar interea, dum insidias Gretteri parat, ipse occiditur. Inde dynasta conventum egit; ira in Gretterem atroci commotus, nulla ratione placari posse videbatur, neque Thorfinnus quicquam precibus efficere potuit. „Tunc progressus Bersius Skald-Torfæ f. dynastam oravit, ut placaretur; ad hanc rem, inquit, libenter pecuniam meam confero, Gretter enim nobili loco natus est mihique conjunctissimus; potes, domine, intellegere, uni homini vitam dare gratiamque plurimorum accipere, ita ut solus multam irroges, præstare, quam honori obstare, temereque periclitari, utrum hominem capere possis necne." Dynasta respondit: „macte esto virtute tua, Bersi, semper enim tu probitatem tuam declaras; leges vero hujus terræ non possum violare, ita ut iis vitam dem qui morte vindicandi sint." Cum igitur dynasta Gretteri vitam dare nollet, amici ejus abierunt, et se ad eum defendendum a dynasta parabant; hic autem suos armatos adversus illos duxit, quo cum venissent, illi instructi in acie pro porta steterunt. Primi stabant Thorfinnus et Thorsteinn (frater Gretteris, dromo dictus) et inde Bersius. Dynasta, Gretter ut sibi traderetur, poposcit, quod cum negaretur, pugnaturi erant. Jam benevoli quidam viri dynastam orabant, ut mitigaretur, nam magnam jacturam eum passurum esse si pugnassent. Tandem mitigatus est,

Pecuniam, quantam sibi poposcit, ei soluerunt, ut Gretteri integro in Islandiam quam primum redire liceret. Sed nemini eorum, qui Gretteri opitulati erant, amicitiam dynastæ posthac sibi reconciliare obtigit, Bersio solo excepto. Tanta gratia apud dynastam floruit. Postea Gretter carmen his de rebus composuit, in quo laudat adjutores suos; strophæ tres citantur[1] suum quæque virum laudantes. Quæ de Bersio agit, talis est:

Þótti þá
þengils mönnum
eigi dœlt
við oss at sóknum,
es hlébarðr
hlífar eldi
bragða borg
brenna vildi.

Hic *hlébarðr* aperte per homonymiam idem atque *Bersi* (ɔ: ursus) est.

An. 1025 Bersium unacum Sighvato poëta in aula Canuti magni manentem invenimus[2]. Uterque carmine regem laudavit, pro quo Sighvatus anulum aureum dimidiæ marcæ dono accepit, Bersius duo anulos, dimidiæ marcæ singulos, et præterea ensem auro obductum, cujus rei Sighvatus memoriam illico stropha fecit. Hinc apparet, Bersium cariorem regi fuisse, quam Sighvatum, quod facile intellegitur, cum Haconidis libenter faveret, quod, amici ejus fuerant. Priusquam vero hoc factum est, verosimiliter accidit, quod narratur[3], eum ab St. Olavo captum in vincula conjectum esse. Tum carmen dicitur composuisse

---

[1]) Grett. s. p. 59—60.

[2]) Hkr. Ól. H. c. 140. Fornm. IV, 292—3; XI, 204—5. Ól. H. (1853) 131 p.

[3]) Hkr. Ól. H. c. 48. Ól. H. (1853) p. 41; Fornm. IV, 102; Flat. II, 45.

sine versibus intercalaribus (flokkr), haud dubie præcipue in laudem Olavi, quo caput suum redimeret; ex hoc carmine tres strophæ nobis servatæ sunt l. c.

Hróðr batt heilan líða . . .
Sveins raunir hefk sénar . . .
Krýpk eigi svá sveigir . . .

In prima stropha mentionem facit allocutionis St. Olavi, supra allatæ, ut illinc verosimile sit, paulo post Bersium in potestatem regis venisse. Conjici potest, eum cum Sveine in Sueciam fugisse, unde post mortem dynastæ in Norvegiam reverterit et captus sit. In ultima stropha dicit se Sveinis præ ipso Olavo non oblitum iri. Certum est, regem ei vitam dedisse, unde poëta ejus aulicus sine dubio factus est, apud eumque mansit, donec in Angliam, ut supra dictum est, peregrinatus est. Post 1025 rursus ad regem redisse videtur. Utrum ante an post hunc annum acciderit, quod in codice Flateyensi[1] narratur de invidia et calumnia Bersii, nullo modo dici potest. Hic autem narratur, postquam priore capite de Sighvato poëta relatum est, alterum Islandum apud regem fuisse, Bersium Skald-Torfæ f., et ipsum poetam lepidum: „Bersium calumniabantur apud regem, dicentes eum nihil scribere posse, quod non antea scriptum esset. Tum rex gladios evaginatos congeri et nudos in conclavi quodam erigi, deinde Bersium vocari jussit; hic cum venisset, rex eum jussit, de gladiis erectis illico versus facere. Tum Bersius cecinit:

Sverð standa hér [sunda
sárs leyfum vér árar]
(herstillis þarfk hylli
holls[2]) rauðbúin[2] golli[2].

[1]) Flat. III, 243—4.
[2]) sic legendum est.

viðr tœka ek [víka,
vilk enn með þér, kennir
elds] ef eitt hvert vildir,
allvaldr, gefa skaldi.

Tum rex Bersio gladium splendidum dedit." Bersius vocat hic regem „fidum" dicitque se „fidi regis amicitia egere" et se perpetuo apud eum manere velle. Hinc elucet, familiarissimos inter sese factos esse Bersium et regem. Sed notandum est, hoc ipsum de Sighvato ipso narrari eandemque stropham ei tribui in eodem libro[1], etsi dubitari omnino non potest, quin hoc minus recte fiat. (Eadem stropha tribuitur tertio Ottari nigro[2], sed minus recte. Mirum de hac stropha dissensum!) Primum enim posteriore loco in codice Flat. pluribus et idcirco verisimilioribus verbis narratur, nomine Bersii ipso adhibito; deinde mirari merito possumus, si Sighvatus ille eximius, tamque perspectus poeta, in insimulationem furtorum imitationisque vocari potuit, quod idem de Bersio affirmari non potest. Cum igitur tot libris affirmetur stropham esse Sighvati, quod tamen debilitatur auctoritate vitae St. Olavi brevioris, non Bersii, tamen prorsus non dubitamus, quin revera Bersii sit, ut in codice Flateyensi, posteriore loco, ei tribuitur, quo loco vetustior quædam relatio videtur allata esse.

Amicitia Bersii et regis etiam magis perspicua est ex narratiuncula de morte Bersii[3], quod novissimum de eo audimus. An. 1029 vel 1030, nam de anno ambigi potest, Sighvatus cum eoque Bersius iter Romam sibi susceperunt. Cum autumnali tempore (1030) redirent, in Norvegos quosdam inciderunt, qui iis cædem St. Olavi

---

[1]) Flat. II, 291. Ól. H. (1853) p. 173. Fornm. IV, 378; Hkr. Ól. H. c. 172. Cfr. supra p. 333. 316.

[2]) Ól. H. (1849) p. 46—47.

[3]) Flat. II, 371.

narrarunt; Sighvatus et Bersius gravi tristitia hujus cladis affecti sunt. Memoriæ traditum est, Bersii os intumuisse, et eum rubro colore suffusum lacrimare non potuisse. Romam redisse dicitur in ædem sacram St. Petri, ibique præ dolore regis mortui expirasse sepultumque esse.

Hæc, quæ, quamvis pauca, scimus de vita Bersii, nobis imaginem viri probam exprimunt eius modi. Primum fuit amicus fidus et probus, virque fortis et strenuus, qui principum voluntatem sibi conciliaret, idemque nihilo minus ipsis adversari dubitaret, cum necessitudo, familiarium tempus probitasque ipsa, minime blanda, id ferret. Deinde fuisse poëta haud illepidus videtur, quamquam in maximis ingeniis haberi non meretur. Quod ei crimini datum est, ipsum non potuisse scribere, quod antea scriptum non esset, id fictum esse videtur, sed quod quattuor solum strophæ nobis relictæ sunt, minus certo de ea re judicare possumus. Notandum est in transitu, eundem versum

herstillis þarfk hylli

etiam in stropha carminis cujusdam, in laudem St. Olavi a Kolgrimo exiguo compositi, qui tamen Bersio inferior fuit, inveniri [1]).

Carmina, quæ certo novimus a Bersio composita fuisse, sunt:

1. Flokkr um Óláf helga (Óláfsflokkr?) cujus carminis tres strophæ nobis servatæ sunt, quarum mentio supra facta est. Compositum est probabili conjectura c. an. 1016—1020.

2. Kvæði, um Svein jarl Hákonarson (Sveinsdrápa?), Recensus nostri nro. 178 significatum compositum est c. an. 1013—14.

3. Kvæði um Knút konung hinn ríka (Knúts-

---

[1]) Fornm. VI, 35.

drápa?), nro 202 Recensus designatum an. 1025 compositum est.


Hæc duo deperdita sunt carmina.

4. Lausavísur. Una tantum stropha solitaria nobis relicta supra est integra allata.

An plura carmina fecerit, prorsus ignoramus.

59. Þórðr Kolbeinsson (cfr. 173) in poetis nobilioris venæ habendus est. An. 974 natus est. In vita enim Björnis Hitdalensis athletæ famam fuisse, Thordum quindecim annis Björne majorem fuisse, narratur[1], sed constat Björnem duodeviginti annos an. 1007 natum esse[2], ut an. 989 natus sit[3]. Quæ fuerit prosapia parentum poetæ dubitari potest. Nam in libro Originum[4] ita disseritur: „Auda Thorhildam, filiam Thorsteinis rufi, Eysteini meinfreto (pedenti), filio Alfi ex Osta, in matrimonium dedit. Eorum filius Thordus fuit, pater Kolbeinis, patris Thordi poetæ", et paulo antea[5]: „Ormus filius Erpi (Melldunis satrapæ videlicet filii) nominatus est, alter Gunnbjörn, pater Arnoræ, quam Kolbeinn Thordi filius duxit". Dubitari non potest, quin hic Kolbeinn Thordi f. Thordi poetæ, de quo hic agimus, sit pater, quia cognomen poetæ, huic additum, de quoquam alio cogitare vetat. Cum hoc optime congruit, quod in vita Björnis[6] mater Thordi Arnora re vera nominatur. Si res ita se habet, ratio genealogica hæc est:

[1]) Bjarnar s. hitd. k. p. 8.
[2]) ibid. p. 6—7.
[3]) Safn I 456.
[4]) Landn. P 2, c. 18.
[5]) ibid. 2 P. c. 17.
[6]) Bjarnars. p. 42.



Sed longe alia ratio altero loco nobis occurit, quam idem liber originum ita nobis exponit[1]: „Kolbejnn klakkhöfdius Atlii f. ex Atloa, insula Fjalica, in Islandiam emigravit, ubi fines inter Kaldaam et Hitaam infra Sandbrekkam emit et Kolbeinstados habitavit. Ejus filii fuerunt Finnbogius de Fagroskogo et Thordus poeta". Sed hic animadvertendum est, primum quod hæc particula ex libro Haukiano sumpta editioni inserta est, quæ in cæteris et vetustioribus libris non inveniatur iisque aperte repugnet. Huc accedit, quod hæc ipsa relatio errore quodam interno laborare videtur, qui autoritatem ejus infirmet necesse est. Hic enim Kolbeinn fines inter Kaldaam et Hitaam emisse, sed nihilo minus Kolbeinstados habitasse dicitur, ut credas Kolbeinstados inter utrumque flumen esse, sed non ita est, nam ab occidentali parte Kaldaæ villa sita est. Hinc summo jure concludere licet, scriptorem libri Haukiani duos Kolbeines, illum, qui ex Atloa emigravit, Kolbeinstados habitantem cum hoc Thordi filio, nominum similitudine inductum, confudisse, quod facillime fieri potuit ab homine qui tractum non cognovisset. Ita nostra ex sententia facillime hæc difficultas tollitur. Pro certo igitur habendum est, Thordum poetam filium fuisse Kolbeinis Thordi filii et Arnoræ Gunnbjörnis filiæ.

Quod vero in vita Björnis narratur[2], Hroium divitem,

---

[1]) Landn. P. II, c. 5.

[2]) Bjarnars. pag. 6. 13.

civem Roscildensem, altero loco propinquum, altero avunculum Thordi poetæ fuisse, id nonnullas difficultates excitare fortasse videbitur. Certe, si verum est, quod de parentibus Thordi supra allatum est, et vix refutari posse videtur, non verisimile est, ut Hroius avunculus Thordi fuerit, quod hic in libro Originum omnino abest, sed nihil obstat, quominus propinquus ejus fuerit, quoquo modo fuit. Vita Björnis compluribus locis corrupta, ut mox in vocabulo Kolluvísur, ut hoc tantum exemplo utamur, videbimus, et confusa videtur, ut ei non semper credere nobis necesse sit. A pueris dicitur[1] Thordus fuisse subdolosus acerbusque in omnes, quos non timeret, ut odium vulgi in se converteret. Hinc inimicitiæ primum inter eum et Björnem Hitdalensem athletam, virum fortem integrumque, ortæ sunt. Vita Björnis maxima ex parte de his simultatibus narrat, quo modo Thordus Björnem dolo malo luserit, ejus sponsae Oddnyae insulæ-faci dolo nupserit, Björn rem ultus sit, plura talia, donec Thordus Björnem e medio sustulit an. 1024[2], quibus de rebus omnibus lectorum ad vitam ipsam Björnis relegamus. — Sæpe Thordus peregre profectus est, ita ut vita Björnis aperte narrat[3]. Primum an. 1007, eodem anno quo ipse Björn, et apud Erikum dynastam Haconidam mansit, cujus gratiam maximam statim iniit, carmenque de eo composuit, Belgskakadrapam[4], pro quo gladium eximium dono accepit[5]. Anno post, æstatis initio in Islandiam revertit[6]. Biennio post, cum comperisset, Björnem in Russia graviter vulneratum esse, nuntios corrupit, ut dicerent, Björnem interfectum esse. Quo facto, triennio jam præterito, quo

[1]) Bjarnars. p. 1.
[2]) Safn I 459.
[3]) Bjarnars. p. 1.
[4]) Bjarnars. p. 1, 6, 8—9.
[5]) ibid. p. 7.
[6]) ibid. p. 9.

Björn pacto convenienter reverti, sponsamque ducere debuerat, cum non venisset, Thordus Oddnyam in matrimonium, dolis usus, duxit an. 1011[1]. Dehinc domi videtur mansisse usque ad an. 1015, cum, comperta morte avunculi Hroii divitis, peregre profectus est ut hereditatem adiret. In Norvegiam trajecit, ubi cum St. Olavo convenit, et carmen de eo factum recitavit. Quomodo postea rem gesserit, narrat vita Björnis[2]. In Islandiam revertit an. 1017. Björn ipse domum venit biennio post, an. 1019[3]. Discordiæ inter eos per quinquennium continuatæ sunt vario eventu, donec Björn Thordo succubuit. In hoc temporis spatium etiam cadit, quod in vita Gretteris traditur[4] de auxilio, a Björne Gretteri tributo, et de hinc ortis novis simultatibus, cum Thordus Gretteri insidias pararet, aliorum precibus commotus; hisque temporibus Thordus sicarium misit, qui Björnem interficeret. Postea nihil de vita Thordi scimus, præterquam quod sæpius peregrinatus esse videtur, quod hoc in universum narratur[5]. Inter Islandos, qui amici dediti facti sunt St. Olavi regis, numeratur[6]. Quando mortuus sit, nusquam legimus; si conjectura uti licet, haud exiguum tempus post an. 1024, cum fuit quinquaginta annos natus, vixerit, ut c. an. 1040, certe non multo postea, mortuus sit. Hitarnesum habitavit, posteriorem certe partem vitæ suæ. Filios habuit, qui commemorantur, quinque[7]: Kollium (Kolli) elegantem (hinn prúði), quem vitæ Björnis auctor filium Björnis non Thordi aperte voluit[8]; Kolbeinem

---

[1]) Bjarnars. p. 11.

[2]) Bjarnars. p. 13. seq.

[3]) ibid. p. 19. cfr. Safn I 458.

[4]) Grett. s. p. 132 4; 137—40.

[5]) Bjarnars. p. 1.

[6]) Fornm. IV 280. Flat. II 239. Ól. H (1853) p. 125.

[7]) Bjarnars. pag. 12.

[8]) Bjarnars. p. 44—5; 66.

(Kolbeinn), quem Björn in pugna quadam interfecit[1]; tertium Arnorem dynastarum poëtam (Arnórr jarlaskald), qui postea celeberrimus poëta extitit, cujus carmina plurima ferebantur. Duo non nominantur. Filias habuit tres[2], quorum nomina non afferuntur. Quod ad indolem Thordi moresque in universum pertinet, fuit, ut vita Björnis, quæ tamen de Thordo non integrum judicium præbet, narrat[3], satis timidus et imbellis, callidus et vafer, blandus et eloquens, crudelis et animo in hostes obstinato implacabilis, qui etiam in eos calumnia uteretur, gloriæ cupidissimus. Sed unanimi consensu omnium testimoniorum poeta eximius fuisse indicatur[4], ne Björne quidem ipso negante.

De Thordo Kolbeinis f., qui sub nro. 208. nominatur, suo loco disseremus.

Carmina eius hæc innotuerunt.

1. Belgskakadrápa. Scribitur etiam Belgskaga-[5], quod fieri potest, ut rectius sit; pluribus locis certe nititur. Neutrum intellegi autem potest nomen. Hoc carmen intercalare de Eriko dynasta an. 1007 compositum est. „Bonum carmen" appellatur[6]. Hujus, quod sciamus, nihil nobis carminis relictum est, præter hanc stropham:

Meinrennir brá manna . . .[7]

Sed dubitari potest, an hæc stropha hujus carminis sit, cum eadem ex altero carmine de Eriko esse dicatur[8], et

---

[1]) Bjarnars. p. 50.

[2]) ibid. p. 12; cfr. stropham Björnis. pag. 30.

[3]) ibid. p. 1, 15–6; 34–5; 39; 56; 70 etc.

[4]) ibid. p. 1; 6; Grett. s. p. 132 etc.

[5]) Fornm. II 287; Flat. I 518; cfr. Bjarnars. p. 8–9.

[6]) Bjarnars. p. 6.

[7]) „Svá segir Þórðr Kolbeinsson" Hkr. Ól. Tr. c. 57; 96. „Svá sem s. Þ. K." Fagrsk. c. 67. „Þess getr Þ. K. í Belgskakadrápu" Fornm. II 287; Flat. I 242; 518.

[8]) „Þess getr Þ. K. í Eiríksdrápu" Fornm. I 224.

inter strophas hujus carminis in Fagrskinna (l. sub contextu citato) laudetur, unde tamen nihil certi concludi potest. Sed nulli dubitamus, licet auctor libelli: Udsigt over de norsk-islandske skjalde[1] etc. et Gudbr. Vigfussonius aliter sentiat[2], quin rectius se habeat, quod in cod. Flateyensi et Fornmannasögur posteriore loco affertur, et re vera hæc stropha ex Belgskakadrápa sit. Quod vero ex Eiríksdrápa priore loco in Fornmannasögur dicitur esse, eum errorem a librario inculcatum putamus, quod omnes strophæ Thordi, antea in libro citatæ, ex hoc carmine essent, hanc etiam ejusdem esse existimante, titulum minus recte addente. Quod igitur plurimorum librorum testimonio nititur, unius loci testimonio opponere ausimus. Huc vero accedit, quod certissimum et firmissimum est argumentum, quod in hac stropha vocativus casus *varga-mein-rennir*, secundum explanationem Egilsonii, ut videtur, rectissimam et ab omnibus acceptam, apostrophe est ad ipsum Erikum, quod fieri nullo modo potuit, si ex carmine parentali esset. Sic nullus locus dubitationi relictus est.

2. Eiríksdrápa. Hujus carminis de Eriko dynasta intercalaris disertam mentionem facit Fagrskinna[3], quæ dicit, hoc carmen et carmen de Canuto magno Ottaris nigri inter sese congruere in pugnis utriusque regis, ante Angliam totam subactam, enumerandis. Recensus nostri nro. 173 designatum est. Compositum est post mortem Sveinis Danorum regis, furcibarbæ cognominati, qui an. 1014 obiit, nam hanc rem commemorat stropha, quæ ita incipit:

Allvalds nutu aldir . . .,

talibus verbis, ut inde concludere liceat, nuntium de hac morte nuper poetæ allatum esse. Verosimillimum nobis

---

[1]) p. 77.

[2]) Corp. Poet. Bor. II 103.

[3]) Fagrsk. c. 85.

igitur videtur esse, Thordum hieme 1014—1015 hoc carmen de Eriko parentale composuisse, in Norvegiam peregrinatum, quod iter jam tunc animo certe conceperat, coram Sveine Eriki fratre id recitaturum. Hoc tamen perficere ei non licuit, cum Sveinn dynasta, clade an. 1015 ad Nesos accepta, ex terra profugere cogeretur, et numquam postea reverteretur. Hoc pro certo, nobis quidem judicibus, habendum est. Hujus carminis hæ strophæ nobis relictæ habentur:

1. Ok sannlega sunnan ...[1]
2. Mjök lét margar snekkjur ...[2]
3. Setti jarl sás atti ...[3]
4. En í gegn at gunni ...[4]
5. Hafði sér við særi ...[5]
6. Þar var hjalmaðs herjar (g/g ...[6]
7. Veitk fyr Erling útan ...[7]
8. Allvalds nutu aldir ...[8]

---

1) „Þess getr Þórðr Kolbeinsson í Eiríksdrápu" Hkr. Ól. Tr. c. 40 Fornm. I 164.

2) „Svá segir í Eiríksdrápu" Hkr. ibid. Fornm. I 165; XI, 125; (sub contextu). „Þetta segir Þórðr Kolbeinssunr í kvæði því, er hann orti um Eirík jarl" Fagrsk. c. 59. Jómsvík. s. (1879) 69—70. Sn. E. I 466—8; II, 339; 447; 591.

3) „Þess getr í Eiríksdrápu" Hkr. ibid. c. 41. Fornm. I 167—8; XI, 125 (sub contextu); Fagrsk. ibid Jómsv. (1879) p. 70.

4) „Svá segir í Eiríksdrápu" Hkr. ibid. c. 43. Fornm. I 170. Fagrsk. ibid. (½)

5) Hkr. ibid. c. 57; 96. Fornm. I 232—3. Fagrsk. c. 67. Flat. I 217 Sn. E. II 168; 423 (½).

6) Hkr. ibid. c. 118. Fornm. II 324 Flat. I 488.

7) Hkr. ibid. c. 121. Fornm. III, 14 Fagrsk. c. 84 et 82 (posterior pars hujus et posterior pars strophæ sequentis hic unam efficit) Flat. I 533. Sn. E. I 471; II 448 (½).

8) Hkr. ibid. Fornm. III 15. Fagrsk. c. 82 (½, vide notam antecedentem). Flat. ibid.

9. Enn hefk leyfð þars lofða ...[1]
10. Jöfrum varð en urðu (½ ...[2]
11. Ítr þrifusk jöfra hleyti ...
12. Enn at eyrar grunni . .[3]
13. Gollkennir lét gunni ...[4]
14. Hvatr vann freyr á flotna ...[5]
15. Gengu upp þeirs Englum ...[6]
16(?) Óð en œrnu náði (½...[7]

Has strophas Gudbr. Vigfussonius ad unam partem versibus intercalaribus finitam (stefjamál) refert, hæsitanter tamen[8], nec nostro quidem judicio recte. Nam si argumentum stropharum paulo attentius inspexerimus, inveniemus, quod etiam Gudbr. Vigfussonius vidisse videtur[9], id varium esse. Str. enim 1—4 de pugna illa navali inter Norvegos et Jomsvikingos verba faciunt. Str. 5—8 res in bello inter Olavum Tryggvidam et Erikum dynastam et imprimis pugnam navalem ad Svoldram continent. Str. 9 aperte initium novæ partis de militia Eriki in Anglia est, ad quam omnes reliquæ (10—15) pertinuerunt. Ita sine dubio reliquias trium partium intercalatarum habe-

[1]) Hkr. Ól. H. c. 23. „Þessarrar orðsendingar getr Þórðr Kolbeinsson í Eiríksdrápu" Fornm. III 30; IV 62. Flat. I 560. Ól. H. (1853) c. 28.

[2]) Fagrsk. c. 67.

[3]) „Svá segir Þórðr Kolbeinsson í Eiríksdrápu" Fornm. XI 195—6.

[4]) Hkr. Ól. H. c. 23. Fornm. III 31; IV 62—3; XI 198 („Svá segir Þórðr Kolbeinsson í Eiríksdrápu") Flat. I 561. Ól. H. (1853) c. 28.

[5]) Fornm. XI 198.

[6]) „Enn segir Þórðr Kolbeinsson fleira í Eiríksdrápu frá hernaði hans". Fornm. XI 199; 188.

[7]) „Sem Þórðr kvað" Sn. E. I 480; II 455, 538.

[8]) Safn I 427.

[9]) Corp. poet. bor. II 102—5.

mus; quot vero fuerint, difficile dictu est; sed eas non plures fuisse quam quatuor crediderimus: primam de Eriko et pugna in Hjörungavogo, secundam de bello inter eum et Olavum Tryggvidam, tertiam de annis, quos Erikus Norvegiam rexit, quartam de itinere in Angliam et bello ibi gesto ejusque morte. Ita apparet, carmen fuisse satis longum. Nescimus, qui aut quales versus ipsi intercalares fuerint. Hæsitanter huc etiam rettulimus ultimam semistropham, quæ „Thordo" tribuitur in Edda nostra. Rem nullam habet, qua originem suam plane monstret, neque rursus quicquam adferri potest, quod prohibeat, quin Thordi Kolbeinis filii et ex Eiríksdrapa sit. Gudbr. Vigfussonius eam inter strophas Thordi non numerat, quas alio ordine adfert in Corpore suo poetico (l. c.), undecima in duas partes, sine omni causa, divisa.

3. Kvæði um Gunnlaug ormstungu (*Gunnlaugsdrápa?*), carmen parentale de Gunnlögo serpentilingui, verisimiliter haud longe post mortem ejus compositum est, an. fere 1009. Hujus carminis unam solam stropham vita Gunnlögi ipsius nobis servavit[1].

4. Drápa um Óláf konung hinn helga. Hoc carmen de St. Olavo composuit an. 1015 aut 1016, et coram rege recitavit, præmiumque anulum aureum eximiamque prætextam et gladium præstantem accepit[2], unde apparet, carmen satis magnificum fuisse et regi bene placuisse. Nihil ex hoc carmine, quod sciamus, nobis relictum est.

5. Kolluvísur, Vituli strophæ. Cum flagrarent simultates inter Thordum et Björnem, strophas probrosas in vicem solitarias, et præterea tota carmina famosa fuderunt; inter hæc fuit, quod Thordus in Björnem fecit,

---

[1]) Gunnlaugs saga ormstungu, c. 12 in Íslendinga sögur II 267, ubi ita legitur: „Þetta sannar Þórðr Kolbeinsson í kvæði því, er hann orti um Gunnlaug ormstungu".

[2]) Bjarnars. p. 13.

in hujus vita commemoratum[1]. Hic vocatur *Kolluvísur*, in numero plurali, bis in eadem pagina, quod sine dubio recte fit, cum aperte opponatur carmini Björnis in illum, *Grámagaflim* dicto, cujus strophæ tres vitæ ejus insertæ sunt. Tamen mox quinquies singularem numerum libri præbent: *vísuna* ... *hana* ... *vísuna* ... *vísuna* ... *vísuna*, quod vitium librariis certe imputandum est, eoque magis, quod in uno libro *þær* (eas) pro *hana* (eam) scriptum sit. Error inde ortus est, quod auctor Vitæ aperte has strophas cum stropha solitaria[2] confudit, quam Thordus, cum audisset, Björnem in bubile a bubulco vocatum, vitulum, in canaliculo stercorario jacentem, manibus arreptum in conclave bovis conjecisse, quod sordidum factu visum est illiberaleque[3], fudit. Sed certe Thordo non satis fuit, stropham unam de tali re fecisse, siquidem Björn *Grámagaflim* jam composuerat. Carmen igitur fecit, *Kolluvísur*, quod verbum aperte hic significat vituli strophas. *Kolla* enim isl. proprie est vacca sine cornibus. Hinc proprie dictum est carmen Sneglu-Hallii (vaccarum strophæ) quod in ejus vita commemoratur[4]. Quale metrum carminis fuerit, nescimus. Sin fuit, quod probabile est, responsum ad Björnis *Grámagaflim*, etiam ejusdem metri fuerit necesse est, quod vocant homoeoteleuton. Sine dubio paulo post 1020 compositum est. Nihil exstat.

6. Daggeislavísur, strophæ radii diurni. Hujus carminis mentio fit in vita Björnis[5]. Cum aliquando certamen equestre haberetur, Thordus provocatus, ut carmina, quibus qui aderant delectarentur, recitaret, non recusavit. Initium fecit a strophis, „quas vocavit strophas radii diurni; eas de Thordisa, uxore Björnis, composuerat, sed

[1]) Bjarnars. p. 43–4.
[2]) Bjarnars. p. 32.
[3]) ibid p. 31–2.
[4]) Fornm. VI 366. Flat. III 420.
[5]) Bjarnars. p. 46.

ipsam semper (ɔ: in carmine) splendorem orbis terræ nominavit". Eodem fere tempore hoc carmen compositum est, quo Vituli strophæ. Haud amatorium fuit, sed quod zelotypiam Björnis excitaret. Inter carmina deperdita habendum est.

In Recensu B Thordus inter poetas Magni boni numeratur, prave ut putavit J. Sigurdsonius, v. pag. 274, ann. 4.

7. Lausavísur, strophæ solitariæ, quas Thordo tributas invenimus, duodecim in vita Björnis afferuntur, alibi nullæ. Difficillimum est dijudicatu, utrum omnes Thordi sint, an spuriæ, omnes aut aliqua ex parte. Gudbr. Vigfussonius in Corpore poetico boreali[1] disputat, non omnes esse genuinas, sexque solas affert, quæ fortasse ab eo compositæ sint. Sed, ut modo diximus, difficillima hæc est quæstio, neque videre possumus, cur istæ sex potius quam omnes genuinæ sint; et si sententiam nobis dicere licet, putamus omnes æque genuinas esse; adeo sunt inter se consimiles, nulla sententia, ne verbo quidem ullo inferiorum temporum originem indicantibus. Jam de singulis breviter dicamus eo ordine, quo in vi Björnis leguntur.

1. Aliquando, cum Björn apud Thordum an. 1019—20, in patriam redux commoraretur, vesperi cum mulieribus hilariter sermocinatus est. Thordus, hac re iratus, stropham

Út skalt ganga
illr þykkir mér ...[2]

cecinit.

2. Eadem hieme Thordus, quo Björnem lacesseret, uxori suæ, illius pristinæ sponsæ, suavia super suavia dedit, strophamque

---

[1]) Corp. poet. bor. II 100.

[2]) Bjarnars. p. 22.

Muna mum Björn at Birni[1]

fudit.

3. Eadem hieme vel vere primo, cum Thordus sæpius ingratum Björnis animum carpsisset, de hac re cum uxore sua collocutus stropham

Sextán vas hugr hjóna[2]...

cecinit.

4. Quartam stropham eodem fere tempore fudit, altercatione inter eum et Björnem orta, quæ ita incipit:

Út skalt ganga
oss selduð mjöl ...[3]

5. Cum, quod paulo supra de vitulo commemoratum est, accidisset, remque Thordus audisset, stropham composuit

Hvat skyldir þú hja .. (halda?) ...[4]

6 et 7. Proelio inter Björnem et viros quosdam Norvegos, a Thordo excitos, facto, cui Thordus præ mollitie non interesset, strophas duas de itinere suo interrogatus composuit c. an. 1021:

Hvesstum tolf en tvistir ...
Þorns veitk, at berr Birni ...[5]

8. Cum an. 1022 Thorsteinn Kuggii f. litem inter eos componere vellet, strophæque utriusque probrosæ numerarentur, inventum est, Björnem una plus quam Thordum fecisse. Itaque Thordus, ut numerum æquaret, unam statim addidit:

---

1) Bjarnars. p. 24—5.
2) ibid. p. 27—8.
3) ibid. p. 28—9.
4) ibid. p. 32.
5) ibid. p. 37—8.

Björn tekr brátt es mornar ...[1]

quæ recitata, contumeliis plena, componendo finem fecit.

9. Nulla occasione relata stropham an. 1024 fudisse dicitur:

Öllungis biðk allar ...[2]

10. Statim post cædem Björnis an. 1024 hanc stropham composuit:

Láskat snarr at snerru ...[3],

et paulo post alteram, cum ab cæde rediens corvos obviam sibi volantes conspexisset:

11. Hvert stefnið ér hrafnar ...[4]

12. Postremam de uxore sua composuit, quæ post mortem Björnis maximis animi doloribus sensim succumbebat, cum maritus equum, quo ea circumveheretur, quæ res ei dolorem levare videbatur, duceret:

Móðr verðk mitt hross leiða ...[5]

60. Þórfinnr munnr (cfr. 165). Nomen etiam *þorfiðr* secundum solitam immutationem literæ *nn* ante *r* scribitur[6]. Cognomen rectissime *muðr*, non *munnr* sonat, quod tamen sæpe invenitur[7]. Parentum nomina nusquam afferuntur, neque nobis quicquam, quod originem ejus

---

1) Bjarnars. p. 57.

2) ibid. p. 59—60.

3) ibid. p. 67.

4) ibid.

5) ibid. p. 68—9.

6) Hkr. Ól. helg. c. 239. Ól. helg. brev. 1849 c. 62. 89 cfr. fragm. D pag. 93.

7) Hkr. ibid. c. 218 (bis). Ól. helg. 1853 c. 203 (bis) 225. Fornm. V, 56. 80.

indicet, relictum est, præterquam quod uno loco „vir Islandus ex septentrionali parte (Islandiæ)" vocatur[1], quæ verba sane multum valent. Jam si Originum librum inspexerimus, nomen *þorfinnr þorfiðr þorviðr* — ita enim varie scribitur — raro inveniemus. In septentrionali parte Islandiæ soli duo viri, qui hic in censum veniant, nominantur: vir quidam, nomine Thorvidus, qui inter Mælifellsaam et Giljaam fundos occupavit[2], — alter Thorfidus, cognomento luna, filius Askelis torfii, qui inter Eyjardalsaam et Landamot consedit et Öxaraæ habitavit[3]. In ceteris libris, qui huc attinent, nihil de his invenire potuimus. Utrum Thorfinnus poeta alterius utrius nepos fuerit an non, affirmare certo non possumus, sed, cum tempora rem non inpediant, et nomen avi et nepotis sæpissime videamus idem fieri, nos quidem haud negaverimus, talem conjecturam nobis arridere, ut Thorfinnus noster nepos alterius Thorfinni, nuper laudati, et maxime prioris fuerit, sed judicio doctorum rem integram relinquimus. De vita poetæ perpauca novimus. Videtur diu familiariter cum Sto Olavo, unacum fratre Thordo — hic enim aliquoties nominatur — vixisse. Nam hæc historiola narratur[4]: „Tunc (quo tempore fuerit, ignoramus) apud regem manserunt fratres duo, quorum alter Thordus, alter Thorfinnus nominatus est. Hic poeta maximus fuit. Aliquando Thorfinnus in sella mobili ante Olavum regem sedit. Tum rex: „carmen tu, inquit, poeta, de rebus in his tapetibus

---

[1]) „Þorfiðr muðr islænzkr maðr oc norðlænzkr" Ól. helg. brev. 1849 c. 62.

[2]) „Þórviðr hét maðr, sá er land nam upp frá Mælifellsá til Giljár" Landn. P. III c. 6.

[3]) „Þorfiðr (-viðr, var.) máni hét maðr, son Áskels torfa. Hann nam land fyrir neðan Eyjardalsá til Landamóts ok sumt um Ljósavatsskarð ok bjó at Öxará" ibid. c. 18.

[4]) Flat. III, 244 (Viðbætir við Ólafs sögu hins helga c. 9). Fornm. V 234. Ól. helg. 1849 c. 62, cfr. pag. 93.

pictis compone". Thorfinnus, oculis ad tapetes conversis, ibi Sigurdum Fafnerem interficientem vidit, quo viso stropham fudit

Geisli stendr til grundar . . .

In vita Sti Olavi breviore, loco priore supra citato, nomen auctoris scribitur *þormor*, quod in editione (1849) in *þormóðr* correctum usque ad hunc diem[1] de Thormodo, *Kolbrúnarskáld* dicto, semper est intellectum. Sed hoc errore fit aperto. *þormor* enim vitio librarii pro *þoruiðr* scriptum est, ui ut m lecto, superiore parte litteræ d fortasse deleta. Omnis vero dubitatio tollitur, si viderimus, in fragmento quodam membranaceo, in tabulario Norvegico felici casu servato, cd. vitæ Ol. brev. pag. 92—3 inserto, eundem auctorem *þorfiðr scáld* nominari. Verus igitur auctor hujus strophæ sine controversia Thorfinnus munnus jure judicandus est. — Inter aulicos regis ipsos Thorfinnus etiam numeratur[2]. — Postea nihil de fratribus audimus, ante annum 1030, quo pugna Stiklastadensis facta est. Unanimi librorum consensu huic proelio Thorfinnus unacum aliis regis poetis ejusque frater Thordus interfuisse dicuntur[3]. Priusquam autem proelium consertum est, poetæ regis, bene se rem habere, si versus quosdam memoriales de rebus, mox eventuris, composuissent, inter se locuti sunt. Itaque cum Gissur Gullbraæpoeta stropham cecinisset, alteram Thorfinnus statim fudit

Røkkr at regni miklu . . .[4]

---

[1]) Vide v. c. libellum Udsigt etc. pag. 96.

[2]) „En Sighvatr var hirðmaðr konongsens . . . oc Þorfiðr muðr". Ól. helg. brev. 1849 c. 62.

[3]) „Þar var þá Þormóðr Kolbrúnarskald . . . oc hinn þriði (al. fjórði) Þorfinnr muðr". Hkr. Ól. helg. c. 218. Fornm. V, 56. Flat. II 340. Ól. helg. brev. 1849 c. 89. Ól. helg. 1853 c. 203.

[4]) Hkr. ibid. Ól. helg. 1853 ibid. Fornm. V 57. Flat. II 341. Cfr. Ól. helg. brev. 1849 c. 89, ubi paulo secus narratur: stropham fudisse, cum exercitus promoveretur.

Dehinc proelio incepto, cum aliquamdiu pugnassent, Thorfinnus et Gissur poëtae ceciderunt[1]. In codice autem Flateyensi alio loco[2] narratur, fratres Thorfinnum poetam et Thordum graviter vulneratos procubuisse, interque cæsos semineces jacuisse; mox lumine super rege Olavo mortuo conspecto, Thordum verba fecisse: „cur hocce lumen super rege est? Non verum est, quod dicunt, cum sanctum fuisse", et ei Thorfinnum reprehendentem respondisse: „certe fuit sanctus, neque fictum est". Facile est intellectu, hanc narratiunculam ficticiam esse, sed inde jure concluditur, fratres sauciatos primum procubuisse, paulo post expirasse[3]. Hæc sunt, quæ perpauca de vita poetæ interituque novimus. Recensui nostro sub nro. 165 poeta, nomine *þórólfr* munnr, inscritur, qui de Hakone dynasta carmen composuerit. Nomen autem in solo A ita legitur, contra in B *þorfinnr*, ut idem esset ac poeta Olavi regis, de quo hic disputamus. Arnas putavit *þórólfr* pravum esse vitio librarii pro vero *þórfinnr*, at J. Sigurdsonius „de hoc merito disputari" posse dixit[4]. Sed notandum est, Thorolfum hunc nusquam alibi nominatum inveniri[5] et cum cognomen *muðr (munnr)* idem utrobique sit, nos quidem Arnæ libentius quam J. Sigurdsonio adsentimur; neque ullam causam nobis fingere possumus, cur A hoc loco rectius esse oporteat, quam B. In A errores graves librarii inveniuntur, ut (Þjóðólfr) *Arnason* pro Arnórsson[6], quod in hoc celeberrimo poeta fieri satis mirandum jure videatur. Hic

---

[1]) Hkr. Ól. helg. c. 239. Fornm. V, 80. Ól. helg. 1853 c. 225. Flat. II 355.

[2]) Flat. II 358—9.

[3]) Quæ de hac re in Udsigt etc. disputantur nugæ sunt.

[4]) Vide annot. I pag. 280.

[5]) Nam incertum omnino est, Thorolfum (Thorvaldum in U) Sn. E. I 242 eundem atque Thorolfum munnum esse.

[6]) Vide annot. ad num. 224. p. 284.

Thorolfus (-finnus) munnus carmen de Hakone dynasta secundum Recensum composuit. Hakon an. 995 mortuus est, quinque et triginta annis ante obitum Thorfinni poeta. Vix igitur fieri potest, ut hic de Hakone vivo carmen composuerit, sed ex nostra quidem sententia nihil obstat, quominus hoc carmen fuerit epicedium (*erfidrápa*), ut multa alia, quæ in Recensu epicedia significantur.

Pro certo igitur habemus Thorolfum (sub nro. 165) pro Thorfinno vitio librarii irrepsisse. — Thorfinnus poeta lepidissimus fuisse videtur, si ex strophis servatis judicare velis, qui facillime versus funderet elegantissimos et ad numeros rectissime aptos. Cum hoc congruit, quod in libris vocatur *skalld* (poeta)[1], etiam *skalldet* (ὁ ποιητής)[2], *skaalld mikit* (poeta eximius)[3], quæ omnia unum atque idem significant.

Carmina, quæ Thorfinno tribuuntur, sunt:

1. Kvæði um Óláf hinn helga. Carmen de Sto Olavo, nro Recensus 60 indicatum. Hujus etiam mentionem aperte facit codex Flateyensis[4], ubi Thorfinnus unacum poetis regis celeberrimis nominatur; hinc apparet, carmen ejus de Olavo rege satis egregium fuisse. Nihil autem ejus nobis relictum est.

2. Erfidrápa eptir Hákon jarl hinn ríka. Epicedium Hakonis dynastæ potentis, quod carmen sub nro. 165 in A Thorolfo tribuitur, in B Thorfinno, de qua re supra satis disputatum est. Hujus carminis nihil ad nos pervenit.

3. Lausavísur, strophæ solitariæ, duæ nobis ser-

---

[1]) Flat. II 358.

[2]) Ól. helg. 1849 c. 62 cfr. pag. 93.

[3]) Flat. III, 244.

[4]) „Quędi morg þau er skalldin hafa ort ok samansett af lifui ok lagastiornn hins heilaga Olafs konungs suo sem Ottarr suarti Sighuatr skalld Gizsörr gullbrarfostri Þorfinnr munnr ... ok margir adrir. birta" etc. Flat. II, 226.

vatæ sunt, altera de pictura in tapetibus regiis (vide historiam supra allatam), quæ ita incipit:

Geisli stendr til grundar ...[1]

altera de pugna Stiklastadensi jamjam imminente:

Røkkr at regni miklu ...[2]

61. Þormóðr kolbrúnarskáld Bersason inter antiquitatis nobilissimos poetas habendus est. C. an. 998 (rectius an. 997) secundum rationem, a Gudbr. Vigfussonio initam[3], natus est. Pater poetæ Bersius fuit, filius Hall-

---

[1]) „Þorfinnr leit til ... ok kvað vísu" Flat. III 241; Fornm. V 234. „Skalldet læit til ... oc quað þa visu þessa" Ól. helg. brev. c. 62, cfr. pag. 93.

[2]) „Þá kvað Þorfinnr munnr aðra vísu" Hkr. Ól. helg. c. 218; Ól. helg. 1853 cap. 203. „Þa quat Þorfinnr munnur (!)" Flat. II 341. „Þá kvað Þorfinnr vísu" Fornm. V, 57. „Hann (ɔ: Þorfiðr skalld) kvað visu þessa þa er liðet for" Ól. helg. brev. cap. 89.

[3]) Safn til sögu Íslands I 466—7, quo loco disputatur, stropham, qua Thormodus se vix triginta annos natum esse sexque jam viros interfecisse indicat, a codice Flateyensi ad peregrinationem poetæ in Norvegiam, quæ an. 1024 (rectius 1023, ut mox apparebit) fuerit, prave referri, nam eo tempore Thormodum adhuc unum hominem interemisse. Stropham igitur hanc putat compositam esse an. 1028 (rectius 1027), cum ad regem ex Groenlandia revertisset. Historia enim Olavi Sti. brevior (c. 88) eandem stropham Thormodum ante proelium Stiklastadense, cum ab eo rex, quot viros occidisset, quæsisset, canentem facit. Huic autem rei obstat, quod in vita Thormodi et Thorgeiris (pag. 6; cfr. Flat. II 93) Thormodus major fuisse natu quam Thorgeir diserte dicitur. Hoc autem testimonium auctoritate strophæ laudatæ admodum debilitetur, immo vero tollatur necesse est. Itaque Vigfussonio adsentimur, ita tamen, ut uno anno prius rem fuisse statuamus. Aliter hac de re celeberrimus Finnus Magnussenius sensit et disputavit. Vide Grönlands hist. Mindesmærker II 276—7. Conjicias, vitæ scriptorem ideo Thormodum majorem natu putasse, quam Thorgeirem, quia ille huic superstes fuerit.

thoris, filii Gunnbjörnis (a quo scopuli illi, *Gunnbjarnarsker*, nomen traxerunt) filii Ulvi cornicis, filii Hreidaris. Fratres Gunnsteinn et Hallthor fines inter Skötufjördum et Laugardalum et Oegrvikam in toparchia Isfjordensi occupaverunt[1]. Bersius Dyrdilmyri in toparchia Isfjordensi habitasse dicitur[2], quod quidem vix verum esse Dr. K. Kålund probavit[3]. Uxor Bersii Thorgerda nominatur, cujus stirpem omnino nescimus[4]. Fuit filius eorum adulescens fortis et animosus, corporis magnitudine mediocri, nigris capillis et crispus. Domi apud parentes educatus est. Amicitiam cum Thorgeire Havaris filio adulescens cum adulescente mox iniit, quæ gratia mutua in tantum crevit, ut foedus, quod vocant *fóstbræðralag* (societatem fraternam) inter se firmissimum icerent, ex quo *fóstbræðr* vocati sunt, quorum princeps officium fuit, ut, si alter vi succubuisset, hunc superstes ulcisceretur. Ratio talis fœderis faciundi in eorum vita legitur[5]. De reliqua eorum vita multisque cædibus patratis, aliis rebus lectores ad ipsam vitam[6] relegandi sunt. Hic capita tantum summatim tangentur.

1. Amicitia inter Thormodum et Thorgeirem adeo

---

[1]) Landn. P. 2 c. 29. Ejusdem fuit gentis poeta Gils Illugii f., quintus a Grimkele Gunnbjörnis fratre. — Longe alius atque Bersius noster est ille, qui Flat. I 23 nominatur.

[2]) Fóstbr. s. c. 2. Flat. II 92 nomen villæ omittit.

[3]) Kålund: Hist.-top. Beskrivelse af Island I 596—7.

[4]) Fóstbr. s. c. 2. Flat. II 92.

[5]) Fóstbr. c. 2. Flat. II 93.

[6]) Fostbrædra-Saga edr Sagan af Þorgeiri Havarssyni ok Þormódi Bersasyni Kolbrúnarskalldi. Kaupmannahöfn 1822. — Fóstbræðra saga, udgivet for det nordiske Literatur-Samfund af Konrad Gislason. Kjöbenhavn 1852. (Hac editione in notis utimur sola). In codice Flateyensi vita legitur II 91—108, 148—68, 199—226. Excerpta inserta sunt Grönlands historiske Mindesmærker II 250—419, Antiquités Russes II 343—50. Vide porro Corpus poeticum boreale II 172—7.

corroborata fuit, ut ad ultimam vitam perseveraret. Primos annos usque ad an. fere 1014 simul vixerunt. Usus familiaris tandem diruptus est arrogantia et superbia Thorgeiris, magnis facinoribus usque eo elati, ut ab amico quæreret, utrum fortiorem, si inter se congressi essent, fore putaret. Tum Thormodus, animo candidus et probus: „nescio, inquit, rem, sed ista quæstio usui nostro et societati finem faciet"[1]. Deinde Thormodus, amico relicto, domum ad parentes se contulit. De hac re stropham carmini Thorgeirsdrapæ inseruit, quae dignissima nobis videtur, quæ huc transcribatur.

Frétt hefr öld, at áttum
[undlinns] þás svik vinna
[rjóðanda nautk ráða]
rógsmenn saman gnóga.
Enn vilk einkis minnask
[œsidýrs við stýri
raun gatk firða fjóna
flóðs] nema okkars góða.

Deinde Thorgeir peregrinatus primum Daniam inde Norvegiam petiit, ubi gratia Olavi regis sibi conciliata aulicus ejus factus est. Post cædem Thorgeiris, quæ an. 1023 accidit, Thormodus, ut eum, foederis bene memor, ulcisceretur, eodem anno peregre profectus est. Vita Thormodum recta in Norvegiam profectum cum Olavo rege convenisse facit[2]. Codex vero Flateyensis et Vita Olavi sancti brevior eum, et ille quidem primum, in Daniam profectum, a rege Canuto, Thormodi arte fortitudineque comperta, arcessitum esse dicunt[3].

---

[1]) cfr. „Tormann skald" in Færöiske kvæder (Nord. oldskr. XX) str. 5—7, quæ rem aliter exponunt.

[2]) Fóstbr. c. 18 (c. 5. p. 77).

[3]) Flat. II 199 seq: Ól. helg. brev. c. 57. 58, verbis paulum immutatis, tempore, quo acciderit, non indicato.

Rex eum apud se manere coegit, poetæ se marcam argenti, ut Thorarini loftungæ, daturum pollicitus. Ita apud regem Thormodus honoribus summis affectus diu mansit, regem carminibus aliorum recitandis strophisque propriis qualibet de re compositis oblectans. Hieme peracta Harcko cuidam, archipiratæ, Thormodum comitem et proræ defensorem rex precibus Harcki commotus dedit. Cum jam proficiscerentur rex nondum ei argentum promissum dederat. Itaque poeta, ut regem ad memoriam promissi reduceret, stropham cecinit, quo facto duos anulos a rege accepit. Deinde per æstatem rem piraticam cum Harcko egit, quoad occasionem aufugiendi in navim dracone ornatam Sti Olavi regis transsiliundo, hujus proræ defensore, qui Thormodum gladio petierat, percusso, nactus est. Prehensum rex statim interfici jussit. Cum autem Thormodus, nomine suo dicto, se peregre profectum esse, ut Thorgeirem amicum, regis aulicum ulcisceretur, memorasset, rex ei condonavit, et mox ei amicissimus et sine dubio etiam aulicus[1] factus est. Paulo post in Grœnlandiam Thorgeirem ulturus trajecit. Hactenus codex Flateyensis. G. Vigfussonius autem hoc an. 1024 (1023) accidisse negat, propterea quod Thorarin loftunga nondum ad regem venerit, quod ante an. 1028 non acciderit, et quod Canutus rex an. 1024 in Anglia non in Dania fuerit, quod hic maximam habet vim. Canutum vero in Norvegiam an. 1028 venisse, quo ipso anno Thormodum etiam Norvegiam Grœnlandia relicta petisse. Verisimillimum itaque esse, Thormodum ex Grœnlandia redeuntem vel in Norvegia in Canutum incidisse, ab eoque invitum retentum primam occasionem aufugiendi cepisse. Constat quidem Thormodum nequaquam Canutum regem an. 1024 in Dania convenire potuisse, cum hoc tempore in Anglia

[1]) Inter aulicos ejus certe nominatur Flat. III 244. Fornm. s. V 234. „Aulicus" in Vita etiam bis vocatur (Fóstbr. s. p. 95. 104).

maneret. Adde quod, si Thormodus revera anno 1024 ad Canutum regem venisset, tota temporis ratio secundum codicem Flateyensem confunditur; cum enim apud eum unum annum, deinde alterum apud Olavum regem moratus sit, non potuit in Grœnlandia tres alios morari usque ad an. 1028. Relatio hæc igitur ex parte falsa habenda est ideoque repudianda. Sed cum tantam veritatis speciem præ se ferat cod. Flat., Thormodum cum Canuto convenisse narrans, remque strophis diserte confirmet, minime hoc factum omnino negare ausimus.

Jam animadvertendum est, Vitam narrare[1], Thormodum ex Grœnlandia cum Bjarnio quodam Skufoque in Norvegiam navigasse, quo cum venerint, re familiari divisa, Bjarnium, cui navis obtigerat, in Daniam trajecisse iterque Romam fecisse, illos ad regem Olavum profectos. Hic verum, ut putamus, elucet. In libro Snorronis[2] invenimus narrari Canutum ex Anglia in sinum Chersonesi Cimbricæ, Limafjordum, venisse ibique mansisse, quod certe an. 1028 factum est. Si quæsiverimus, quo anno Thormodus ex Grœnlandia reverterit, a Vigfussonio hoc ad an. 1028 referri[3] inveniemus. Quomodo autem fieri potuerit, ut, si hoc verum esset, Thormodus cum Canuto convenerit, omnino non intellegere possumus. Sed est altera ratio a viro harum rerum peritissimo Finno Magnussenio in lucem prolata[4]. Hic ratione quadam Finni Joannæi nisus vult, Thorgeirem an. 1023 interfectum esse, Thormodum eodem anno, quod constat, peregre profectum, ad Lofotum in Halogia navi appulsa regem Nidarosiae convenisse, qui hoc ipso anno ibi manserit. Anno sequenti 1028 Sarpsburgi fuit, quæ res Vigfussonio tantam difficultatem excitavit, ut eam tollere non posset. Ita ex

---

[1]) Fóstbr. s. c. 10 (p. 106).

[2]) Hkr. Ól. helg. c. 157.

[3]) Safn I 466.

[4]) Grönlands historiske Mindesmærker II 278—9.

Grœnlandia anno 1027 reverterit Thormodus. Cumque ex verbis ipsius Vigfussonii[1], qui dixit Thorgeirem mortem obiisse „non post an. 1024", de anno dubitari posse appareat, neque quicquam videre possimus, quin an. 1023, juxta ac 1024, accidisse potuerit, pro certo optimo jure habendum est, rationem Magnussenianam unice veram, et cum omnia optime ita, ut jam videbimus, congruant, dignissimam esse, quam sequamur[2]. Vidimus Vigfussonium probasse, Thormodum cum Canuto convenisse, postquam Grœnlandiam reliquit. Hoc tamen ita fieri potuit, si Thormodus sociique ejus, neque, ut Vita vult, Bjarnius solus, ventis iniquis a recto cursu depulsi vel nebula intercepti, primum autumnali illo tempore in Daniam septentrionalem venerunt. Ita in Canutum ibi manentem, qui tunc ex itinere Romam instituto nuper reverterat, incidere potuit poeta; ita utraque relatio optime inter se conjungitur; ita omnia in rem apte quadrant.

De triennio, quod Thormodus in Grœnlandia egit, ejusque atroci ultione, lectores ad vitam ipsam[3] revocamus.

Cum Thormodus ad Olavum aufugisset, nunquam eum postea reliquit, sed fidelissimo animo coluit. Itaque cum Olavus rex e Norvegia, Canuto instante, in Sueciam, deinde in Russiam fugere cogeretur, Thormodus eum secutus omnes labores omniaque pericula cum rege suo perpessus est. Et cum certum sit, an. 1028 hoc factum esse, hinc haud dubie evincitur, Thormodum eodem anno, autumnali

---

[1]) Safn I 464.

[2]) Ad peregrinationem hanc referenda videntur esse quæ in Heimskringla (Ól helg. c. 133; cfr. Ól. helg. (1859) c. 113. Fornm. s. IV 280. Flat. II 239) narrantur de Islandis, qui ad Olavum accessitu ejus venerant, inter quos etiam Thormodus nominatur.

[3]) Fóstbr. s. c. 20 (p. 62 = c. 6. p. 80 seqq). Flat. II 204—25.

tempore, ex Grœnlandia demum non redisse. De reditu ejus et vita usque ad pugnam Stiklastadensem, deque pugna ipsa ad fontes[1] relegandi sunt lectores. Hic tantum monere juvat, Thormodum ante pugnam a rege provocatum, ut sibi aliquod carmen, quod animo ægritudinem adimeret, recitaret, carmen antiquissimum, *Bjarkamál*, clara voce, qua exercitum e somno excitaret, recitavit, anulumque aureum a rege accepit. Postea rex carmen *Húskarlahvöt* (exhortationem satellitum) vocavit[2]. In ipso proelio cum fortissime pugnasset, postremo sagitta pectus percussus, in horreum, ubi sauciati curabantur, ingressus est. Mulieri, cur tam pallidus esset, quærenti, poeta tali stropha respondit pulcherrima:

Emka rjóðr, en rauðum
ræðr grann skögul manni
hauka setrs hin hvíta.
Hyggr fár um mik sárau.
Hitt veldr mér, at meldrar
morðvenjandi fenju
djúp ok danskra vápna
dags hríðar spor svíða.

Deinde sagitta hamata vi extracta animam efflavit (an. 1030).

Propter has res gestas splendidissimas, nec minus propter amores ejus, de quibus jam breviter absolvemus, Thormodus in patria sua alibique usque ad hunc diem

[1]) Fóstbr. s. c. 10 (p. 108—12). Flat. II 339. 340—1. 342—3. 358—66. 363—6. Hkr. Ól. helg. c. 217. 218. 220. 246—7. Ól. helg. (1853) c. 201. 203. 205. 233—4. Ól. helg. brev. c. 83. 88. 89. 91. 95—7. Fornm. s. V 54. 56—8. 59—61. 89—93.

[2]) Etiam altero ex loco elucet Thormodum optimum fuisse recitatorem antiquiorum ut suorum carminum. Ita Cod. Flat. (II 200; cfr. Ól. helg. brev. c. 57) narrat, eum sæpe Canutum magnum hoc modo oblectasse.

celebratus est. Testimonia hujus rei tria afferimus. Cantilenæ, Ólafsríma dictæ, str. 19 et 41 poetæ talem memoriam faciunt:

Þormóðr var við Kolbrún kendr
kongsins skalldit dýra (fríða?),
sá bar hvassar hyggju strendr,
hvar sem garpar stríða.
Þormóður nam brytja bráð
bleikum fálu hesti.
varði kong með dyggð ok dáð.
darra él hann hvesti.[1]

Alterum est testimonium carmen, quod in libro Arna-Magnæano, formæ quartæ, nro. 723 signato, p. 70—73, servatum Kolbrúnar-vísur vocatur, seculi XVII. medii opus. Ita carmen incipit:

Íþróttir þær ek átta,

et ex strophis viginti una constat.

Tertium est argumentum idque non minimi pretii, quod carmen quoddam Færoicum habemus „Tormann skald"[2], strophas 78 continens; argumentum ex Vita haustum est, quamquam interdum aliter res hic atque illic exponuntur. De rebus Thormodi in Grœnlandia pæne solis agit.

2. Dum Thorgeir in Dania et Norvegia moratur, annis 1015—23, Thormodus, tædio captus, amoribus indulgere cœpit. Primum Thordisam, filiam Grimæ cujusdam, sagæ, haud procul a villa patris habitantis, amavit; itaque sæpissime eo venit, ut cum Thordisa, amorem ejus non spernente, confabularetur. Mater vero, famæ puellæ metuens, eum venire vetuit, nisi filiam in matrimonium

---

[1]) Flat. I 9. 10.

[2]) Færøiske Kvæder II. Nord. Oldskr. XX. p. 108—117.

justum ducturus esset. Cum nihilo minus poeta eo ventitaret, Grima servum suum, ut Thormodo insidiaretur, misit. Servus paruit et Thormodum ita vulneravit, ut semper posthac mancus esset. — Aliquando Thormodus, cum navigationem quandam faceret, vento vehementi repente orto terram petere coactus est. Ita ad viduam nomine Katlam venit. Huic etiam filia Thorbjarga, Kolbrún (i. e. nigris superciliis) cognominata, fuit. Hæc statim poetæ magnopere placuit, isque ei vicissim. Itaque, dum ibi manere cogitur, apud eas assidue commoratus est. Versus amatorios fundere cœpit, qua re mulieres valde oblectabantur. Semestrio ibi peracto carmen de Thorbjarga laudatorium composuit, quo recitato mater ei anulum aureum cognomenque Kolbrúnarskald, Kolbrunæ-poëtæ, dedit. Hujus rei Liber originum etiam mentionem his verbis facit[1]: „et alter (filius Knjuki) fuit Eyolfus, vitricus Thorbjargæ Kolbrunæ, Glumi filiæ, de qua Thormodus carmen composuit", ut de ea re dubitari non possit.

Quæ de indole ingenioque Thormodi in universum dicere licet, fere hæc sunt. In amicitia sibi, ut qui maxime, constans, in amoribus, ut sæpe fit, levior fuit. Superbia omni insolentiaque caruit, qui tamen aliis, ut Sighvato poetæ, nonnihil invideret carperetque, callidus et prudens; notandum est, quod in vita Gretteris[2] vocatur „vir deorum cultor et religiosus". Poeta elegantissimus fuit, qui versus ex tempore de quaque re nitidissimos funderet, verborum satis copiosus, quamquam lingua hæsi-

---

[1]) Landn. P. 2. c. 25. ann. cfr. Additamentum III p. 351.

[2]) Grettiss. p. 115. „Þormóðr er maðr guðhræddr ok trúmaðr mikill". Huic rei quod Flat. II 386—7. Ól. helg. brev. c. 83 narrat, eum farcimen die, quo jejunium servaretur, edisse non repugnat, et responsum, quod coquo dedit, notabile est: „aut plus quam farcimen dimidium a me Christum abalienabit, aut amici erimus boni".

tasse dicitur. Fortis fuit et strenuus, ut memoriæ mandatum sit, quam fortiter animoseque Stiklastadis pugnarit; neque minore vi animi et corporis patientia ultionem egit, ita ut athleta jure in Vita vocatus sit.

Carmina, quæ scimus Thormodum composuisse, sunt

1. Kvæði um Óláf konung hinn helga, carmen, sine dubio, intercalare (Óláfsdrápa?) de Sto Olavo, nro. Recensus 61 indicatum. Nusquam alibi, quod sciamus, hujus carminis commemoratio facta est, præterquam quod Thormodus a Skufo: „poeta et aulicus Olavi regis"[1] vocatur, et ab ipso rege, Grimo cuidam in somnis se offerente: „meus aulicus et poeta"[2]. Hinc apparet, Thormodum carmen de rege, priusquam in Grœnlandiam trajecit, composuisse. In Vita[3] legimus, regem poetæ, antequam proficisceretur, anulum aureum ensemque dedisse, quæ res, nisi fallimur, præmia pro carmine fuerunt. Sæpe enim invenimus, longiore spatio interjecto demum reges poetis suis munera pro carminibus dedisse. Certum igitur est et erit, hoc carmen an. 1023 compositum esse. Rursus non fieri potest, quin poeta, cum ad regem revertisset, carmen vel carmina de eo fecerit, de quibus nullum nobis testimonium relictum est. Omnia deperdita sunt. Causa cur hoc damnum extiterit, facillime ea fuisse intellegitur, quod talem auctoritatem habere non potuerunt, ut ea historici in vita Olavi componenda niti potuerint, cum aliorum, imprimis Sighvati haberent, quæ multo ad rem majorem vim habuerunt. Thormodus enim ultimum tantum vitæ biennium apud regem mansit.

2. Erfidrápa eptir Þorgeir Hávarsson, Þorgeirsdrápa, carmen parentale in honorem Thorgeiris intercalare. Sine dubio an. 1023 illico post mortem Thorgeiris compositum est. Strophæ servatæ hæ sunt:

---

[1]) Fóstbr. s. c. 9 (p. 95); Flat. II 216.

[2]) Fóstbr. s. c. 10 (p. 104); Flat. II 223.

[3]) Fóstbr. s. c. 20 (= c. 6. p. 80); Flat. II 204.

1. Starf hófsk upp þás arfa...[1]
2. Aldrspelli kveðk ollu...[2]
3. Vel dugir verk at telja...[3]
4. Frétt hefr öld, at áttum...[4]
5. Kapp lét höldr at hepni...[5]
6. Sex lét sævar faxa...[6]
7. Hús braut snarr til Snorra...[7]
8. Ar mank þegn, hinns Þóri...[8]
9. Njörðr gekk á skæ skorðu...[9]
10. Gautr veitk at sun Sleitu...[10]
11. Golls réð Þorgeirr þolla...[11]

---

[1]) „Sem Þormóðr kvað (orti Flat.) í erfidrápu Þorgeirs" Fóstbr. s. c. 3. Flat. II 96.

[2]) „Þessa getr Þormóðr í erfidrápu Þorgeirs" Fóstbr. s. c. 5. „Þessa atburdar getr Þormodr j Þorgeirs drapu" Flat. II 100.

[3]) „Um þenna atburð er þetta erendi ort" Fóstbr. s. c. 6. Hic diserte non dicitur, str. ex hoc carmine Thormodi esse, sed nemo dubitare potest, quin sit, præsertim cum ipsa se unam ex pluribus, verbo „telja", esse indicet.

[4]) „Þormóðr víkr á nokkut í Þorgeirsdrápu á misþokka þeira í þessu erendi" Fóstbr. s. c. 7.

[5]) „Þessa víga getr Þormóðr í Þorgeirsdrápu" Fóstbr. s. c. 8. „Svá segir Þormóðr í Þorgeirsdrápu" Grettis s. (1853) c. 27 (p. 64).

[6]) „at því, er Þormóðr segir" Fóstbr. s. c. 8.

[7]) „Þessa atburðar getr Þormóðr í Þorgeirsdrápu í þessu erendi" Fóstbr. s. c. 12. „Svá segir Þormóðr í Þorgeirsdrápu" Fóstbr. s. c. 2 (p. 66). „Þessa viga getr Þormodr j Þorgeirsdrapu" Flat. II 156 (6/8).

[8]) „Um þenna atburð orti Þormóðr þetta erendi" Fóstbr. s. c. 13. „Svá segir Þormóðr" ibid. c. 3 (p. 68).

[9]) „Svá sem Þormóðr orti um" Fóstbr. s. c. 13. „Svá segir Þormóðr" c. 3 (p. 70). „Suo orti Þormodr" Flat. II 160.

[10]) „Um þenna atburð orti Þormóðr vísu þessa" Fóstbr. s. c. 15. „Svá segir Þormóðr" c. 4 (p. 73). „Um þenna atburd quad Þormodr visu" Flat. II 163.

[11]) „Sem Þormóðr orti um" Fóstbr. s. c. 16. „Svá kvað Þormóðr" c. 4 (p. 73—4).

12. Stríðr réð stafn at verja...
13. Kennt hefr fjorr hvé frændum...[1]
14. Hauks frák hræva lœkja...
15. Olli fjorr áðr felli...[2]

Str. 1—3 de primis cædibus, a Thorgeire et Thormodo an. 1010—1012 editis, agunt. 4. de amicitia simultatibusque inter amicos narrat, unde concludas, alias atque majores res, quam quas vita narrat, societatem eorum diremisse. 5. de cæde quadam. 6. de itineribus Thorgeiris in universum. 7—8. de novis cædibus. 9. de militia Thorgeiris apud Rögnvaldum dynastam Orcadensem (an. 1022?). 10. de cæde nova. 11. de pace inter Thorgeirem et Thorgrimum trollium. 12—15. de ultima pugna morteque Thorgeiris. Quot strophas carmen habuerit ignoramus, neque nobis relictus est ullus versus intercalaris. Notandum est, quod narratur Thormodum in carmine rettulisse, Thorgeirem ampla munera a principibus accepisse et a Danis ut regem excultum esse[3], quibus de rebus nullum in his strophis verbum audimus. Longe maxima pars nobis intercidit. Historia Ljosvetningorum hujus carminis talem etiam mentionem facit[4]: „Is (ɔ: Thormodus) etiam carmen parentale composuit, quod eam rem (cædem Thorgeris) comprobabit"[5].

3. Kolbrúnarvísur, Kolbrunæ strophæ, carmen sine versibus intercalaribus in laudem Thorbjargæ kol-

[1]) „Svá sem Þormóðr orti um" Fóstbr. s. c. 17. „Svá kvað Þormóðr" c. 4 (p. 75).

[2]) „Um þenna atburð orti Þormóðr visur þessar" Fóstbr. s. c. 17. „Svá segir Þormóðr" c. 4 (p. 76). „Um þessa atburde quat Þormodr visu þessa", Flat. II 165, qui priorem tantum habet.

[3]) Fóstbr. s. c. 8. Flat. II 108.

[4]) Ljósvetninga s. Ísl. forns. I (1880) 254.

[5]) Quod Vigfussonius in Corpore poet. bor. dicit, has strophas omnes spurias esse, id nemo, ut speramus, probabit.

brunæ[1]. Hoc carmen dicitur postea in honorem Thordisæ immutasse, quo facto Kolbrunam, ei in somnis oblatam, nisi poeta carmen, immutatione sublata, restitutum de se ipsa factum esse fateretur, acerbe minatam esse. Thormodus expergefactus, dolore oculorum gravi tactus carmini pristinam formam reddidit[2]. An. fere 1016, fortasse paullo posterius, compositum est.

4. Lausavísur. Non potuit fieri, quin multas strophas solitarias poeta tantus sæpissime funderet, quod etiam re vera factum esse invenimus[3]. Viginti quinque tales str. nobis relictæ sunt, sine dubio omnes genuinæ, præter 3, quas nonnulli libri ei injuria tribuunt.

1. Hrundar bark af hendi ...[4]

fudit, cum a servo Grimæ sagæ vulneratus esset an. 1015 —1016.

2. Illa réðk þvís allar ...[5]

eodem fere tempore fudit strophis Kolbrunæ immutatis.

3. Þarf sás þér skal hvarfa ...[6]

an. 1023 composita est, cum Thorgeire interfecto poeta ad Olavum regem venisset. Neque huic rei obstat, quod supra de relatione codicis Flat. de Canuto rege, cui hæc

---

[1]) „Hann yrkir þá lofkvæði um Þorbjörgu kolbrún. Þat (kvæði add. Flat.) kallaði hann Kolbrúnarvisur" Fóstbr. s. c. 11 (p. 37). Flat. II 153. „Þorbjargar ... er Þormóðr orti um" Landn. P. 2. c. 25. cfr. Addit. III p. 351.

[2]) Fóstbr. s. c. 11 (= c. 1 p. 63—5). Flat. II 154—5.

[3]) „Ok er þat fra sagt, at . . . oft kvæde hann visur vm þat er vid bar" Flat. II 200. Cfr. „Sprettr upp af hónum einstaka mansöngsvisur" Fóstbr. s. c. 11 (p. 37). Flat. II 153.

[4]) Fóstbr. s. c. 9.

[5]) Fóstbr. s. c. 11 (= c. 1 p. 64). Flat. II 155.

[6]) ibid. c. 18 (= c. 5 p. 78). Flat. II 203.

stropha subjuncta est, comprobatum est. Neque stropha ipsa quicquam, quod rem decernat, continet.

4—9. Betr lézk beita skutli ...
Örvendi trezk undir ...
Undr's hví ekki kendu ...
Strengði þess á þingi ...
Matkað hefnð en hrafni ...
Skopta ek þás uppi ...[1]

annis 1024—7 a poeta, in Grœnlandia manente, de rebus ibi gestis compositæ sunt.

10—11. Loftungu gaft lengi ...
Flestr of sér hvé fasta ...[2]

cum ex Grœnlandia revertisset, et apud Canutum magnum an. 1027 retineretur, fudit.

12—16. Þér fenguð fé fleira ...
Þollr vák Þorgrím trolla ...
Éls hefk illan díla ...
Hafa þóttumk ek hættinn ...
Sex hefk alls síz óxu ...[3]

compositæ sunt eodem anno, cum ad regem Olavum ipsum revertisset.

17. Sák ei forðum ...[4]

verisimiliter vere an. 1028 in itinere quodam cum Olavo

[1]) Fóstbr. s. c. 9 (p. 86. 90. 90—1. 95). Flat. II 209. 212. 215.

[2]) Flat. II 201. Ól. helg. brev. c. 58; cfr. p. 91.

[3]) Fóstbr. s. c. 10 (p. 106. 107). Flat. II 202. 203. 225. 226. Ól. helg. brev. c. 58. 88.

[4]) Völsaþáttr: Flat. II 335. Nord. Oldskr. XXVII p. 137. „Þat hafði verit einhverju sinni, áðr en Ólafr konungr varð landflótta fyrir Knúti konungi" Flat II 332. Nord. Oldskr. p. 134.

rege Finnoque Arnæ filio, cum omnes Grimi se nominarent, ne cognoscerentur, composita.

18—25. Brennum öll fyr innan ...
Ala þryngr at éli ...
Þér munk eðr unz öðrum ...
A sér at vér vórum ...
Haraldr vas bitr at berjask ...
Ört vas Óláfs hjarta ...
Emkak rjóðr en rauðum ...
Undrask öglis landa ...[1]

omnes ante et inter proelium Stiklastadense an. 1030 compositæ sunt.

Thormodo stropham Haraldi regis severi

Þora munk þann arm verja ...[2]

et Gissuris:

Skalat óglaðan æva...[3],

tertiam Kalii Sæbjörnis filii:

Hvé launa þér þínir (½) ...[4]

in libris sub contextu citatis nullo jure tribui invenimus. Quod editio vitæ Olavi brevior (1849) Thormodo stropham Thorfinni munni:

Geisli stendr til grundar ...

---

[1]) Fóstbr. s c. 10 (p. 108. 109. 110. 111. 112). Flat. II 339. 341. 343-4. 363. 364 366. 365. Hkr. Ól. helg. c. 217. 218. 220. 246. 247. Ól helg (1853) c. 201. 203. 205. 233. 234. Ól. helg. brev c. 89. 91. 96. 97. Fornm s. V 54-5. 58. 61. 91. 91-2. 92. Sn. E. II 92 cfr. 93 sub contextu.

[2]) Ól. helg brev. c. 90.


[3]) ibid. c 91. Vide supra p. 335. cum annot. 1.

[4]) Fornm. s. V 59 sub contextu.

tribuit, id errore editorum factum esse supra p. 522 demonstravimus.

62. Gizurr Gullbrá[rskáld]. Vide supra sub nro. 23.

63. Hofgarða-Refr, Refr skald, Refr Gestsson (cfr. 69. 234. 235). Quæ de ejus vita scimus, perpauca sunt. Pater fuit Gestus filius Björnis, nepos Helgii de Hofgardis (*Helgi hofgarða-goði*); mater illa Steinunna poetria fuit, quæ Thancbrandum, ab Olavo Tryggvii filio in Islandiam, ut incolas doctrinam christianam doceret, missum, cum convenisset, exhortata est, ut ad superstitionem antiquam' transiret, et, cum navis Thancbrandi æstu prehensa scopulis illisa esset, duas strophas, quas adhuc habemus, fudit[1]. Ratio genealogica sec. Libr. Orig. hæc est:



[1]) Vide Fornm. s. II 204—5. Flat. I 425. Bisk. s. I 15—16. Njála (1875) c. 102.

[2]) Hic in nonnullis libris Dalkus filius Refi et pater Steinunnæ inseritur, ut putamus, injuria, nam neque temporis causa necessarium est, et verisimilius esse videtur, Refum poetam nomen avi quam proavi gessisse.

Helgius pontifex Hofgardensis sui temporis vir illustris fuit, ut aliquando in litibus inter Snorrium et Arnkelem pontifices (c. an. 980) judex cum undecim aliis ab ipso creatis eligeretur[1]. Postea c. an. 998 hujus filium Björnem cum filio suo Gesto Hofgardis habitantes nominatos invenimus, unde videas, Helgium interea mortem obiisse[2]. Hos Snorrius pontifex aliquando visisse dicitur, ut consuetudinem inter eos familiarem fuisse constet, quod hic haud parum valet. Quando Refus (*Skald-Refr*, *Refr skalld*, *Hofgarða-Refr*) filius Gesti natus sit, nusquam nobis occurrit. Sed cum Refus carmina de Magno bono (an. 1047 mortuo) et de Einare fluga, qui per medium seculum Haraldo severo regnante floruit, composuerit, certo hinc colligi potest, eum ultra an. 1050 vixisse. Utrum ante an post an. 1000 natus sit, dici nequit. Fuit alumnus Gissuris gullbraæ-poetæ (vide supra sub nro. 23, quo loco cum Gissure nigro minus recte confunditur)[3], qui in pugna Stiklastadensi an. 1030 cecidit. Ante hoc igitur tempus pueritia et adulescentia Refi sine dubio peracta erat, quod temporis causa bene quadrat, sed de ea nihil nobis constat. Uno loco Refus ipse huic proelio interfuisse dicitur[4], sed non dubitandum est, quin prave fiat, cum nulla ceterorum qui majorem vim habeant librorum auctoritate hæc relatio nitatur. Neque putamus Refum ante an. 1030 peregre profectum esse; cui rei non obstat, quod carmen de Olavo sancto composuit; hoc enim parentale fuerit. Atque caveant viri docti, ne relatione quadam codicis Flateyensis[5] decepti credant, Refum aulicum Olavi

---

[1]) Eyrbyggja s. (1864) c. 16.

[2]) ibid. c. 42.

[3]) Vide Hkr. Ól. helg. c. 218. Ól. helg. (1853) c. 203. Fornm. V 56, ubi quædam var. lect. meræ nugæ sunt.

[4]) Flat. II 340.

[5]) Flat. II 226: „Quędi mǫrg þau er skalldin hafa ort ok samansett af lifui ok lagastiornn hins heilaga Olafs konungs. suo

fuisse. Nam verba *sealfs hans hirdmenn* (ipsius aulici) cum prioribus cohærent, neque cum duobus ultimis conjungi possunt. Multo magis credendum esset, Refum consulto unacum Einare Skulii filio nominari ultimos, quia uterque carmen parentale de Olavo Scto composuisset. Cumque videamus, Refum Magnum filium Olavi carmine laudasse, quod ipse peregre profectus ei recitaverit, verisimillimum fit, ut carmen in honorem patris compositum coram filio, quo majorem sibi gratiam pareret, recitaverit[1]. Iterum peregre Refus sine dubio Haraldo severo regnante profectus est c. an. 1050, cum carmen in honorem Einaris flugæ coram ipso certo recitaverit. Sed de his navigationibus aliisque huc pertinentibus rebus nihil nobis constat. Maximam partem ætatis Hofgardis, in patrimonio suo, vixerit necesse est, cum inde cognomen suum traxerit.

Poeta omnium vel lepidissimus fuit, ut nescio quam suavitatem et oblectamentum carmina ejus habeant, quorum numeri inter se optime apti pulcherrime modulati sint, et quorum appellationes poeticæ omnium minime claudicantes per totam sæpe stropham observentur.

Priusquam de carminibus singularibus disputamus, semistrophas servatas Refo tributas, congeriem mixtam efficientes, digerere conabimur. Hæ strophæ, quæ omnes in Edda Snorrii inveniuntur, sunt:

1. Opt kom jarðar leiptra ...

---

sem Ottarr suarti ... Þorfinnr munnr sealfs hans hirdmenn Hofgardarefr ok Æinarr Skulason ok margir adrir birta" etc.

[1]) Dignum est, quod huc transcribatur, quod in vita Haraldi severi (Fornm. s. VI 228. 231) narratur, virum quendam Refum („sá maðr. . er Refr hét" quod nomen satis rarum fuit) a Magno bono moribundo cum Thorere, fratre regis, ad Sveinem Astridæ filium dimissum esse, ut fratrem Sveini educandum traderet. Hoc munus audacter naviterque Refus egisse dicitur, quod in Skald-Refum bene quadraret; sin fuisset, satis esset mirandum, poetam tam celebrem „virum quendam" nominari.

2. Þær eigu vér veigar ...
3. Grjótaldar telk gildi ...
4. Vágþrýsta berr vestan ...
5. Færir björn þars bára ...
6. En sjágnípu sleipnir ...
7. Gekk í golli stokna ...
8. Alls böðgæði bjóða ...
9. Dagr vas fríðr sás fögru ...
10. Kná myrkdreki markar ...
11. En hoddvönuðr hlýddi ...
12. Barðristinn nemr brjósti ...
13. Hrynja fjöll á fyllar ...
14. Sæll es hinn es hranna ...
15. Soðs ok síðra heðna (¼) ...

Ita has reliquias Gudbr. Vigfussonius digerit[1], ut quatuor, 3., 8., 7., 11., ex carmine quodam de Thorsteine, quem putat illum Egilis filium fuisse, statuat, str. 7. et 11. versus intercalares ratus, — str. 1., 2., 9. ex carmine de Gissure gullbraæ-poeta parentali esse affirmet, — str. 4., 5., 6., (his duabus in unam integram confusis) 13, 12., 14. ad unum cyclum de itinere quodam pertinuisse contendat, 15. ænigma prorsus obscurum nominet, 10. ab eo incuria omissa. Hunc ordinem non ex omnibus partibus probare possumus. Certum quidem satis est, semistr. 3., 8., 11. ad carmen de Thorsteine, quisquis fuerit, pertinere, et 1. et 2. ex Gissuris sine dubio esse carmine, nemo negabit. Ita statim duo carmina prodeunt, alterum de Gissure, alterum de Thorsteine. Dehinc ad unum atque idem carmen strophæ de navigatione et maris æstu describendo pertinere videntur, 4., 5, 6., 12., 13., itaque tertium carmen emergit. 14. laudat virum, qui suo contentus quiete vivat, in qua se sæpe carmina pepigisse [*tíð erumk vitnis váða* (= Odinis) *vín* (= poeseos) *gerð*] poeta memorat;

[1]) Corp. poet. bor. II 166 8.

hæc neque ex carmine neque de rege, neque de Einare fluga, viro bellicoso sumpta esse potest. Neque enim in hos appellatio viri *hranna-hádyra-styrir* (altorum undarum animalium [= navium] rector) omnino quadrat. Neque Gissurem designari putamus, cum viri vivi laudem videatur continere. Ita fit, ut verisimillimum sit, hanc semistropham ad carmen de Thorsteine pertinuisse. Difficiliores sunt dijudicatu str. 7., 9., 10. 7 de viro quodam, qui lectulum feminæ ascenderit, agit, neque quicquam videmus, cur, ut vult Vigfussonius, ad carmen de Thorsteine referatur. J. Sigurdsonius de Vagnio, qui Ingibjargam, Thorkelis leiræ filiam, patre occiso, duxit, cogitavit, ut ex scidulis viri doctissimi relictis apparet. Veremur ut omnis de hac semistropha divinatio irrita fiat. 9. diem lætum, quo poetæ clipeus datus sit, laudat, et 10. item de clipeo, (quoad sensum elicere licet, nam perobscura intellectu et sine dubio corrupta in libris est), ita ut ad unum atque idem carmen pertinuerint. Hic nonnulli de carmine de armis poetæ cogitant, sed aut ad carmen de Hareko aut de filio ejus Einare fluga pertinere nos putamus. Mos erat antiquitus pervulgatus amicis clipeos dare vel mittere. Fieri potest, ut Refus ab altero utro clipeum dono acceperit itaque carmen pro munere in laudem datoris composuerit. Si de Hareko agitur, ante an. 1035, quo anno Harekus interfectus est, compositae sunt hæ semistrophæ. Conjici facile potuit, Refum inter an. 1030 et 1035, quo tempore Harekus facile princeps civium suorum fuit, peregre profectum ab Hareko benigne acceptum muneribusque donatum esse. Hinc etiam facillime intellegeretur, gratiam inter Einarem et Refum fuisse, ut eum carmine collaudaverit. 15. sine dubio pars strophæ solitariæ est. — Accuratius his de ænigmatibus dici non potest.

Jam carmina Refi fiunt:

1. Kvæði um Gissur gullbrárskáld, Erfidrápa Gissurar, carmen de Gissure gullbrae-poeta

parentale, sine dubio an. 1030—1 illico morte Gissuris comperta compositum est. Huc certo pertinent:

1. Opt kom jarðar leiptra (½ ...
2. Þær eigu vér veigar (½ ... [1]
3. Einn háði gný gunnar ... [2]

Duas primas semistrophas unam integram esse stropham J. Sigurdsonius putavit[3], quam rem nihilo minus G. Thorlaki f. in dubium vocat[4], quia metro diverso sint, altera metro collatato, altera metro, quod vocant panarmonion (*alhent*)[5]. Hoc vero argumentum nullam habet, si diligentius rem reputaveris, vim. Metrum enim panarmonion nihil est nisi mera metri collatati varietas. Ut enim pro syllabis harmonicis semiplenis (*skothendingar*) in versu 1., 3., 5., 7. plenæ sæpissime occurrunt, ita fieri potuit, ut poetæ ludentes interdum panarmonio uterentur, metri genere neutiquam plane immutato; licentiae poeticae hoc sine dubio fuit; nusquam vero invenimus carmen ullum totum metro panarmonio aut similibus, quibus Snorrius permultis ejusdem generis in clave sua metrica (*Háttatal*) usus est. Hoc etiam semistropha Cloingi episcopi in Snorra-Edda l. c. allata quodammodo probare videtur. Itaque J. Sigurdsonio libentius assentimur, cum has duas semistrophas in unam integram confundat.

2. Kvæði um Hárek ór Þjóttu, carmen de Hareko de Thjotta, nro. 234 significatum, ut putamus ante an. 1035 compositum est. Ut paulo antea exposui-

---

[1]) „Svá kvað Refr" Sn. E. I 232 (= II 302. 518). 240 (= II 304. 519).

[2]) „Svá segir Hofgarða-Refr" Hkr. Ól. helg. c. 239. Ól. helg. (1853) c. 225. Fornm. s. V 80-1. Flat. II 355.

[3]) Vide supra p. 209.

[4]) Udsigt over de norsk-islandske skjalde p. 101.

[5]) Sn. E. I 656.

mus, aut nullus versus hujus carminis relictus est, aut fortasse duæ semistrophæ:

1. Dagr vas fríðr sás fögru ...
2. Kná myrkdreki marka(ðr) ...[1]

quæ fortasse potius ad aliud carmen referri debent, sed cum nihil de iis certe constet, hic apposuimus.

3. Kvæði um Óláf konung helga, carmen de rege Olave Sancto parentale (?), nro. 63 Recensus indicatum est. Loco ex Codice Flateyensi supra citato et allato hoc carmen etiam significatur. An. fere 1040 compositum est. Nihil, quod sciamus, superest.

4. Kvæði um Magnús konung hinn góða, carmen de Magno bono nro. 69 indigitatum, eodem fere tempore compositum est. Nihil superest.

5. Kvæði um Einar flugu, carmen de Einare fluga, c. an. 1050, ut ad conjecturam confugiamus, compositum nro. 235 signatum est. Summis honoribus Einar sub Haraldo severo functus est, cui exactio vectigalium e Finnmarkia redeuntium a rege permissa erat. E vita Sneglu-Hallii maxime innotuit vir suæ ætatis vel nobilissimus, valde superbus, cujus amicitia hospitibus magni fuit pretii. Quod sciamus, nullum versum relictum habemus.

6 Kvæði um Þorstein ? , carmen de Thorsteine quodam, cujus nulla mentio facta est. Neque quando compositum sit scimus, neque certum est, quis hic Thorsteinn fuerit. Alii de Thorsteine Gislii filio, alii de Thorsteine Kuggii filio cogitaverunt, alii ut etiam Vigfussonius, de Thorsteine Egilis filio de Borga. Neuter primorum hic ætatis causa in censum veniunt, et cur Thorsteinem Egilis filium carmine laudaverit Refus, ne minimo quidem argumento, quod sciamus, nititur; itaque est sen-

---

[1]) „Sem Refr kvað" Sn. E. I 424—6 (= II 329. 439—40. 589); 430 (= II 330. 441).

tentia futilis. Nobis autem videtur esse verisimillimum, hoc carmen de Thorsteine filio Snorrii pontificis fuisse, qui non solum tribulis et contemporaneus poetæ fuit, sed etiam amicus, ut patres Snorrium et Gestum amicos fuisse vidimus. Cæterum Thorsteinn quietus et sui contentus vixisse videtur. Carminis reliquiæ sunt:

1. Grjótaldar telk gildi ...
2. Allz böðgæði bjóða ...
3. En hoddvönuðr hlýddi ...[1]

et quemadmodum paulo ante probare conati sumus:

4. Sæll es hinn es branna ...[2]

Prima et altera semistropha ad exordium carminis sine dubio referenda sunt[3].

7. Ferðavísur, strophas itineris vocavimus carmen sive cyclum, cujus, ut putamus, quinque adhuc semistrophæ nobis servatæ sunt:

1. Vágþrýsta berr vestan ...
2. Færir björn þars bára ...
3. En sjágnípu sleipnir ...

quæ duæ ultimæ fieri potest ut integram stropham effecerint; tam apte inter se cohærent.

4. Barðristinn nemr brjósti ...
5. Hrynja fjöll á fyllar ...[4]

Hic de itinere ex partibus occidentalibus agitur, sine

---

[1]) „Sem Refr kvað" Sn. E. I 246 (= II 306. 521). 416 (= II 326. 437. 586). 444 (= 332. 444).

[2]) „Svá sem Refr kvað" Sn. E. I 612 (= II 378).

[3]) Cfr. K. Gislasonium. in Njala II 197. not. (151).

[4]) „Svá (ok enn) kvað Refr (hann)" Sn. E. I 324 (= II 316. 529). 326 (= 494—6; II 316. 450. 529. 599). 326 (= II 316. 529). 498 (= II 451. 600). 502 (= II 452. 535. 601).

dubio de navigatione ex Islandia in Norvegiam, quæ quo tempore fuerit, non possumus conjectura assequi.

8. Kvæði um ..... (?); ex aliquo carmine in laudem viri, quisquis fuit, sine dubio semistropha est:

Gekk í golli stokna ...[1]

9. Lausavísur, strophas solitarias Refi nullas habemus servatas, nisi quadrantem illum:

Soðs ok síðra heðna
sundr fœrir tré Grundi[2],

qui perobscurus habitus est. Sed nulli dubitamus, quin quæ in Edda Lövasina de vocabulo *tré* intellegendo disputantur meræ nugæ inventumque cujusdam grammatici arguti sint. Hic aperte de servo, nomine *Grundi*, agitur, cujus opus eo momento temporis, quo stropha composita est, fuit ligna dimovere; verba *soðs ok síðra heðna* (jusculi et demissorum pellium) sunt pars appellationis hominis infimi sive servi, ejusdem generis, atque *hrókr saurigra flóka* apud Kormakum; sed deest reliqua pars, sive hæc appellatio locum appositionis ad Grundi tenuit sive subjectum fuit sententiæ nobis non traditæ.

Injuria Refo semistropha Gretteris[3]

Heldu hlakkar tjalda ...

in codice Eddæ Arnæ-Magnæano, nro. 748, tribuitur[4].

64. Skapti Þóroddsson (cfr. 164). Skaptius Thoroddi filius, ille nobilis nomophylax *(lögsögumaðr)*, suis temporibus in viris clarissimis habitus est. De eo nullam

---

[1]) „Sem Refr kvað" Sn. E. I 414 (= II 325. 436—7. 585).
[2]) „Sem Refr kvað" Sn. E. II 632.
[3]) Sn. E. I 424. Grettis s. (1853) c. 74.
[4]) „Sœm ræfr qvað" Sn. E. II 439.

conscriptam vitam habemus, sed in compluribus historiis nominatum invenimus, quod facile intellectu est, cum munus ejus ferret, ut multorum negotiis implicari cogeretur[1]. — Filius Thoroddi pontificis et Rannveigæ Gnupi filiæ (sororis Geirnyæ matris Hrafnis poetae, sub nro. 21) fuit. Tabulam genealogicam Vitæ Gunnlaugi ormstungæ (1775) p. 314 et Libro originum (Tab. III) subjunctam vide[2]. Skaptius c. 960—970 haud dubie natus est[3], etsi nusquam diserte dicitur. Mortuus enim est certe eodem anno, quo Olavus rex Sctus cecidit, i. e. an. 1030[4], et minor sexaginta annorum non fuit. An. 1004 nomophylax factus est, cum Grimus Svertingi filius, per biennium hoc munere functus, quia raucitate laboravit, sororis filio ut deferretur, effecisset. Hoc munus sex et viginti annos, usque ad mortem, gessit, unde perspicuum est, quanta ei auctoritas in legibus cognoscendis et de jure respondendo fuerit, ut etiam cognomen *lögsögumaðr* vel

---

[1]) Vide: Íslendingabók c. 8 (= Landn. p. 375). Landnámabók P. 4 c. 5 (not.); 13; P. 5 c. 8. 11. 13. p. 337. 354. Njála (1875) c. 56. 97. 119. 139. 140. 142. 145. Flóamanna s. (Fornsögur 1860) p. 155—6. 159 (= 183). 160—1 (= 184). Grettla (1853) c. 6. 32. 46. 51. 54. 78. Eigla (1854) c. 80. Gunnlaugs saga (Íslendinga sögur II) c. 5. 9. 11. Ölkofraþáttr (herausgeg. von H. Gering, Halle 1880) totus. Bárðar saga c. 7. Valla-Ljóts saga (Íslenzkar fornsögur II) c. 4. 6. Heimskringla Ól. helg. c. 57. 58. 86. 135. 148 (= Ól. helg. (1853) c. 45. 46. 70. 115. 128. Flat. II 49. 50—1. 90. 241. 263. Fornm. s. IV 109. 115. 176. 283—4. 316). Cfr. Safn til sögu Íslands II 16—17. K. Maurer: Graagaas p. 40.

[2]) Posteriore loco genus Thoræ uxoris Skaptii perperam exponitur, nam filia Steinis, filii Thoræ, filiæ Thorsteinis holmunni, filii Sumarlidii, filii Lodmundi grandævi fuit. Landn. P. 4 c. 13. cfr. c. 5. not. p. 251.

[3]) cfr. Vigfussonium in Safn I 423.

[4]) Íslendingabók c. 8; cfr. Landn. p. 337. Grettis s c. 78. Eigla c. 80.

lög-Skapti[1] præcipue acceperit. Quanta gravitate et sapientia fuerit, multis ex rebus, quas hic referre omnes non attinet, videmus. Satis sit, Olavum regem Haraldi filium ei potissimum regulum violentum ferocemque Hrærekum, quem apud se, quoad viveret, custodiret, misisse[2]. Ut paucis dicamus, sui temporis vir fuit maxima auctoritate summis honoribus præditus, qui leges institutaque patriæ multifariam corrigeret et emendaret[3], et ab omnibus, ut ita dicamus, de jure consuleretur.

Hakone dynasta de Hladis adhuc vivo, ante an. 995 certo in Norvegiam Skaptius trajecit, cum carmen de dynasta compositum ei haud dubie recitavit, etiamsi re vera nihil de hac ipsa re invenimus. In vita autem Njalis peregrinatio ejus quædam commemoratur a Skarphedine, qui, cum auxilium unacum pluribus aliis a Skaptio frustra petisset, acerbissimis verbis consectatus, mollitiem nimiam ei objecit[4]. Hoc iter idem, atque quod ante an. 995 fecit, esse potest, nec usquam de pluribus itineribus agi legimus.

Quod ad indolem Skaptii attinet, fuit, quod ex locis compluribus supra allatis elucet, prudens et astutus et cautus, qui consilia dissimulare calleret, nec minus strenuus et agilis, qui plurima inceptorum perficere polleret. At satis imbellis neque manu fortis fuit, quod ex vita Njalis[5]

---

[1]) Landn. P 5. c. 11.

[2]) Hkr. Ól. helg. c. 86. Ól. helg. (1853) c. 70. Flat. II 90. Fornm. s. IV 176.

[3]) Vide præcipue Íslendingabók c. 8. Njála (1875) c. 97.

[4]) Njála (1875) c. 119; cfr. c. 139, ubi ipse Skaptius se purgans ita loquitur: „et dixit Skarphedin Thorolfum Lopti filium me in saccis farinariis (*mjölkýlum*) exportatum navi imposuisse et sic in Islandiam transvexisse" (cfr. Njalssagam lat. redditam p. 497).

[5]) Njála (1875) c. 145. Pugna in foro publico, cum de incendio Njalis judicium ageretur, orta, minus caute se gessit, et pugnam dirimere conanti sura utraque telo transfixa est; pronus

constat, auctoritate tamen ejus ne hilum quidem ea re infracta.

Qualis fuerit poeta dicere non possumus, cum una modo semistropha nobis relicta sit.

Carmina, quæ Skaptio tribuuntur, sunt:

1. Kvæði um Hákon jarl hinn ríka, carmen de Hakone dynasta, ante an. 995 sine dubie compositum est. Hoc carmen, nro. Recensus 164 significatum, in deperditis habendum est.

2. Drápa um Óláf hinn helgá, carmen de Olavo sancto intercalare, Recensus nro. 64 significatum, haud dubie idem est, quod Steinn filius Skaptii a patre, unacum pluribus aliis principum Islandorum, a rege ut ad se venirent excitatorum, filiis, an. 1024 missus, patris mandatu regi recitaturus erat [1]. Cum Steinn, vir animo ferox libertatis amantissimus, a rege invitus retineretur, a verbis in regem acerbioribus se non continuit, quæ cum audisset rex, ira incensus carmen patris, quod Steinn erat recitaturus, audire noluit, et, cum Steinn mox aufugeret, nunquam audiit [2]. Hoc carmen, an. 1024 compositum, deperditum est.

3. Mansöngsdrápa, carmen amatorium intercalare de uxore Ormi cujusdam, Skaptii consanguinei, in histo-

---

in tabernam samiatoris cujusdam tractus est, quam rem Karius Solmundi f. et Snorrius pontifex versibus ridicule tractarunt.

[1]) „Skapti faðir hans hafði ort drápu um Óláf konung ok hafði kent Steini; var svá ætlat, at hann skyldi færa kvæðit konungi . . . þat var einn dag, er Steinn Skaptason var fyrir konungi ok spurði konung máls, ef hann vildi hlýða drápu þeiri, er Skapti faðir hans hafði ort um konung. Hann svarar: „Hitt mun fyrst til Steinn, at þú kveðir þat, er þú hefir ort um mik" etc. Hkr. Ól. helg. c. 148. Ól. helg. (1853) c. 128. Flat. II 263. Fornm. s. IV 316.

[2]) Vide supra p. 210.

riola de Ölkofrio a Broddio inter jurgia commemoratur[1]. Habetur hæc quidem historia in semificticiis, sed cum tam diserta carminis mentio fiat, dubitare non possumus, quin scriptor tale carmen a Skaptio re vera compositum cognoverit. Deperditum omnino est.

4. Carmen quoddam sacrum, quod J. Sigurdsonius in scidulis relictis Kristsdrápa, G. Vigfussonius Kristdrápa, carmen de Christo intercalare, nominaverunt. Ex hoc carmine semistropha, quam ex omnibus carminibus Skaptii unam adhuc servatam habemus, integram dabimus:

> Máttr es munka dróttins
> mestr. Aflar guð flestu.
> Kristr skóp ríkr, ok reisti
> Rúms hall, veröld alla[3].

Ex historia Floamannorum[4] cognoscimus, Skaptium, cum uxor ejus Thora crus fregisset, ædem sacram vovisse, quam cum ædem ædificandam curasset, nobis verisimillimum videtur, ut tale carmen in gloriam redemptoris composuerit.

Quod eum B etiam poetam Magni boni facit, id aperte falso, ut in adnotatione Sigurdsonius monet, fit.

65. **Þórðr Sjáreksson** (cfr. 177). Thordum Sjareki filium ante et post an. 1000 vixisse constat. De genere ejus vitaque perpauca nobis comperta sunt.

---

[1]) Broddi svarar: „Þurfa muntu þess Skapti, at taka meira á öðrum sakferlum, ef skríða (skerða *al.*) skal í þat skarð, er Ormr frændi þinn reytti af þér fyrir mansöngsdrápu, er þú ortir um konu hans; var þat illa gört, enda var þat illa goldit". Ölkofra þáttr (1880) p. 19.

[2]) Corp. poet. bor. II 115.

[3]) Sn. E. I 446—8. II 333. 445. Antiqu. Americ. p. 19 annot.

[4]) Flóamanna s. (Fornsögur 1860) p. 160—1 (= 184).

Nomen ejus legitur semper *þórðr*, uno excepto loco, ubi *þóroddr* prave (pro *þóreðr*) legitur[1]. Patris nomen *Sjárekr* vel, quod idem et vetustius est, *Særekr*[2] esse constat, cum in nonnullis libris *Sjarrakr*[3], *Svartr*[4], *Hárekr*[5], quod suam hic habet vim, vocetur, quæ omnia mera sunt librariorum vitia. Cognomen „*svartaskald*" (poetae nigri) uno loco[6] ei tribuitur, sed neque hoc, ut putamus, recte, nam *svartaskald*, quod in libris melioribus non invenitur, errore vel incuria librarii sine dubio est ortum, qui ex altero errore *Suartz* (pro *Siarecs*) s. *skalld*, quod utrumque in unum vocabulum conflavit, ita cognomen *svartaskald* (cum *svartskald* nemo diceret) finxit. Quis vero fuerit pater, nemo est, qui adhuc perspexerit. In parte Islandiæ meridionali ortus est, nam in Scriptis historicis Islandorum fabella fere talis literis mandatur[7]: „Vir quidam, nomine Thordus Sjarcki f., genere Islandus, Olavo Sto regnante ex Islandia peregre profectus, Hierosolyma petiturus, cum in Syriam unacum pluribus iter sacrum facientibus ad oppidum quoddam venisset, casu virum magna statura in muri propugnaculo stantem conspexit. Hic vir danice cum interrogasset, ecqui Nortmanni inter eos essent, Thordus se Islandum esse respondit. Tum ille se ubi ista terra esset scire dixit, quo modo Hjaltius Skeggii rem gereret rogans. Thordus se affinem Hjaltii esse dixit", et quæ sequuntur. Huic narratiunculæ additur, Thordum virum insignem, ingeniosum,

---

[1]) Fornm. s. IV 362. annot. 12.

[2]) Fagrsk. c. 100.

[3]) Cod. Reg. Sn. E. I 441, hic enim ita, non *snarr-* (ut editio vult) legitur.

[4]) „Þordr skalld Suartzson" Flat. II 281. Fornm. s. IV 362. annot. 12.

[5]) Ól. helg. brev. c. 66. Hic error ita ortus est, ut librarii *ſr* ut *h*, quod facillimum factu fuit, legerent.

[6]) Fornm. s. IV 362.

[7]) Fornm. s. III 37—8.

poetam lepidum fuisse. Hic verbis disertis affinis Hjaltii Skeggii, viri in parte Islandiæ meridionali vel clarissimi celeberrimique, qui in primis baptizatus, ut sacra christiana susciperent, cives exhortatus est, fuisse dicitur. Hinc jure concludendum est, Thordum haud ignobili loco natum esse, et videmur nobis genus ejus invenisse. In libro enim Originum[1] alter filius Sighvati rufi, viri ex Halogia orti nobilissimi, „Barekus", qui genuerit Thordum, patrem Steinii, nominatur. Primo nomen ipsum *Bárekr* perrarum est, deinde pro eo in fragmento, quod solum superest membranaceum itaque vetustissimum, *Hárekr* invenimus scriptum. Pro certo igitur habemus, *Barekr* codicum chartaceorum ex illo a librariis corruptum esse; h enim sæpe a b in codicibus dinosci vix potest, et huic errori eo libentius indulsit mens librariorum, quod paulo antea nomen ipsum *Bárekr*[2] scripserant, idque in memoria tenentes hic etiam recte scribi putabant. Jam vidimus, in libro satis antiquo, vita Olavi brev., nomen patris *Hárekr* pro *Sjárekr* falso scriptum esse (pag. 553), quod nemo negabit. Non igitur nimia audacia erit, etiam in hoc fragmento membranaceo libri Originum *Hárekr* falso pro *Sjárekr* scriptum esse putari, et cum hic „Harekus, Barekus, Barkus" filium Thordum habuerit, nihil obstat, quominus, nobis quidem judicibus, hæc omnia pro vero *Sjárekr* scripta esse putemus[3]. Ita Thordus poeta Sjareci filius nepos Sighvati rufi fuerit. Neque tempus obstat, et regio, ubi ortus est, optime in rem quadrat. — Quomodo vero affinis Hjaltii Skeggii filii fuerit, ignoramus, idque nulla conjectura assequi

---

[1]) Landn. P. 5. c. 3. „Annarr son Sighvats var Bárekr (varr: Barkr Hárekr), faðir þórðar, föður Steina"; cfr. fragm. mbr. III, p. 343, ubi *Hárekr* legitur.

[2]) Landn. P. 5. c. 2.

[3]) Hæc etiam magis confirmat quod in A. M. nro. 738, formæ quartæ, noster Thordus „Brarekzson" vel „Brárekzson", vocatur.

potuimus, cum vocabulum *mágr* multifariam explicari possit[1]. De vita Thordi nihil scimus, præterquam quod de ejus peregrinatione jam relatum est, quæ, Olavo Sto regnante, an. 1012—1015 videtur facta est. Post an. 1030 mortuus est. Poeta satis elegans, quantum ex paucis strophis ejus servatis judicare licet, qui appellationes satis implicatas et artem quandam poeticam magis contortam amaret, fuisse videtur.

Carmina, quæ ei tribuuntur, sunt:

1. Kvæði um Eirík jarl Hákonarson, carmen de Eriko dynasta Hakonida, ante an. 1012 vel eo ipso anno, cum Erikus in Angliam trajecit, compositum est, nisi, quod non verisimile videtur, parentale fuerit. Hoc carmen, nro. Recensus 177 significatum, nomine in B omisso, inter deperdita habendum est.

2. Erfidrápa Óláfs konungs hins helga, carmen parentale in honorem Olavi Scti, quod Róðadrápa[2] aut Roðudrápa[3] vocatur, sed Róðudrápa, carmen crucis[4], unice verum est. Hujus carminis, nro. 65 indicati, post proelium Stiklastadense compositi, una tantum stropha nobis servata est:

Atti Egða dróttinn . . .,[5]

---

[1]) Filius Thordi Steinius sine dubio idem est atque Steinius albus, pater Thordi, qui genuit Steinium, qui genuit Steinium, qui genuit Hallam, matrem Thorlaci episcopi. Landn. pag. 361.

[2]) „Su er kavlloð Roþadrapa" Ól. helg. (1853) c. 140. „Su er kollut Hrodadrapa" (quod idem est) Flat. II 281. Fornm. s. III 38.

[3]) „Ok er kölluð Roðudrápa" Fornm. s. IV 362.

[4]) a *róða* (angl. *rood*), crux, nomen derivandum est. *Róða*-librarii scripserunt, putantes a *Róði* (archipirata) ductum esse.

[5]) „Svá kvað þórðr Sjáreksson í erfidrápu Óláfs konungs" Hkr. Ól. helg. c. 160. „Þórðr Særekssunr orti erfidrápu um Ólaf konung, ok gat enn þessar orrostu" Fagrsk. c. 100. „Þorðr scalld Siarecs son orti erfidrapv vm Olaf konung

qua de pugna Helgaensi an. 1027 inter Olavum et Canutum magnum facta agitur.

3. Flokkr um Klœing Brúsason, carmen de Cloingo Brusii filio non intercalatum, post an. 1014 factum, cum semistropha

Brunnu allvalds inni ...[1]

quam unam adhuc habemus, de incendio Nidarosiæ a Sveine Hakonida an. 1014 edito agat. Nomen viri laudati rectissime Klœingr Brúsason scribendum esse videtur. Certe vir, genere nobilis, sive Norvegus, sive, quod minus probaverimus, Islandus, fuit. Cæterum de eo nihil constat, nisi quod apud Sveinem Hakonidam fuisse dicitur (vide annot. 5) an. 1014—15.

4. Drápa um Þórálf Skolmsson, carmen de Thoralfo Skolmi filio intercalatum. Thorolfus filius Thorbjörnis Skolmi de Myrkaa fuit, de quo in historiola Ormi Storolfi filii[2], ejus consanguinei, disseritur. Undeviginti annos natus pugnæ Stordensi an. 961, Hakonis boni fortissimus satelles, interfuit. Thorolfus igitur haud longe post an. 1000 vixit, ut non credere non possimus,

---

enn helga. su er kavlloð Roþadrapa. oc er þar getið þessa fvndar" Ól. helg. (1853) c. 140. „Þorðr Hareksson orte ærvidrapo um Olaf konong. gat hann oo þessarar orrostu" Ól. helg. brev. c. 66 posteriorem partem solam citans. „Þordr skald Snartzson orti erfuidrapu um Ol." etc. Flat. II 281. „Þórðr svartaskáld orti" etc. Fornm. s. IV 362—3.

[1]) „Svá sem segir Þórðr Sjárekssunr" Fagrsk. c. 92. „Frá þessu er sagt ... í flokki þeim, er ortr er um Klæng Brúsason" Hkr. Ól. helg. c. 42. „í flocki þeim, er ortr er um Kløng Bruna son (!) var hann þa með Sveini jarli" Ól. helg. (1853) c. 38. „j flocke þeim er orti (!) Klængr Brusason etc." Flat. II 41. cfr. Fornm. s. IV 94, ubi Cloingus in varr. Bjarnason nominatur. Sn. E. I 508. II 355. 454. 537. 602.

[2]) Orms þáttr Stórólfssonar Fornm. s. III 204—28. Flat. I 521—33.

hoc carmen parentale in honorem viri suo tempore inclutissimi, qui fortasse cognatus poetæ fuit, fuisse. Ex hoc carmine adhuc tres strophas cum semistropha habemus:

1. Þars böðharðir börðusk ...[1]
2. Afreks veit, þats jöfri (½ ...[2]
3. Varði varga myrðir ...
4. Þrot vas sýnt þars settusk ...[3]

Str. 1—2 Thoralfum ob egregiam fortitudinem et animositatem laudant, qui in pugna juxta ipsum regem Nortmannorum pugnare ausus sit. Str. 3—4. de fine pugnæ et hostium strage fugaque agunt. Quot strophas habuerit carmen nulli possumus divinare.

Præter strophas jam allatas paucas adhuc habemus, quæ certo ex carminibus laudatoriis sunt, sed ex quibus, omnino ignoramus. Hæ sunt:

1. Sveggja lét fyr Siggju ...[4]
2. Hlakkar stofns at hefna ...[5]
3. Svát ór fitjar fjötri ...

---

[1]) „Þess getr Þórðr Sjáreksson i drápu þeiri, er hann orti um Þórálf" Hkr. Hák. g. c. 30. Flat. I 60. Fornm. s. I 43—4. Fagrsk. c. 33.

[2]) Hanc semistropham, quæ in cæteris libris posteriorem partem str. 4 efficit, Fagrskinna, quæ omnes has strophas uno loco collectas præbet, per se ultimam scribit, strophæ tertiæ posteriorem partem dans, quæ in cæteris libris abest. Fagrskinnam in hac re potissimum secuti sumus, quia multo concinnius sic se res habet, ita tamen, ut post str. 1 semistr. ponatur, quia si argumentum respexeris, optime cum ea conjungitur.

[3]) „Svá (sem Fagrsk.) segir Þórðr Sjáreksson" Hkr. Hák. g. c. 31. Flat. I 61. Fornm. s. I 45—6. Fagrsk. c. 33. Omnes strophæ Thordi in Corp. poet. bor. II 164—6 inveniuntur.

[4]) „Svá kvað Þórðr Sjárekssou" Sn. E. I 440—2. II 331. 443, ubi prave 748: „sva qvað Hallvarðr".

[5]) „Sva qvað Þorðr. s. son" Sn. E. II 497.

Str. 1. de navigatione cujusdam, litora Norvegiæ meridiem versus perlegentis, agit, quare nonnulli eam ad semistropham ex carmine Cloingiano applicandam esse putarunt, utpote quæ iter Sveinis post incendium Nidarosiæ describeret[1]. Alii, ut Vigfussonius[2], ad Rodudrapam referunt, sed nihil est omnino, quod satis dilucide rem discernat. Str. 2. sine dubio Thordo Sjareki filio rectissime tribuitur, nullus enim alius Thordus, qui hic in censum venire possit, cognitus est. Sed ad quod carmen pertineat aut de quo sit, verbis etiam male inter se cohærentibus, nescimus. Str. 3. tam corrupta est, ut vix intellegatur, et fieri potest, ut adulterina sit, cum in Edda Lövasina sola inveniatur.

5. Lausavísa, stropha solitaria, quantum sciamus, una nobis relicta est, quam integram hic dabimus:

Varð sjalf suna .
nama snotr una ..
kjalarr af tamði ...
kváðut hamði ....
. goðrún bani.
.. goðbrúðr vani.
... heldr vel mara.
.... hjörleik spara.[3]

Hæc stropha metro, quod homoeotelcuton vocant, ad idem exemplum composita est, quod Snorrius Clavis metricae str. 80[4] expressit; artificiosior est, cum versus bini, 1. cum 5., 2. cum 6., 3. cum 7., 4 cum 8. artissime cohærentes, plenam sententiam efficiant. Ejusdem generis exemplum altero loco etiam invenitur[5], quod ad Antitheta

[1]) Vide Udsigt etc. p. 80. cfr. Hkr. Ól. helg. c. 44.
[2]) Corp. poet. bor. II 165.
[3]) „Svá segir þórðr Sjáreksson" Sn. E. I 260—2.
[4]) Sn. E. I 696—8.
[5]) Sn. E. II 224.

refertur. Argumentum strophæ varii est generis, cum prima sententia de Gudruna, illa filiorum interfectrice[1], secunda de semidea Skadea, mariti minus amante[2], tertia de Kjalare (= Odine), equorum strenuo domitore[3], quarta de Hamdere, impigro bellatore[4] agat, unde clucet, stropham solitariam poetæ cum quoad metrum tum quoad argumentum ludentis esse,

66. Sighvatr skald, vide supra sub nro. 24.

67. Arnórr jarlaskald Þórðarson (cfr. 76. 84. 204). Arnor filius Thordi Kolbeinis filii poetæ (59) et Oddnyæ insulæ-facis fuit. Quæ de ejus vita perpauca nobis innotuerunt, hæc sunt. Natus est ex ratione Vigfussoniana[5] c. an. 1011. Apud parentes educatus est, sed de ejus pueritia et prima juventute nihil constat, nisi quod in vita Björnis narratur, eum aliquando, cum Thordus strophas radii diurni (de uxore Björnis), Björn in vicem strophas insulæ-facis (de Oddnya) recitasset (pag.) a patre, quomodo hoc acroama probarct, interrogatum respondisse, sibi pessime id placere vixque tolerandam rem esse[6]. Hoc an. 1020 factum est, cum Arnor vix decem annorum fuit. Narratiuncula igitur scriptoris merum inventum est. Neque verius se habet, quod vita Gretteris memorat, Thordum, cum Gretter in monte Fagraskogiano an. 1024 lateret, Arnorem cum aliis tribulibus, Gretteri insidiaturis, misisse, Arnorem vero, Grettere in pugna adversarios valde premente, vitam periclitari noluisse et effugisse, ut a patre et ab aliis valde reprehenderetur.

[1]) cfr. Sn. E. I 366. Atlamál 77—79 (Ed. Bugg.).
[2]) cfr. Sn. E. I 92—4.
[3]) cfr. Grímnismál 49 (Ed. Bugg.).
[4]) cfr. Sn. E. I 370.
[5]) Safn I 479.
[6]) Bjarnars. p. 46.

„Putant eum fortem non fuisse" addit scriptor[1]. Puerum vero annorum fere quatuordecim adversus fortissimum athletam nemo miserit. Si quid igitur veri fabellae subest, aliquanto tempore postea talis res evenit. Hinc vero elucet, Arnorem satis imbellem habitum esse et fuisse. Sæpius certo peregrinatus est. Ante an. 1035, quo Canutus magnus obiit, verisimiliter primum peregre profectus est, cum Canuto carmen, de eo factum, recitaverit necesse sit; in hoc itinere dynastas Orcadenses Thorfinnum et Rögnvaldum visit, eorumque amicus factus est, unde etiam cognomen dynastarum poetæ traxit, et se pugnæ Vazfjordianae an. 1036 factæ interfuisse ipse narrat[2]. In primis strophis Hrynhendæ suæ de Magno bono memorat, se mare mercaturæ causa secuisse; hinc jure statuendum videtur, Arnorem, virum modestum et minime bellicosum, itinera mercatoria ex Islandia in alias terras, imprimis occidentales (in Scotiam, Angliam, Hiberniam, insulas adjacentes) post an. 1030 incohasse. Annis proximis post an. 1040 poetam apud Thorfinnum dynastam opulentum, quocum gratiam summam inierat, manentem invenimus. Cum hic cum altero dynasta Rögnvaldo, cujus amicus Arnor etiam factus erat, proelium navale ad Raudubjörg c. an. 1044 commisisset, Arnor contra amicum pugnare noluit, quare a Thorfinno in terram escendere jussus libenter hoc fecit[3]. His annis sine dubio uxorem duxit propinquam dynastarum, quod ex stropha quadam judicare licet[4]. Paulo post in Norvegiam trajecit (an. 1046), ubi regem utrumque carminibus collaudavit[5]. Mox haud dubie in Islandiam revertit, quam-

[1]) Grettis s. (1853) c. 60.

[2]) Þorfinnsdrápa str. 12.

[3]) Flat. II 415. Orkneyinga s. (1780) p. 64—66. Hæc res timorem nullum indicat, ut nonnulli putant.

[4]) Rögnvaldsdrápa str. 3, cfr. Þorfinnsdrápa str. 2.

[5]) Mork. 31 sequ. Flat. III 321. Fornm. s VI 195.

quam nihil de hac re narratur, et domicilium (in patris prædio?) collocavit. G. Vigfussonius putat, eum vitam in Orcadibus degisse[1], quod nobis omni fundamento carere videtur, et, si ibi reliquam partem vitæ fuit, nulli videmus, quomodo fieri potuerit, ut tot strophæ ejus conservatæ sint, quod multo facilius fieri potuit, si in Islandia vixit. Ultimam peregrinationem Olavo quieto in Norvegia regnante (1067—1093), quem carmine celebravit, fecisse videtur. Post an. 1073 demum mortuus est, nam de Gellere, viro occidentalis Islandiæ partis vel summo, qui hoc ipso anno iter sacrum faciens in Dania obiit, fere sexaginta duo annos natus carmen parentale composuit. Hæc de vita Arnoris. Poeta fuit omnium dexterrimus, qui elegantissimos versus nonnihil interdum ampullantes faceret, rectum tenorem totius carminis optime tenens. Plurima ejus carmina celebrata ferebantur olim, quorum minima pars nobis servata est. Fuit vir animo sincero, fideli, religioso, ut qui maxime, cujus indolis plurima testimonia carmina præbent. — Metrum quo usus est, maxima ex parte collatatum fuit; altero dimetro in duobus certe, quod sciamus, usus est.

Carmina ejus sunt:

1. Kvæði um Knút konung ríka, carmen de Canuto magno, ante an. 1035, quod maxime placet, compositum est. Hoc carmen, quod ex Recensus nro. 294 Arnorem fecisse novimus, omnino deperditum est.

2. Rögnvaldsdrápa, carmen intercalatum de Rögnvaldo Brusii filio, dynasta Orcadensi, parentale. De Rögnvaldo Heimskringla et Orcadensium historia disserunt[2]. An. 1035 Rögnvaldus, cum Magno bono in Russia quinquennium moratus, in insulas Orcades, ut paterno imperio potiretur, trajecit. Cum Thorfinno primum ami-

[1]) Corp. poet. bor. II 184.

[2]) Hkr. Ól. helg. c. 102. 105. 108. 190. Flat. II 409 sequu.

citia conjunctus paulo post simultatibus obortis inimicitias gessit, donec Rögnvaldus an. 1046 in pugna succubuit. Haud dubie Arnor antea apud eum manserat et carmine uno vel pluribus, quæ interierunt, celebrarat. Post obitum ejus carmen parentale in honorem ejus composuit, ex quo pauca adhuc extant:

1. Deildisk af svát aldri ($\frac{1}{2}$ ...[1]
2. Réð heita konr hleyti ($\frac{1}{2}$ ...[2]
3. Saðr stillir hjalp snjöllum ($\frac{1}{4}$ ...[3]

Str. 1. memorat Rögnvaldum decem pugnas in Russia fecisse, in 2. commemorat, Rögnvaldum necessitudinem secum conjunxisse, in str. 3. optat poeta, ut deus æternam salutem dynastæ det. Quale fuerit, et quot strophas habuerit carmen nescimus. Fortasse plures strophæ Arnoris ad hoc carmen referri debent, sed in tali re nihil est, quo nitamur.

Cum Arnor ad reges Norvegiæ, Magnum bonum et Haraldum severum, an. 1046 venisset, singulos carmine collaudavit, qua de re narratur, poetam, cum navim picaret, a regibus arcessitum, eos illotum adiisse. Cum, rogatus ab Haraldo, utrius carmen prius recitaretur, „junioris, nam adulescentiam in violentiam fere proniorem esse", respondisset, carmen Magni coepit recitare. In prooemio de dynastis Orcadensibus suisque itineribus occidentalibus multa verba fecisse dicitur, quod Haraldus impatiens carpsit. Hoc carmen, quod

---

1) „þess getr Arnórr jarlaskald, at Rögnvaldr Brúsason var lengi landvarnarmaðr í Garðaríki ok átti þar orrostur margar" Ól. helg. 1853 c. 232. Flat. II 409. Fornm. s. V 89. Orkn. p. 46.

2) „Enn kvað svá Arnórr í Rögnvaldsdrápu" Sn. E. I 462. II 338.

3) „Ok enn sem kvað Arnórr" Sn. E. I 320. II 314. 527. — Vide Corp. poet. bor. II 193—4. — De carminibus Arnoris in universum vide „Om helrim" K. Gislasonii.

3. Hrynhenda vel minus sæpe Magnússdrápa vocatur, dimetro, unde nomen accepit, compositum est. Quæ hujus excellentis carminis adhuc extant[1] in ordinem rectissime tali modo redigenda sunt:

1. Kljúfa létk í kaupför dúfu (½ ...[2]
2. Seinkun verðr þás blæbarðs hanka (½ ...[3]
3. Magnús hlýð til máttigs óðar ...[4]
4. Herskip vannt af harða stinnum ...[5]
5. Rauðar báruð randir síðan ...
6. Austan komt með allra hæstum ...[6]
7. Ungan frák þik eyðir þrengva (½ ...[7]
8. Eignask namt þú óðal þegna (½ ...[8]
9. Síðan vas þat suðr með láði ...

---

[1]) Corp. poet. bor. II 186—8. Wisén: Carm. Norr. p. 44—6.

[2]) „Sem Arnórr kvað" Sn. E. II 136. 416.

[3]) „Sem Arnórr kvað í Magnússdrápu" Sn. E. II 125—6. 413. „Hér segir hann frá hrakförum sínum" ibid. 126. cfr.: „Nu hefr scaldit upp qveþit . . . . oc yrkir (noekr erindi, add. Flat.) vm ferþir sinar" Mork. 31. Flat. III 322. Fornm. VI 195—6.

[4]) „Þa qveþr scaldit þetta" Mork. p. 31. Flat. III 322. Fornm. VI 196. Sn. E. (½) II 116. 218. 410.

[5]) „Þess getr í Hrúnhendu, at Magnús Ólafsson hélt herskipum sínum austan ór Garðaríki . . . . Þar segir svá" Fornm. VI 23.

[6]) „Svá segir Arnórr jarlaskáld". „Svá segir Arnórr í Hermandinni (sic perperam Ól. h. 1853 pro Hrynhendunni)" Hkr. Magn. góð. c. 2. Ól. helg. 1853 c. 252. Frissb. p. 169. Fornm. V 119. VI 23. 24. Sn. E. II 498 (½). Sn. E. (Ed. Eg.) p. 215.

[7]) Ól. helg. (1853) c. 252. Fornm. V 119. VI 24, qui hanc semistr. posteriorem partem str. 6. volunt, sed Hkr., quæ hanc partem longe aliter scribit, monstrante, minus recte.

[8]) „Svá segir Arnórr í Hrúnhendu" Fornm. VI 26. „Og enn kuad han (o: Skule (!) pravissime)" Flat. III 264. Hanc semistr. cum antecedente Wisénius, summo, ut videtur, jure in unam conflat.

10. Ljótu varp á lypting útan ...[1]
11. Heyra skalt hvé herskjöld báruð ...
12. Skjöldungr fórt of óþjóð eldi ...[2]
13. Skjöldungr léz við skíra valdi ...
14. Keppinn vannt þaz æ mun uppi ...
15. Hefnir fenguð yrkisefni ...[3]
16. Ótti kunnið elgjum hætta ...
17. Eigi létuð jöfra bági ...
18. Mönnum lízk es mildingr rennir ...[4]
19. Skjöldungr mun þér annarr aldri (½ ...[5]

Str. 1—2. de itineribus poetæ ipsius agunt, itaque ex prima parte carminis; vide supra p. 562. Str. 3. est apostrophe ad ipsum regem. 4—8. de itinere Magni regis ex Russia in Norvegiam (an. 1035) et de ejus victoriis agunt. 9—15. de militia Magni et aliis rebus in Dania an. 1042—5 gestis, agunt. Str. 16—19. ubi in carmine fuerint, sane incertum est, sed in extrema parte, Vigfussonium maxime secuti, posuimus; laudem regis in universum continent. Hoc carmen magnificum, non sine quodam verborum tumore, cum poeta recitaret, summam Haraldi regis zelotypiam excitavit invidiamque, qui hoc et

[1]) „Þess getr Arnórr jarlaskald" Hkr. Magn. góð. c. 20. Frísb. p. 179 (qui post. partem solam præbent) Flat. III 271. Fornm. VI 47—8.

[2]) „Þess getr (Svá segir *al.*) Arnórr jarlaskáld" Hkr. Magn. góð. c. 25. Frís. p. 181. Sn. E. II 546.

[3]) „Svá segir í Hrýnhendu". „Svá segir Arnórr í Magnússdrápu" „Enn segir Arnórr". „En þó segir Arnórr jarlaskald í Magnúsardrápu" Hkr. Magn. góð c. 36. Frís. 191 (str. 15). Flat. III 281. 284. Fornm. VI 67—8. 85. 91. XI 209—10.

[4]) „Ok enn kvað hann, þar til er þessi vísa kom upp" „Ok enn kvað hann um sigling Magnúsar konungs" „Arnórr kvað enn" Mork. 31—2. Flat. III 322. Fornm. VI 196—7.

[5]) „Sem Arnórr kvað" Sn. E. I 526. II 344. 542. 608.

suo recitatis diceret, inter istius et suum id interesse, quod suum mox in oblivionem casurum, istud usque dum terræ septentrionales habitarentur vivax duraturum esset. Pro carmine statim a Magno anulum aureum, postea navim mercatoriam mercibus completam accepit. Dispositio carminis non satis certa est. Quot strophæ fuerint, divinare non possumus, neque ex quot partibus constiterit. Prima pars aperte a str. 4., altera a str. 9., tertia a str. 11., et fortasse quarta a str. 15. incipit. Ita fiunt strophæ haud triginta pauciores. Summa arte compositum est carmen et quoad metrum et quoad argumentum. Summam laudem Magno tribuit, ita tamen ut de Haraldi laude ne minimum quidem detrectaret dicens, ut uno exemplo utamur: „nunquam alius princeps te præstantior sub sole nascetur" (non natus est, in quo Haraldus valde offensurus erat).

4. Blágagladrápa, carmen cæruleorum anserculorum (ɔ: corvorum) intercalare in honorem Haraldi regis severi, ita nominatum fortasse est, quia verbo *blágagl*, quæ appellatio corvi semiplena est, semel aut sæpius in carmine usus sit, ut hoc nomen ludibrii causa carmini datum sit. Sæpius invenimus poetam eodem vocabulo vel eadem appellatione usum esse. Carmen eodem tempore quo Hrynhenda compositum est et recitatum. „Bonum carmen" appellatur [1], et certo fuit, quamquam Haraldus ipse fore, ut id brevi in oblivionem veniret, dixit. Pro carmine a rege hastam auro obductam accepit. A regibus dimissus ex domo ita egressus est, ut anulo hastili induto hastam erectam tenens loqueretur: „alte portemus utrumque regium donum". Tum Haraldus: „iste plerumque, inquit, verba sua de quauis re aptare scit" [2]. Carmen

[1]) „Oc nv eptir þetta . . . hefr scaldit vpp Haralls qveþi. oc heitir þat Blagagladrapa. gott qveþi" Mork. p. 32 cfr. Flat. III 322. Fornm. VI 197.

[2]) Ibid., (Fornm. VI 198), sed verba regis aperte in libris

totum, ut Haraldus prædixit, deperditum est. Aut hoc aut alterum carmen parentale Recensus nro 76. significatur.

5. Magnússdrápa, erfidrápa eptir Magnús konung Óláfsson, epicedium Magni boni intercalatum haud dubie anno post obitum regis (1047) compositum est. Ex hoc carmine adhuc habemus:

1. Nú hykk rjóðanda reiðu ...
2. Þing bauð út hinn ungi ...[1]
3. Gekk á Svíþjóð søkkvi ...[2]
4. Flýði fylkir reiði ...[3]
5. Afkárleg varð jarla ...
6. Segja munk hvé Sygna ...[4]
7. Náði siklingr síðan ...[5]
8. Vann þás Vindr of minnir ...
9. Fúss lét á Ré ræsir (½ ...
10. Óð með öxi breiða ...

---

corrupta sunt, nam pro *kom* legendum est *kann*, ut tota sententia sit: „kann sjá til nakkvars löngum orðin".

[1]) „Þess getr Arnórr jarlaskáld í Magnússdrápu". „Svá segir Arnórr" Hkr. Magn. góð. c. 1. Ól. helg. (1853) c. 252. Fris. 168. Fagrsk. c. 122 (str. sec. om.). Flat. III 262. 263. Fornm. V 118—119. VI 21—2. Sn. E. I 498. II 450. 599 (post. pars str. sec.). Vide Corp. poet. bor. II 189—91, ubi str. 15. incuria omittitur, str. 19. inter „Fragments" affertur, str. 20. in fragmentis Thorfinnsdrapæ citatur.

[2]) „Svá segir Arnórr" Fornm. VI 22.

[3]) „Um þetta orti Arnórr jarlaskáld" Fagrsk. c. 125. „Sem Skulo (perperam) quad" Flat. III 264. „Þess getr ok í Magnúsardrápu, at Sveinn konungr flýði ór Noregi, þegar Magnús kom í land; þar segir svá" Fornm. VI 26.

[4]) „Svá segir Arnórr (jarlaskald add. al.)" Hkr. Magn. góð. c. 19. 20. Fris. 178. 179. Fagrsk. c. 133 (priorem solam citans). Flat. III 272. 273. Fornm. VI 51.

[5]) „Þess getr Arnórr". „Sem Arnórr segir" Flat. III 272—3. Fornm. VI 51.

11. Svá blóð siklingr hávan ...[1]
12. Vítt hefk heyrt at heiti ...
13. Skeiðr tók Bjarnar bróður (½...
14. Dörr lét drengja harri ...
15. Sveins manna rekr sunnan ...[2]
16. Uppgöngu vann yngvi (½...
17. Svik réð eigi eklu ...
18. Enn rauð frán á Fjóni ...[3]
19. Bekks lá eldr ok axla (½...[4]
20. Ungr skjöldungr stígr aldri ...[5]

Str. 1—4. de itinere Magni boni ex Russia in Sueciam, indeque in Norvegiam, ubi Sveinem Alfifæ filium expulit et terra potitus est, agunt (cfr. Hrynhendæ str. 4—8). Str. 5—7. de profectione in Daniam post mortem Hördaknuti regis, et quo modo Magnus Daniam an. 1042 sibi subegerit narrant. Str. 8—11. de bello regis cum Venedis et pugna celeberrima Hlyrskogsheidiana (an. 1043—4) agunt.

---

[1]) „Svá segir Arnórr jarlaskáld". „Þessa getr A. jsk". „Sem A. segir". „s(kalldit) kvad visu". „Þar um er þetta kveðit". Hkr. Magn. góð. c. 29. 30 (str. 8. om.). Frís. p. 183. 184. Ól. helg. 1853 c. 265 (str. 8. et 9. om.). Fagrsk. c. 144 (itidem). Flat. III 275. 281. Fornm. V 134. VI 55. 65. 68. 75.

[2]) „Svá (ok enn) segir Arnórr jarlaskáld". „Sem Arnórr segir". „Þetta kuad A. jsk. um þenna bardaga". Hkr. Magn. góð. c. 34. Frís. 188—9. Fagrsk. c. 145. Flat. III 283. 284. 285. Fornm. VI 83. 84. 85—6. Sn. E. I 414. II 325. 436. 585. (post. pars str. 12).

[3]) „Svá segir Arnórr (jarla)skáld". „Þess getr A." Hkr. Magn. góð. c. 35. Frís. 190—1. Fagrsk. c. 146. Flat. III 283. 285. Fornm. VI 87. 89. Sn. E. I 416. II 326. 437. 586 (post. pars str. 17).

[4]) Sn. E. (Ed. Eg.) p. 234 ex Edda Hypnonesiensi. Auctore J. Sigurdsonio (in scidulis) hanc semistropham, hæsitanter tamen, huc transtulimus.

[5]) „Svá kvað Arnórr jarlaskáld". Sn. E. I 316. II 313. 526. Sine dubio ex hujus carminis ultima parte est.

(cfr. Hrynhendæ str. 9—13). Str. 12—18. pugnas cum Sveine dynasta vel rege Daniæ, in primis pugnam ad Helganesum an. 1044 describunt (cfr. Hrynhendæ 14—15). Str. 19. de simili re agere videtur, sed corrupta est. Str. 20. „regem juvenem liberalissimum" in universum laudat. Quot strophæ et qualis structura carminis fuerit, nescimus. Novam partem str. 7. indicare videtur. Intercalare certe fuit.

6. Kvæði um Hermund Illugason (?), carmen de Hermundo parentale, qui vix alius esse potest, atque ille Hermundus, frater Gunlaugi serpentilinguis, itaque viris doctis adhuc placuit. Nusquam tale carmen commemoratur, sed duos versus habemus:

Hjalp dýrr konungr dýrum
dagsgrundar Hermundi[1],

qui vix ad aliud carmen referri possunt. Quo tempore factum sit conjicere possumus. Cum enim mors Hermundi c. an. 1055[2] evenerit, paulo post hoc carmen verisimiliter factum est.

7. Þorfinnsdrápa, carmen de Thorfinno dynasta Orcadensi parentale, intercalatum. Thorfinnus mortuus est an. 1064, carmen paulo post, fortasse an. 1065 compositum. Strophæ, quæ huc referri possunt, sunt:

1. Hétk þás hvern vetr sátum (½ ...[3]
2. Orms felli drakk allan (½ ...[4]

---

[1]) „Ok enn sem kvað Arnórr jarlaskáld" Sn. E. I 318. II 314. 527. Corp. poet. bor. II 197.

[2]) Safn I 441.

[3]) „segir Arnórr jarlaskáld, hversu hann sat með Þórfinni jarli" Fagrsk. c. 219. Mork. 126. „Hér hrósar Arnórr því, at hann sat í óœðra öndvegi fyrir ádrykkju Þorfinns jarls, þá er hann var með honum í Orkneyjum" Fornm. VI 439-40.

[4]) „Svá segir Arnórr" Orkn. 42 annot. f.

3. Bera sýn um mik mínir ($\frac{1}{2}$...[1]
4. Nú hykk slíðrhugaðs segja ($\frac{1}{2}$...[2]
5. Hilmir rauð í hjálma ...[3]
6. Endr hykk Karli kendu ...
7. At lögðu skip skatnar ...
8. Þruma vas þvígi skemri ...
9. Ulfs tuggu rauð eggjar ...
10. Hátt bar Hjalta dróttinn ...
11. Týndusk ból þás brendi ...[4]
12. Veitk þars Vazfjörðr heitir ...[5]
13. Nemi drótt hvé sæ sótti ($\frac{1}{2}$...
14. Ýmist vann sús unni ($\frac{1}{2}$ ...
15. Ein vas sús Engla minnir ...
16. Stöng bar jarl á Engla ...[6]
17. Margr vas millum borga
mildingr þröng at hildi
horna blástr þars hristisk
hugsterks jöfurs merki.
Vátr brá es vígljóst þótti
vargsteypis herr greypum
skulfu jarn en ulfar

---

[1]) „Svá kvað Arnórr" Sn. E. I 460. II 338.

[2]) „Svá sem segir Arnórr jsk." Sn. E. I 232. II 302. 518.

[3]) „Svá segir (þess getr) Arnórr jarlaskáld" Hkr. Ól. helg. c. 99. Ól. helg. (1853) c. 81. Flat. II 404. Orkn. 28—30. Fornm. IV 214. cfr. Sn. E. I 519 not. 13.

[4]) „Þessa getr Arnórr í Þorfinnsdrápo" (Orkn. 32 not. a) „Svá segir Arnórr (jsk. add. al.)" Flat. II 405. 406. 407. 408. Orkn. 32. 34. 36. 38. 40. 42.

[5]) „Þess getr Arnórr jarlaskald" Flat. II 411. Orkn. 54.

[6]) „Ok svá kvað Arnórr jarlaskáld of Þorfinn jarl". „Þessa getr Arnórr". „Ok enn sem hann kvað of Þorfinn jarl" etc. Flat. II 411. 412 (str. 13. om.). Orkn. 54. 58. Sn. E. I 454. 492—4. II 336, 449, 598 (str. 13). I 462. II 338 (post. pars str. 15).

uggs morgun hræ tuggu ...[1]
18. Harri fekk í hverri (½...[2]
19. Em ek sízt ýtar hnekðu ...
20. Óskepnao varð uppi ...
21. Hvárntveggja sák høggva ...
22. Gramr mundi svá gömlu ...[3]
23. Hringstríði varð hlýða (½...[4]
24. Björt verðr sól at svartri ...[5]
25. Ættbœti firr ítran (½...[6]

Hoc carmen certe intercalatum fuit, siquidem drapa vocatur. Plures etiam partes, si attentius inspexerimus, inveniutur. Ad primam partem str. 1—4. rettulimus. Str. enim 4., qua indicat poëta se ad laudem ipsam dynastæ transgredi, aperte ex carmine primo est, sed prima fuisse nequit, cum ita dicat: *síð léttir mér stríða* (sero vehementi levor animi ægritudine), quæ verba satis declarant, poetem in stropha vel strophis antecedentibus de tali ægritudine animi (ob regem mortuum) locutum esse, et re vera hoc in semistropha 3. invenimus. In semistro-

---

[1]) Hæc stropha, ex Edda Løvasina A. M. nro 762 formæ qu. p. 20—1 sumta, a J. Sigurdsonio huio carmini adjudicata est, et, ut nobis quidem videtur, recte, si vere Arnoris est, qua de re dubitare non licet, quamquam aperte corrupta est.

[2]) „Sem kvað Arnórr" Sn. E. I 514. II 545. 604. In hao semistr. haud dubie cum 757 *var* non *er* legendum est.

[3]) „Svá segir Arnórr (jsk.)" Flat. II 415. 422. 439. 440. Orkn. 68. 88. 90.

[4]) „Á þat kvað Arnórr jarlaskald". „Svo segir A. jsk." Hkr. Ól. helg. o. 109. Ól. helg. 1853 o. 89. Flat. II 182. 421. Orkn. 86.

[5]) „Ok enn sem hann kvað" (Sn. E.). Flat. II 422. 440. Orkn. 90. Sn. E. I 316. II 318. 526 (post. pars).

[6]) „Ok enn kvað hann" Sn. E. I 464. II 339. — Vide Corp. poet. bor. II 194—7, ubi paulo secus strophæ disponuntur, nonnullis omissis, aliis huc falso relatis.

phis rursus duabus, quas primas posuimus, mansionem suam in principis domo lætam commemorat, quod apte fit et par est, cum poeta pristinam hilaritatem moerori suo opponat et causam quandam carminis afferat. Simile quid etiam in Hrynhenda fieri vidimus. Prima pars carminis intercalaris sine dubio a str. 4. incipit. Str. 5. de dynastæ juventute agit. Str. 6—11. res ejus bellicas, imprimis pugnam ad Dyrnesum et Torfnesum (1036) describunt. Str. 12. de pugna Vazfjordiana (an. 1036), cui poeta ipse se magno cum periculo interfuisse dicit, agit. A str. 13. haud dubie nova (secunda) pars incipit verbis: *nemi drótt hvé sœ sótti.* Hæc et sequentes usque ad str. 18. de pugnis maritimis et terrestribus Thorfinni et Rögnvaldi ab an. 1036 ad an. 1042 agunt. Deinde certo tertiam partem invenimus, ex qua str. 19—22., quæ bellum infelix tætrumque inter consanguineos, poetæ amicissimos dynastas describunt. Str. 20. facillime et aptissime cum 19. cohæret, itaque hic posuimus. Str. 23. ad ultimam carminis partem pertinet, describit enim summam potentiam imperiumque vastum Thorfinni post bella victoriasque multorum annorum. Str. 24. ex ultimo carmine est, cujus cum verbis: *þeim hjalpi guð* (ei salutem deus ferat) aptissime str. 25. cohæret, qua poeta æternam salutem ut deus optimus maximus dynastæ det, orat. Hæc dispositio stropharum maxime nobis arridet, sed non negaverimus, aliter nonnullas disponi posse. Hoc carmen Arnoris omnium præstantissimum fuisse videtur, quod facile intellectu est, cum de viro, laudibus bellicis per ætatem extentam ornatissimo, cum poeta ipso amicitia per longum tempus affinitateque conjunctissimo, agat. Itaque poetæ de mærore suo verba facienti facile credimus. Quot partes habuerit carmen nescimus. Strophæ intercalares perditæ sunt.

8. Erfidrápa eptir Harald konung Sigurðarson, carmen intercalare de Haraldo rege severo parentale. Cum poeta carmina sua de regibus Hrynhendam et Bla-

gagladrapam recitasset, ab Haraldo gladio aurato donatus, regi se, si diutius vixisset, carmen de eo facturum esse pollicitus est[1]. Promisso stetit et tale carmen post mortem Haraldi (an. 1066) fortasse anno post (1067) composuit, cujus reliquiæ sunt:

1. Rauð en rýrt varð síðan (½...[2]
2. Hjalmáru lét heyra ...
3. Hrauð sás hvergi flýði ...
4. Gekkat Sveinn af snekkju ...
5. Svalg átthogi ylgjar (½ ...[3]
6. Gengr í ætt þaz yngvi ...
7. Eymðit rán við Rauma (½...[4]
8. Sumar hvern frekum erni (⅛...[5]

---

[1]) „Þvi hafþi scaldit heitit Haralldi konvngi at yrkja vm hann erfidrapo ef hann lifþi lengr" Mork. p. 32. Flat. III 322—3. Fornm. VI 198.

[2]) „Svá segir Arnórr" Hkr. Har. harð. c. 54. Frís. 223—4. Fornm. VI 294.

[3]) „Þetta kvað Arnórr". „Svá segir A. (jsk. add. al.)". „Enn segir hann hvé mjök áðr var þröngt kosti Sveins konungs, áðr hann flýði". „Sem A. kvað". Mork. 79. 80. Hkr. Har. harð. c. 65 (Frís. p. 229, str. 4. solam citantes). Flat. III 363—4. Fornm. VI 318. 319. Sn. E. I 478. II 350. 455. 538. 594. str. 6. præbens, quam huc hæsitantes rettulimus, sed cum argumentum optime huic carminis parti conveniat, J. Sigurdsonio in scidulis monenti adsensi sumus.

[4]) „Þess getr Arnórr jarlaskald, er Óláfr konungr hafði brent á Upplöndum, þá er hann orti um Harald bróður hans". „Sem A. kvað". Hkr. Ól. helg. c. 129. Ól. helg. 1853 c. 109. Flat. II 236. Fornm. IV 273. Sn. E. I 508. II 355. 454. 537. 603.

[5]) „Sem Arnórr kvað" Sn. E. II 100. 406. 508. Nequaquam certum est, hunc versum ex hoc carmine esse; de principe aperte agit, qui quavis æstate aquilas paverit, quod in Haraldum optimè quadrat, et certior fit res, si animadverteris, eadem fere verba in historia Haraldi c. 33 legi („ok fór . . til Danmerkr ok herjaði,

9. Þung rauð jarn á Englum (½...
10. Fell at fundi stillis ...
11. Gagn fekk gjöfvinr Sygna ...[1]
12. Uppgöngu bauð yngvi ...
13. Olli ofrausn stillis ...
14. Hafðit brjóst ne bifðisk ...
15. Eigi varð hins ýgja ...
16. Vítt fór Völsungs heiti (½...
17. Myrkts hverr meira orkar ...
18. Haraldr vissi sik hverjum ...[2]
19. Bænir hefk fyr beini (½...[3]

---

ok síðan hvert sumar eptir annat"), unde credas, verba Snorrii ex hac str. Arnoris desumta esse.

[1]) „Þess getr oc Arnórr, hverso mikil oc aget þessi orrosta varþ". „Oc enn qvaþ hann". „Sva segir A." Mork. 114. Flat. III 391. Fornm. VI 407 (ubi perperam ood. H. str. 9. Steinio tribuit) 409.

[2]) „Sem Arnórr (jarlaskáld add. al.) segir". „Oc þetta segir A. i sino qveþi". „Þetta qvaþ A. jsk. enn vm þessa orrosto er Haraldr konvngr haþi efsta sinni oo hans menn". „Oo enn qvaþ hann". „Oc enn". „A. jsk. kvað um þessa orrosto . . . í erfidrápu þeirri, er hann orti um Harald konung". Hkr. Har. harð. c. 95. 96. Fris. 249. Fagrsk. c. 207. 208 (str. 14. et 15. solas præbentes). Mork. 116. 118. 119. 120. Flat. III 393. 395. 396. 397. Fornm. VI 413—4. 417. 418. 420. 422. 423. 44 Pröver p. 493—4. 494. 497. 498.

[3]) „Sem Arnórr kvað" Sn. E. I 450. II 334. 446. Hæc semistr. nobis judicibus ex hoo carmine et quidem ultimo est. Arnor videtur deum, ut viris laudatis salutem æternam daret, ultimis strophis orare solitus esse (cfr. Þorfinnsdrapam 25. Rögnvaldsdrapam 3. Hermundardrapam), et hic pro bellicoso rege orat, ut ejus donum (non dona) remuneretur; a Thorfinno et a Rögnvaldo plura dona certo acceperat, a Magno bono duo, sed ab Haraldo unum solum enm accepisse audimus. Itaque verba *gjöf launak svá jöfri* optime et unice in Haraldum quadrant. Ceterum monendum est, *hefk* ab *hefja* non ab *hafa* ducendum esse. — De toto carmine vide Corp. poet. bor. II 191—3, ubi strophæ in duo carmina dividuntur, quod nullo jure fieri statuendum est.

De dispositione carminis et numero stropharum nihil nobis constat. Str. 1. de militia Haraldi in Fiunia (an. 1054) agit. Str. 2—5. pugnam maritimam inter Sveinem Daniæ regem et Haraldum Nizicam, quæ an. 1062 facta est, describunt. Str. 6—7. de militia regis per Upplönd ejusque atrocibus in incolas poenis an. 1064—5, agunt. Str. 8. videtur anniversarias expeditiones Haraldi in universum laudasse. Str. 9—18. omnes de ultimo itinere et bello regis in Anglia, 9—11. de pænultima pugna, 12—18. de ultima et morte regis an. 1066 agunt. Str. 19. precationem pro salute regis æterna continet.

9. Erfidrápa eptir Gelli Þorkelsson, carmen intercalare in honorem Gelleris Thorkelis filii, viri in occidentali parte Islandiæ principis, qui an. 1073 mortuus est, parentale post hunc annum compositum est. Carminis mentionem disertam Historia Laxdölensium facit[1]. Nullus versus nobis, quod sciamus, servatus est, neque intellegimus, quo jure Vigfussonius ad hoc carmen semistropham, qua Michael archangelus laudatur, rettulerit[2].

10. Kvæði um Óláf konung kyrra, carmen de Olavo Haraldi filio quieto, rege 1067—93; quando compositum sit, ignoratur. Recensus nro. 84. significatur carmen, quod plane deperditum est.

11. Strophæ ex carminibus laudatoriis, quas ad nullum certum carmen referre potuimus, sunt:

1. Siklinga venr snekkjur (½...[3]
2. Mikáll vegr þaz misgört þykkir (½...[4]

---

[1]) „Hann (ɔ: Gellir Þorkelsson) lét gera kirkju at Helgafelli virðulega mjök, svá sem Arnórr jarlaskáld váttar í erfidrápu þeirri, er hann orti um Gelli, ok kveðr þar skírt á þetta" Laxdæla s. (1867) c. 78 p. 224.

[2]) Corp. poet. bor. II 197.

[3]) „Svá kvað Arnórr" Sn. E. I 526. II 344. 462. 541—2. 608.

[4]) „Sem Arnórr kvað" Sn. E. I 320. II 314. 527. Corp. poet. bor. II 197.

Str. 1. de regum cognato, qui naves mari assuefaciat, easque intus sanguine tingat, agit, ut vivum principem laudet. Quis vir laudatus sit, nequaquam dicere possumus, cum in Haraldum, in Magnum, in Thorfinnum æque laus quadret. Str. 2. laudem Michaelis archangeli continens ex carmine, dimetro composito, est. Vigfussonius eam ad carmen de Gellere (vide 9. supra) refert, nulla ratione nisus, J. Sigurdsonius in scidulis suis ad „carmen de Michaele"[1], quod verisimillimum videtur.

12. Lausavísur, strophas solitarias perpaucas, quod sciamus, habemus. Certe unam et quadrantem:

1. Drengr es í gegn at ganga...[2],

quæ an. 1044 inter proelium ad Raudubjörg, quod dynastæ, Thorfinnus et Rögnvaldus, inter se habuerunt, composita est. Arnorem contra Rögnvaldum pugnare gravatum Thorfinnus e navi egredi jussit, quod cum faceret, stropham fudit.

2. Kreysti knútu lostna (¼...[3]

de quibus versibus nihil constat.

Nullo jure Arnori semistropha Ottaris nigri[4], altera ejusdem[5], tertia Thorkelis hamarskald[6] a cod. Upsalensi tribuuntur. Vir doctissimus Sveinbjörn Egilsonius Arnori carmen de Tryggvio tribuit[7]; scripturus erat *Sighvatr* pro *Arnórr*, sed absentia animi hoc pro illo scripserit necesse est[8].

---

[1]) „Mikaelsdrápa" (?) „Sýnist vera úr kvæði um Mikael höfuðengil" J. Sig.

[2]) „Þá bauð Þorfinnr Arnóri jarlaskáldi at ganga af skipi. Hann var í jarls sveit, ok í kærleikum miklum. Hann gekk á land ok kvað vísu" Flat. II 415. Orkn. 64—6. Corp. poet. bor. II 197—8.

[3]) Sn. E. (Ed. Eg.) p. 238. Corp. poet. bor. II 198.

[4]) Sn. E. I 527 adnot. 10. II 344.

[5]) Sn. E. I 518 adnot. 3. II 342.

[6]) Sn. E. II 344.

[7]) Fornm. XII 105. Vide supra p. 348 cum adn. 1.

[8]) cfr. Fornm. V 116. adn. 1.

68. Oddr kíkinaskald (cfr. 74). Hic poeta valde obscurus est, quia nusquam nobis de genere ejus origineve vel vita quicquam narratur. Eum apud Magnum bonum an. 1046—7 moratum esse solum scimus. Islandus certe fuit. Cognomen ejus haud facile intellegi potest; videtur tamen significare, eum carmen de Kikino quodam, principe fortasse Anglo (nam anglicam originem spirat vocabulum) composuisse. Sine dubio *kíkini* scribendum est, antepænultima syllaba producta, primum quod linguæ indoles ita fert, deinde quoniam in B scribitur *keikini*, quæ scribendi ratio rem satis declarat[1]. Hic notari meret, quod in cod. Flat.[2] vir quidam, nomine *Oddr Gellisson* memoratur, qui apud Magnum bonum fuerit et de rebus ejus quibusdam gestis (in Islandia) narraverit. Fieri potest ut idem hic sit atque poeta noster, sed rem affirmare non licet. Carmina quæ Oddum suspicamur et scimus fecisse sunt:

1. Kvæði um kíkina, carmen de Kikino quodam, unde cognomen traxit.

2. Kvæði um Magnús konung góða, carmen de Magno bono, nro 68. significatum est. Fortasse hujus carminis duæ strophæ sunt:

1. Vas fyr Míkáls messu...[3]
2. Felldu menn þás mildan...[4],

prior de pugnis Magni cum Venedis, posterior de morte

---

[1]) A vocabulo *kikinn* (a quo *kikna*), supinus, cognomen ducere, absurdum est.

[2]) Flat. III 279.

[3]) „Oddr kikinaskald segir svá". „O. k. sagði frá því, at Magnús konungr átti orrostu við Vindr á Hlýrskógsheiði, en þar næst litlu fyrir jól við Svein Ulfsson. Oddr kvað" Hkr. Magn. góð. c. 36. Frís. 191. Fornm. VI 90. Flat. III 284, ubi prave Thiodolfo tribuitur, cum certe Oddi, Snorrio auctore, sit.

[4]) „Svá segir Oddr kikinaskald" Hkr. Har. harð. c. 28. Frís. 209—10. Fagrsk. c. 181. Fornm. VI 236. Flat. III 334.

regis et luctu satellitum agit, ut hoc carmen parentale fuerit, brevi tempore post obitum regis compositum.

3. Kvæði um Harald konung harðráða, carmen de Haraldo rege severo, nro 74. significatur, sed totum, quantum sciamus, intercidit.

4. Lausavísa una nobis relicta est, eamque hic integram scribemus:

Mák, síz Magnúss ævi
móðfíkins þraut góða,
Odd hafa stríð of staddan,
stillis, harða[!] illa.
hvarfak hvers manns þurfi,
harmr strangr fær mér angrat,
þjóð es at dögling dauðan
dapr. því föru vér aprir.[1]

Cod. Flat. hanc stropham carmini de Magno bono tribuere videtur, sed haud dubie minus recte fit, cum nobis quidem judicantibus solitariarum stropharum indolem aperte præ se ferat. — Quod G. Vigfussonius in Corp. poet. bor.[2] Oddo semistropham Thjodolfi[3] tribuit, id haudquaquam fieri potest nulla ratione adhibita. Neque videre possumus, quo jure idem auctor Oddi stropham

Nú fara heim í húmi...[4]

esse voluerit. Idem facere non ausi sumus, omni ratione destituti.

69. Refr skáld, vide supra sub nro 63.

---

[1]) „Einn dag gekk Oddr skáld úti í hryggum hug; hann var spurðr, hversu hann mætti. Oddr svarar ok kvað" Fornm. VI 236–7. Flat. III 334.

[2]) Vol. II 214–5.

[3]) Sn. E. II 118.

[4]) Flat. III 334, nullo auctore præscripto.

70. Þjóðólfr skald Arnórsson (cfr. 71. 224). Hic vel summus omnium poetarum septentrionalium et celeberrimus fuit. De origine ejus et vita haud multa novimus. Pater ejus Arnor quidam fuit; ita enim in Recensu[1] et in Morkinskinna[2] nominatur, quod nomen aperte verius habendum est, quam alterum *þorljótr* cod. Flateyensis[3]. Omnes libri consentiunt in eo, quod patrem, ignobili loco natum, paupertate oppressum, in parte Islandiæ septentrionali, et id quidem in valle, *Svarfaðardalr* dicta, ut nonnulli addunt[4], vixisse dicant. Multos habuit liberos, quos præter Thjodolfum et Bölverkum poetas ignoramus. De juventute poetæ nihil nobis constat. Cum ex Rec. sciamus, eum carmen de Haraldo dynasta Thorkelis filio, qui in Norvegiam an. 1030 (vide infra) trajecit, composuisse et hoc carmen, antequam poeta Magni regis factus est, composuerit necesse sit, primum certe his annis (1030—1035) peregrinatus est. Cum hoc tempore non minor quam viginti quinque annorum fere esset, verisimiliter non post an. 1010 natus est. Post. an. 1040 apud Magnum bonum, usque ad obitum regis (an. 1047) moratus est, deinde apud Haraldum severum poeta gratissimus et amicus acceptissimus vixit, ut omnibus expeditionibus regis, quantum sciamus, interesset, præterquam quod semel in Islandiam profectum esse accepimus, cum Sneglu-Hallius in Dania et Anglia abesset[5], quod quando factum sit, sane nescimus; videtur tamen inter annos 1052 et 1069 factum esse[6]. Ultimæ

[1]) sub nro. 71; *Arnason* in A sub nro. 224 merum est vitium librarii pro *Arnórsson*.

[2]) Mork. p. 97; cfr. Fornm. VI 368 (bis).

[3]) Flat. III 421; cfr. Sex söguþættir Reykjavík 1855, p. 30.

[4]) Mork. 97. Fornm. VI 368. Flat. III 415. 421. Sex söguþ. p. 18. 30.

[5]) Flat. III 428. Sex söguþ. p. 42.

[6]) P. A. Munch conjecit (Det norske Folks Historie II 355

expeditioni Haraldi in Angliam (an. 1066) interfuit. Haraldo occiso adhuc vixit, sed, proelio redintegrato, occubuisse videtur, cum postbac nulla ejus usquam mentio fiat. Poeta omnium elegantissimus et lepidissimus habitus est, neque injuria, cum versus ex tempore facillime funderet nitidissimos, quos mox commemorabimus, artis poeticæ penitus gnarus, unde factum est, ut Haraldus, artis et ipse peritissimus, eum „summum poetam suum" appellaret[1]. Cæterum Thjodolfus ad „genus irritabile vatum" pertinuit, qui aliis poetis, ut Sneglu-Hallio, quocum simultates gessit, invideret (vid. ann. 1), et res e medio haustas carmine celebrare fastidiret (cfr. narratiunculam de rege ipsoque, cum fabrum et coriarium rixantes in taberna vidissent). Vir fidelis et manu fortis iracundiorque fuisse videtur.

Carmina ejus fuerunt:

1. S o r p t r o g s v í s u r, strophæ lintris stercorariæ. Earum facit mentionem historiola de Sneglu-Hallio sola, quæ contentiones poetarum in aula regia referens ita fere narrat. Cum Hallius a rege interrogatus, num carmina prius (quam de se) composuisset, negasset, Thjodolfus eum mentiri arguit, nam b o u m s t r o p h a s eum antea fecisse: „Num, inquit rex, verum est?" Hallius: „verum sane, inquit, est", sed cum nullius pretii fuissent, antea se negasse dixit. Tum rex: „Jam eas, inquit, primum audiemus". „Ergo Thjodolfus, inquit Hallius, s t r o p h a s s u a s l i n t r i s s t e r c o r a r i æ, quas in Islandia fecit, etiam reci-

---

not. cfr. p. 177 not. 2) Sneglu-Hallium an. 1053 peregre profectum esse.

[1]) „Þjóðolfr hét maðr . . . . kurteiss maðr ok skáld mikit Hann var með Haraldi konungi í hinum mestum kærleikum. Kallaði konungr hann h ö f u ð s k á l d sitt ok virði hann mest allra skálda. Hann var ættsmár ok menntr vel, öfundsjúkr við þá er til kómu." Flat. III 415. Sex söguþ. p. 18. cfr. Mork. p. 93. 102. Fornm. VI 361. 386.

tabit", quod carmen, cum unacum ceteris pueris cinerem exportaret, Thjodolfum composuisse dixit. Rex, carmine audito, leviusculum esse judicavit[1]. — Nomen rectissime scribitur *Sorptrogsvísur*, non *Soptrogs-*, quod præbet Morkinskinna, neve *Soðtrogs-* (lintris jusculi) cod. Flateyensis. Perditum totum est.

2. Kvæði um Harald Þorkelsson jarl, carmen de dynasta Haraldo Thorkelis filio, principe Dano, Rec. nro. 224 significatum est. Hic Haraldus satrapa Daniæ an. fere 1020 a Canuto magno factus est[2]. Postea in Norvegiam an. 1030 cum Sveine Alfifæ filio, qui Norvegiæ an. 1030—1035 imperavit, plurimisque aliis principibus Danis trajecit[3]. Sine dubio cum Sveine an. 1035 Norvegiam reliquit. His igitur annis necesse est, Thjodolfus, quemadmodum supra diximus, in Norvegiam venerit, et carmen, de quo hic agitur, de viro potentissimo composuerit. Totum deperditum est.

3. Magnúsflokkr, carmen de Magno rege bono non intercalatum nostra ex sententia hieme 1044—5 compositum est. Nulla enim res post an. 1044 gesta in strophis servatis commemoratur. Itaque Snorrius aperte finem carminis citandi fecit, cum hujus anni res gestas Magni rettulisset. Optime hoc etiam in temporis rationem quadrat. Nam ea hieme, Sveine e Dania expulso et in Suecia morante, „pax bona" fuisse Magnusque hoc tempore maxime inclaruisse dicitur, ut tranquille, temporis futuri securus, vivere posset. Nihil igitur verisimilius est, quam ut Thjodolfus tam læto tempore regem victorem, ab omnibus dilectum, carmine celebraverit. Quæ supersunt ex hoc carmine jam dabimus:

---

[1]) Mork. p. 96—7. Flat. III 420—1. Fornm. VI 366. Sex söguþ. p. 28—9.

[2]) Hkr. Ól. helg. c. 194. Ól. helg. (1853) c. 179. Fornm. V 31. Flat. II 318.

[3]) Ól. helg. 1853 c. 239. Flat. II 369.

1. Vast Óláfsson austan (¼...[1]
2. Út rétt allvaldr skjóta ...
3. Aur spornuðuð arnar ...[2]
4. Djarft neyttir þú dróttinn ...
5. Sjalfr bar austr við Elfi ...[3]
6. Minn vá sigr fyr sunnan ...[4]
7. Hykk í hundraðsflokki ...[5]
8. Lögðu græðis glóða ...
9. Skotit frák skeptiflettum ...
10. Bárut böslar fleiri ...
11. Mjök bað Magnús rekka (½...
12. Vörðr gekk meir at morði ...
13. Áðr svanfoldar seldi (½...
14. Römm vas hildr sús bramma ...
15. Hrauð Óláfs mögr áðan (½...
16. Mist hafa Sveins at sýnu ...[6]
17. Spurði einu orði ...
18. Saurstokkinn bar svíra ...

---

[1]) „Sva qvað Þjóðólfr" Sn. E II 496.

[2]) „Þess getr (Svá segir) Þjóðólfr (skáld) í Magnúsflokki". „Þjóðólfr kvað svá um Magnús konung" Hkr. Magn. góð. c. 1. 5—6. Frís. 169. 171.

[3]) „Svá segir Þjóðólfr (skáld)". „Sem skalldit quad visu þessa" Hkr. Magn. góð. c. 20. 24. Frís. 178. 180. Fagrsk. c. 138. Flat. III 274. Fornm. VI 53.

[4]) „Sem Þjóðólfr skáld segir". „Svá segir Þjóðólfr" Fornm. VI 64, ubi duæ semistrophæ citantur, sed aperte unam integram efficiunt.

[5]) „Svá segir (þess getr) Þjóðólfr (skáld)". „Þat segir Siguatr skalld" (cod. Flat. pravissime). Hkr. Magn. góð. c. 29. Frís. 183. Ól. helg. (1853) c. 265. Fagrsk. c. 144. Flat. III 281. Fornm. V 134. VI 67.

[6]) „Svá segir (þess getr) Þjóðólfr (skáld)". „Ok enn segir (kvað) hann" Hkr. Magn. góð. c. 31. Frís. 185. 186. 187. Fornm. VI 76. 77. 78. 79.

19. Náði jarl at eyða ...
20. Rönd lézt ræsir Þrœnda ...[1]
21. Hitzig laut er heitir ...
22. Flýði jarl af auðu ...
23. Skjöld bark heim frá hjaldri ...
24. Bauð Óláfs sonr áðan ...
25. Háðisk heilli góðu ...[2]

Str. 1—3. de itinere Magni boni ex Russia in Norvegiam an. 1035 agunt. Str. 4. de prima in Daniam expeditione an. 1042 agit. Str. 5. de jure jurando Sveinis dynastæ, quo se, ut Magno pareret, eodem anno obligavit. Str. 6—7. de pugna cum Venedis Hlyrskogsheidiana an. 1043 habita. Str. 8—16. de pugna Arusiana eodem anno facta agunt. Str. 17—20. militiam post pugnam describunt. Str. 21—4. de pugna Helganesensi Sveinisque fuga an. 1044 agunt. Str. 25. proelia Magni in universum laudat. Certe plures strophas Thjodolfi de horum annorum rebus Magni bellicis libri præbent; sed cum in iis poeta tempore præsenti semper utatur, idcirco solitarias esse duximus. Nullo enim modo fieri potest, ut hoc tempore, quod vocant historicum, Thjodolfus usus sit, cum res perfectas versibus tractaret. Vigfussonius in Corp. poet. bor.[3] 19 strophas huic carmini tribuit, reliquis inter solitarias minus recte relatis. Rec. uro. 70 carmen significatur.

4. Kvæði um Harald konung hinn harðráða, carmen de Haraldo rege severo, metro, quod vocant

---

[1]) „Svá segir Þjóðólfr". „Ok enn kvað (segir) hann (svá)" Hkr. Magn. góð. c. 32. Fris. 187. 188. Fornm. VI 80. 81.

[2]) „Svá segir (þess getr) Þjóðólfr (skáld)". „Sem Þjóðólfr kvað". „Sem hér segir". „Sem Arnór segir" (cod. Flat. pravissime). Hkr. Magn góð. c. 34. 36. Fris. 189. 191. Fagrsk. c. 144. Flat. III 283. 284. Fornm. VI 84. 86. 91.

[3]) Vol. II p. 199—202.

homœoteleuton, ad ejus generis exemplum, quod Snorrius Clavis metricæ str. 87. præbuit[1], compositum est. Sine *dubio paulo post* an. 1050 *factum est*, cum poeta regem nominet „patrem Olavi", sed Olavus filius regis, postea quietus cognominatus, ante hunc annum non natus erat. Huc accedit, quod semistropharum relictarum una de mortuo rege, Magno, verba facit, quæ res credere vetat, carmen multis annis post mortem Magni factum esse. Perpauca adhuc supersunt[2]:

1. Eitt höfðusk at ...[3]
2. Jarizleifr of sá ($\frac{1}{2}$...
3. Vex Óláfs feðr ($\frac{1}{2}$...
4. Andaðr es sá ($\frac{1}{2}$...[4]

Str. 1. de regis in Russia, quo post an. 1030. fugerat, rebus gestis agit. Str. 2. dicit, Jaroslavum Russiæ regem juvenis indolem fortemque animum perspexisse, ut perbene cum str. 1. conjungi possit. Fieri etiam potest, ut initium narrationis, cur Elizabetham filiam dignam habuerit, quam Haraldo in matrimonium daret, sit, et fortasse verisimilius hoc est. Str. 3. in universum regem laudat. Str. 4., quæ fortasse ad primum carmen pertinuit, mortem Magni commemorat.

5. Flokkr um ferð konunganna, Haralds ok Sveins, carmen non intercalatum de conventu regum Haraldi et Sveinis ad Albim Gothorum hieme 1063—4. Non diserte carmen Thjodolfo tribuitur; sed ita fere

[1]) Sn. E. I 704.

[2]) Corp. poet. bor. II 211—12, ubi vocatur carmen *Rimhenda*, quod editoris inventum est.

[3]) „Svá (sem) segir (þetta kvað) Þjóðólfr (skáld)" Hkr. Har. harð. c. 2. Fris. 193. Fagrsk. c. 149. Flat. III 289. 290. Fornm. VI 132.

[4]) „En Þjóðólfr kvað svá um Harald". „Ok enn svá". „Ok enn kvað hann" Sn. E. I 462. II 338.

verba libri faciunt: „et narrat poeta (ὁ ποιητής) in carmine quodam" et quæ sequ. Tamen pro certo habemus, hoc carmen rectissime Thjodolfo neque cuiquam alii tribui; adeo ejus ingenium totamque venam poeticam spirat, neque facile quisquam alius poeta, quod sciamus, hic in censum venire potest[1]. J. Sigurdsonius in scidulis admonuit, carmen de Sveine factum esse videri aut a Thorleico pulchro aut a Thordo Kolbeinis filio juniore (quem nunquam fuisse supra probare conati sumus). Sane scimus Thorleicum tale carmen de Sveine fecisse, ex quo adhuc quædam supersunt (vide infra), sed cum constet, librorum unanimi consensu, in str. 3. regem, qui iter meridionale fecerit, compellari, quod in Haraldum unice convenit, de Haraldo carmen certo est. Cfr. etiam str. 2. — Sex strophæ nobis servatæ sunt:

1. Norðr lýkr gramr sás gerðir...
2. Gerðir opt fyr jörðu ...
3. Sýstuð suðr þars œstu ...
4. Telja hátt es hittask ...
5. Ofreiði verðr jöfra ...
6. Hitt hefk heyrt at setti ...[2]

6. Sexstefja, drápa um Harald konung harðráða, carmine e sex partibus intercalaribus constans, de Haraldo severo an. 1065, quo anno postrema res, quam commemorat, evenit, compositum est. Haud pauca

[1]) Idem putavit P. A. Munch vir doctissimus (Det norske Folks Hist. II 2, 295). Etiam Vigfussonius Corp. poet. bor. II 210—11.

[2]) „Ok segir skáldit í einum flokki frá ferð þeira (konunganna)". „Ok enn kvað hann (skáldit)". „Svá sem hér segir" Hkr. Har. harðr. c. 73. Fris. 234. 235. Fornm. VI 331. 332. (Str. 5. post. parte omissa). Str. 3. nonnulli libri Hallio rigido (sub nro. 82) injuria ut putamus tribuunt.

ex hoc carmine supersunt, inter quæ etiam versus ipsi intercalares:

Lytr folkstara feiti,
fátt es til nema játta
þat, sem þá vill gotnum,
þjóð öll, konungr bjóða.

Quæ ad hoc carmen referri possunt, jam adferemus:

1. Hvast frák Haugi it næsta...[1]
2. Togu mátt tekna segja...
3. Dolgljóss hefir dási...
4. Lét þás lypt var spjótum...
5. Sás við lund á landi (½...
6. Stólþengils lét stinga...
7. Þjóð veit at hefr háðar...[2]
8. Reist eikikjölr austan...
9. Vatn lézt vísir slitna...
10. Gegn skyli hverr sem hugnar...
11. Frán hefr sveit við Sveini (½...[3]
12. Lét vingjafa veitir (½...
13. Fast bað fylking hrausta...

---

[1]) „Svá sogir Þjóðólfr". „Á þat kveðr Þjóðólfr skáld i drápu þeiri, or hann orti um Harald kouung, cr kölluð er Sox-stefja". Hkr. Har. harðr. o. 1. Frís. 192. Ól. helg. 1853 c. 232. Fagrsk. c. 109 (post. pars). Fornm. V 88; VI 129.

[2]) „Svá sogir (ok) Þjóðólfr (skáld)". „Svá segir Þjóðólfr eptir sjálfs hans (ɔ: Haraldi rogis) orðum". „Svá segir Þor. skalld (! Flat. prave)' Hkr. Har. harðr. o. 5. 11. 14. Frís. 195. 199. 201. Fagrsk. o. 155. 156. 162. Mcrk. 8. 14. Flat III 294. 299. Fcrnm. VI 134. 138. 140. 154. 159. 167. Sn. E. I 822. II 528 (prior pars str. 3).

[3]) „Svá segir Þjóðólfr (skáld)". „Sem Þjóðólfr (skáld) segir". Hkr. Har. harð. c. 18. 22. 43. Frís. 203. 205. 217. Fagrsk. o. 190. 195 (vers. intercal.). Mork. 61 (str. 11.). Forum VI 173. 180. 269. 282. Flat. III 351.

14. Alm dró upplenzkr hilmir...
15. Flest varð hirð sús hraustum...
16. Sogns kváðu gram gegnan (½...
17. Sveinn át sigr at launa...[1]
18. Nús um verk þau es vísi...
19. Létu lystir sleitu...
20. Tók holmbúa hneykir...
21. Gagn brann greypra þegna...
22. Fœrði fylkir Hörða (½...[2]
23. Áræðis naut eyðir (½...
24. Refsir reyndan ofsa...
25. Ok hertoga hneykir (½...
26. Mörk lét veitt fyr verka (½...
27. Órð sær Yrsu burðar...
28. Örr lætr odda skúrar (½...
29. Gera vas gisting byrjuð (½...
30. Blóðorra lætr barri (½...
31. Ganga él of yngva (½...
32. Lét hræteina hveiti (½...
33. Snart við sæþráð kyrtat (¼...
34. Útan bindr við enda (½...
35. Geirs oddum lætr greddir (½...
36. Hár skyli hirðar stjóri (½...[3]

---

[1]) „Svá (sem) segir (þess getr) Þjóðólfr". „Sem hér vísar til". Hkr. Har. harð. c. 63. 65. Frís. 227. 229. 230. Fagrsk. c. 191. Mork. 78 (prior pars str. 14.). 79 (½ str. 15.). 80. Flat. III 362. 363. 364. Fornm. VI 314. 316. 319. 320.

[2]) „ Svá segir Þjóðólfr í drápu þeiri er hann orti um Harald konung". „(Svá) sem segir Þjóðólfr (skáld)". Hkr. Har. harð. c. 76. Frís. 237. 238. Fagrsk. c. 195. 196. Mork. 65. 66. 88 Flat. III 351. 372. Fornm. VI 339. 340. 341.

[3]) „Svá segir Þjóðólfr". „(Svá) sem Þj. kvað". „Svá kvað hann enn" (Cod. Edd. 748 ad str. 35). Hkr. Har. harð. c. 104. Frís. 252. 253. Fornm. VI 429. 430 (Str. 23., 24., 26.). Sn. E. I 322 (II 315. 528). 398—400. 426 (II 329. 440. 589). 452—4 (II 335) 472 (II 448. 592). 476 (II 349. 454. 538. 593).

Str. 1. Haraldum fratri in pugna Stiklastadensi opitulatum narrat. 2—7. de pugnis et victoriis Haraldi in Græcia Sicilia an. 1034—41[1] agunt. Sine dubio omnes ex prima parte carminis sunt. Str. 8. profectionem ejus ex Russia in Daniam an. 1043 describit. Str. 9. de conventu fratrum an. 1045. Str. 10. secundam carminis partem videtur finiisse. Str. 11. queritur poeta de Norvegis, qui se in Daniam ad Sveinem regem post mortem Einaris thambarskelueris violentam contulerunt. Ad tertiam partem pertinet. Str. 12—17., de pugna Nizica an. 1062, ex quarta parte sunt. Str. 18., qua quinta pars (aut sexta) aperte incipit, usque ad 22. (de qua tamen ambigi potest) res in Norvegia an. 1063—5 gestas tractant. Reliquæ omnes, 23—35., ubi in carmine fuerint, non liquet, itaque extremo loco eas collectas posuimus. Partim de rebus bellicis regis, partim de ejus liberalitate aliisque virtutibus agunt. Str. 36. aperte ad ultimum carmen, cum votum contineat, pertinet. Haud nos fugit, strophas paulo aliter inter se digeri posse, sed in re perquam dubia nullus nobis certior ordo occurrit. G. Vigfussonius alium præbuit[2], sed nostra ex sententia multifariam claudicantem. Quod vero nonnullæ strophæ, ex Snorra-Edda sumptæ, non satis declarant, utrum Magnum an Haraldum laudent, omnes ad hoc carmen rettulimus, quia longe plurimæ, quæ in hoc libro inveniuntur, aperte ejus sunt, ut Eddæ collector ex hoc carmine solo Thjodolfianas auctoritates hausisse videatur. Quod nonnulli putant, fortasse plurium de Haraldo carminum strophas servatas fuisse, ei rei nulla subest ratio. Primum enim nullum carmen præter Sexstefjam metro collatato memoratur. Deinde hoc ipsum carmen, tam

---

486 (II 352. 456. 543. 596). 514 (II 545. 604). 516 (II 321. 362. 546. 581. 605). II 128 (414). 164 (421).|

[1]) Vide G. Storm: Harald haardraade og Væringerne in (Norsk) Historisk Tidsskrift. Kristiania 1884. 366—7.

[2]) Corp. poet. bor. II 204—8 etc.

celebratum olim, unum suffecit ad res Haraldi gestas, memoratu dignas, probandas, hujusque carminis verisimiliter Rec. nro. 71 mentio facta est.

7. Lausavísur, strophae solitariæ nobis permultæ sunt asservatæ, quas hic ordine dabimus[1]:

1043.	1.	Gær sák grjóti stóru...
	2.	Ek hef ekki at drekka...
1044.	3.	Hrindr á hróka landi...
	4.	Menn eigu þess minnask...
	5.	Nú taka Norðmenn knýja...
	6.	Bárum jarn at œrnu...
	7.	Svíðr um seggja búðir...
	8.	Fjörð lét fylkir verða .. [2]
1046.	9.	Nús valmeiðum víðis...[3]
1047.	10.	Leiða langar dauða ($\frac{1}{2}$...[4]
1047—8.	11.	Sumar annat skal sunnar ($\frac{1}{2}$...[5]
1050.	12.	[Logit hefr baldri at baldri] brynþings fetilstinga ($\frac{7}{8}$...[6]
ca 1055	13.	Mildingr rauð í móðu...

[1]) Vide Corp. poet. bor. II 108—212.

[2]) „Þess getr Þjóðólfr". „Svá segir Þjóðólfr". „Þá kvað Þjóðólfr þetta". „Ok enn kvað hann". Hkr. Magn. góð. c. 31. 33. 34. Frís. 187. 188. 189. 190. Fornm. VI 79. 82. 87. 88.

[3]) „Svá segir Þjóðólfr". Hkr. Har. harð. c. 20. Frís. 204. Fornm. VI 177.

[4]) „Sem Þjóðólfr kvað". Sn. E. II 118. 411.

[5]) „Þá mælti hann til Þjóðólfs skálds, bað hann þar við yrkja; hann kvað" (Hkr). „Þá orti hann vísu þessa ok Þjóðólfr" (Fagrsk.) Hkr. Har. harð. c. 31. Frís. 211. Fagrsk. c. 183. Fornm. VI 252. Flat. III 335. Mork. 51, qui duo libri regi stropham tribuunt.

[6]) „Þjóðólfr tók þegar undir ok sagði". „Þá svaraði (segir) Þjóðólfr (skáld)". Fagrsk. c. 184. Mork. 55. Flat. III 339. Fornm. VI 257. Primum versum rex ipse fudít, reliquos a rege jussus poeta.

14. Varp ór þrætu þorpi...
15. Sigurðr eggjaði sleggju...
16. Haddan skall en Halli ($\frac{1}{2}$...
17. Út stendr undan báti ($\frac{1}{4}$...[1]
1062. 18. Skeið sák fram at flóði...
19. Slyngr laugardag löngu...
20. Rétt kann rœði slíta...
21. Sorgar veit áðr slíti...
22. Eigu skjól und skógi...
23. Hléseyjar lemr hávan...
24. Haraldr þeysti nú hraustla...[2]
1064. 25. Öld es sús jarli skyldi...[3]
1066. 26. Skalkak frá þótt fylkir...
27. Öld hefr afráð goldit...[4]

Injuria vero Thjodolfo stropha, quam Snorrius rectissime Thorleico pulchro tribuit[5], ab nonnullis libris data est[6], item

[1]) „Þjóðǫlfr kvað (vísu)". „Hann kvað (enn vísu)". „Þjóðólfr kvað þá þetta". „Ek á nú, sagði Þjóðólfr skáld". Frís. 255. Mork. 94. 95. 102. Flat. III 378. 417. 419. 427. Fornm. VI 361. 362. 364. 385. Str. 16. in cod. Flat. solo rectissime Thjodolfo tribuitur, cum in Morkinskinna et Fornmannasögur prave Hallio ipsi tribuatur.

[2]) „Þá kvað Þjóðólfr skáld". „Svá segir Þjóðólfr". Hkr. Har. harð. c. 62. Frís. 226. Fornm. VI 308. 309. 310. 311. Sn. E. II 22 (primus quadrans strophæ 20). Fortasse rectius hæ septem strophæ ad unum carmen non intercalare referendæ sunt.

[3]) „Þá kvað Þjóðólfr (vísu)". Hkr. Har. harð. c. 74. Frís. 237. Mork. 91. Flat. III 375. Fornm. VI 336.

[4]) „Þá kvað (ok) Þjóðólfr". „Þá orti Þjóðólfr þessa vísu". „Í þessari dvöl . . . orti Þjóðólfr (Þórolfr Flat. prave) þessa vísu". „Sem Þjóðólfr kvað". Hkr. Har. harð. c. 94. 96. Frís. 248. 249. Fagrsk. c. 206. 208. Mork. 116. 119. Flat. III 393. 396. Fornm. VI 417. 420. Sn. E. I 526. II 344 463. 542. 608 (pars post. str. 27).

[5]) Hkr. Har. harð. c. 35. Frís. 213. Fornm. VI 261. cfr. Fagrsk. c. 185.

[6]) Mork. 57. Flat. III 341. cfr. Fornm. VI 261 adnot. 1.

semistropha Thordi Kolbeinis filii in Snorra-Edda a cod. Upsaliensi[1].

72. Bölverkr Arnórsson. Vitam hujus poetæ totam fere ignoramus. Fuit frater Thjodolfi[2] celeberrimi poetæ, minor sine dubio natu. Nam in Norvegiam, Magno bono regnante, nondum trajecerat (si fecisset, carmen de eo composuisset), cum Thjodolfus jam ante annum 1035 peregrinatus esset. Et si conjectura in re tam ancipiti uti liceret, verisimillimum foret, Thjodolfum, cum in Islandiam an. fere 1055 revertisset, fratrem itineris in Norvegiam rediens sibi socium assumpsisse. Aliter sensit G. Storm, cum ad an. 1048 carmen rettulit[3], cujus rei causam perspicere non potuimus. Cæterum vita penitus incomperta est. Carminis ejus intercalati de Haraldo rege:

Drápa um Harald harðráða|, hæc supersunt[4]:

1. Mildingr straukt um mækis....
2. Hart kníði svöl svartan...
3. Snjallr rauð í styr stillis (½...
4. Súð varð þars blézt blóði...
5. Rétt við rausn at hætta...
6. Gramr nenninn hefr gunni (½...[5]

---

[1]) Sn. E. II 350.

[2]) Skáldatal p. 254. 262 supra. Fagrsk. c. 148. 174.

[3]) (Norsk) Historisk Tidsskrift 1884 p. 377.

[4]) Corp. poet. bor. II 213.

[5]) „Svá segir Bölverkr (skáld, í drápu þeiri, er hann orti um Harald konung, Fornm.)" „Svá sem segir Bölverkr bróðir Þjóðólfs er hann orti um Harald". „Svá segir (þess getr) Bölverkr". „Sem Bölverkr kvað". Hkr. Har. harð. c. 2. Frís. 193. Fagrsk. c. 148 (str. 1. altero cod. Valgardo Vallensi stropham tribuente prave). Ól. helg. 1853 c. 232. Flat. III 289. 290. 292. Fornm. V 89. VI 131–2. 134. 135. 140. 141.

7. Heimil varð es ek heyrða...
8. Leiðangr bjótt af láði...[1]

Str. 1—6. de itinere regis post pugnam Stiklastadensem et rebus postea in Græcia et Africa gestis agunt. Str. 7. pacis inter Haraldum et Magnum, cum hic in regnum illum an. 1045 recepisset, mentionem facit. Str. 8. primam expeditionem Haraldi in Daniam an. 1048 commemorat. G. Vigfussonius Bölverko omni ratione destitutus semistropham Thjodolfi, ex carmine Sexstefja 25., tribuit.

73. VALÞJÓFR SKALD. De hoc poeta nihil omnino constat, nisi quod secundum Recensum

Kvæði um Harald konung harðráða, carmen de Haraldo rege superbo, composuit.

74. ODDR KÍKINASKALD. Vide supra sub nro. 68.

75. STÚFR BLINDI ÞÓRÐAR SON KATTAR. Hic poeta nobilissimo loco natus est, cum esset filius Thordi felis, a Snorrio pontifice educati[2], qui fuit filius Gudrunæ Osvifi filiæ, feminæ celeberrimæ, et Thordi, quem genuerat Glumus, poeta nobilis (sub nro 48) Geiris filius. Vide rationem genealogicam supra p. 444[3]. Natus est circiter an. 1025, vix posterius. Nam non minor 30—40 annorum fuit, quod conjectura probabili assequi possumus,

---

[1]) „Þessi mál (þetta) sannar Bölverkr skáld (bróðir Þjóðólfs skálds)". „Til þess vísar Bölverkr í sinni drápu" etc. Hkr. Har. harðr. c. 24. 31. Fris. 207. 211. Fagrsk. c. 174. 183. Mork. 21. 51. Flat. III 310—11. 335. Fornm. VI 185. 252. Sn. E. I 498. II 450. 599 (prior pars str. 8.).

[2]) Laxdæla saga (1826) p. 144. (1867) p. 94. cfr. Fornm. II 21—2. Flat. I 309.

[3]) cfr. Corp. poet. bor. II 228.

cum peregrinatus est, quod iter an. 1062 accidisse mox videbimus. Hoc etiam cum ætate patris ejus, qui an. 993 natus est[1], optime congruit. Certo apud parentes educatus est, sed nihil de ejus prima ætate scimus. Cæcus natus est semperque fuit, unde cognomen traxit. Peregrinatus esse dicitur temporibus Haraldi severi, ut fama fert, heriditatis cujusdam adeundæ causa. Apud colonum quendam in Uplandis, hospitio exceptus, moratus est. Huc Haraldus rex necopinato[2] hieme advenisse, et cum Stufo sermonem habuisse dicitur. Ex historia Haraldi[3] scimus, eum in Uplandis an. 1047 fuisse, sed hic annus vix in rem convenit. Deinde scimus, regem necopinato Uplanda hieme 1062—3, ut Haconem Ivaris filium dynastam e medio tolleret, profectum esse[4]. Adde quod rex dicitur Stufum ad se Nidarosiam invitasse (l. adnot. 2 cit.), et certum est, Haraldum æstate 1063 Nidarosiam Osloa profectum esse[5]. Hæ res omnes inter se tam bene congruunt, ut non possimus non concludere, Stufum re vera an. 1062 peregrinatum, deinde hicmem proximam in Uplandis moratum, regem Nidarosiam æstate an. 1063 visitasse. Huc cum venisset, aulicus regis rogatu suo factus apud regem aliquamdiu mansit, quoad in Islandiam revertit. Hic verisimiliter ad finem ætatem degit, sed nihil de reliqua ejus vita nobis constat, nisi quod post an. 1066 vixit, quippe qui carmen parentale de rege componeret[6]. — Poeta lepidissimus fuit. Cum a rege, ut sibi carmine eum celebrare liceret, petisset, rex: „ecqui poetæ, inquit, in propinquis tuis fuerunt?" „Certo, nam

---

[1]) Vide Safn I 442—3. cfr. Laxdœla s. (1867) p. 93. 261.

[2]) Bóndi mælti: „Ekki veit ek vánir hingat Haralds konungs". Fornm. VI 389. Flat. III 379. Mork. 104.

[3]) Hkr. Har. harðr. c. 25.

[4]) Ibid. c. 71.

[5]) Hkr. Har. harð. c. 71 fin.

[6]) De primo conventu Stufi et regis vide supra pag. 210.

Glumus Geiris filius proavus meus fuit" Stufus respondit. Rex rursus: „lepidus poeta eris, si non pejora carmina quam ille, componis". „Haud pejora compono" respondit Stufus, ingenio suo satis fretus[1]. Carmen ejus de rege parentale optimum fuisse dicitur[2]. Ipse vir prudens et eximius poeta nominatur[3].

Carmina, quæ Stufo tributa inveniuntur, sunt:

1. Kvæði um Harald konung harðráða, carmen de Haraldo rege severo an. 1063 compositum. Hujus poematis quidem diserta mentio facta non est, sed cum a rege, ut de eo carmen componere sibi liceret, impetrasse dicatur[4], sensu hoc careret, nisi regem, cum ad eum Nidarosiam venisset, carmine tali celebrasset. Nihil vero carminis ad nos pervenit.

2. Erfikvæði um Harald konung hinn harðráða, carmen parentale de Haraldo rege severo intercalatum, Stúfsdrápa vel Stúfa nominatum, an. 1067 aut certe paulo postea compositum est[5]. Summo in honore carmen hocce habitum est, cum a cod. Flat. „optimum" vocetur. Snorrius ipse memoriæ tradidit, regem ipsum res suas gestas Stufo narrasse. Versus intercalares hi sunt:

Hafi ríks þars vel líkar . . .
Haralds önd ofar löndum . .
vist of aldr með Kristi . . .

---

¹) Mork. p. 105. Flat. III 381. Fornm. VI 392, quos locos in universum consule.

²) Flat. III 381.

³) Mork. 104. Flat. III 379. Fornm. VI 389.

⁴) Mork. 105. Flat. III 381. Fornm. VI 392.

⁵) „Hann hefir orta ervidrapo vm hann oc er sv kaullod Stvfs drapa" Mork. 105. „Hann hefir orta æfidrapu vm Haralld konung. er su drapa kollud Stufa og þikir vera hid bezta kvædi og vel orth" Flat. III 381. „Hann hefir ort erfidrápu um Harald konung, er kölluð er Stúfsdrápa eðr Stúfa" Fornm. VI 393.

i. e. Anima Haraldi potentis sede apud Christum, ubi optime placet, æterna fruatur. Ejus generis sunt hi versus, quod vocant *klofastef*, versus intercalares divisos; non enim omnes in una atque eadem stropha ponuntur, ut alias, sed singuli in singulis strophis, similiter atque in metrico genere producto (v. ex. gr. supra p. 341, ubi de Knutsdrapa Sighvati agitur)[1]. Strophæ, nobis asservatæ, sunt:

1. Vissak hildar hvessi ...[2]
2. Fór ofrhugi inn efri ...
3. Stóðusk reið af ráði ...
4. Mægð gat allvaldr Egða (½...
5. Autt varð Falstr at fréttum (½...
6. Flýðu þeir á Þjóðu (½...[3]
7. Tíreggjaðr hjó tyggi (½...[4]
8. Gekk sem vindr sás vækki ...[5]

Str. 1. ex exordio carminis fuit, quæ comitatem regis erga poetam ipsum et invitationem ad se commemoret, et ita quasi causam quandam carminis componendi primo loco exposuit. Str. 2—3. res regis in Palæstina gestas

[1]) Cfr. Antiquités Russes I 372 et Aarböger for nord. Oldk. I 192.

[2]) „Svá segir Stúfr skáld" Hkr. Ól. kyrr. c. 3. Frís. 257. Fornm. VI 442.

[3]) „Svá segir Stúfr skáld, er heyrt hafði konunginn sjálfan frá þesum tíðendum segja" (Hkr. præ str. 2.). „Svá segir (þess getr) Stúfr (inn blindi) skáld". „(Svá) sem Stúfr segir". „Sem hér segir". Hkr. Har. harð. c. 12. 17. 33. 34. Frís. 199. 200. 202. 212. 213. Fagrsk. c. 159. 165. 183. 184. Mork. 11. 11—12. 16. 54. 55. Flat. III 303. 306. 338. 339 (str. 3. om.). Fornm. VI 161. 162. 172. 255. 258.

[4]) „Sem Stúfr kvað" Sn. E. I 520. II 461. 540. 606.

[5]) „Svá segir Stúfr skáld". „Sem Stúfr (blindi) segir". Fagrsk. c. 207. Mork. 118. Flat. III 395. Fornm. VI 419. Str. in Corp. poet. bor. II 222—3 inveniuntur.

c. an. 1036 commemorant. Str. 4. de regis matrimonio, cum Elizabetham filiam regis Russici duceret. Str. 5—6. de militia ejus in Dania an. 1049—50 agunt. Str. 7. de proelio Nizico an. 1062. Str. 8. de regis ultima pugna ejusque forti impetu agit. Hoc carmen in Rec. certo notatur.

Stufo duæ etiam strophæ minus recte tribuuntur[1], quas easdem Snorrius Steinis Herdisæ filii esse voluit, ejusque auctoritatem eo libentius secuti sumus, quod hæ strophæ, de pugna Nizica. in omnibus libris post stropham, quæ constanter Steini tribuitur, citatur, et scimus, Steinem strophas, quæ Nizicæ vocantur, composuisse. Pro certo igitur habendum est. Steinis non Stufi esse. Error inde ortus est, quod librarii veteres, notam St. non intellegentes, *Stúfr* pro *Steinn* scripserunt.

Falsissimum etiam sit necesse est, quod in Cod. Flat.[2] narratur, carmina non intercalata decem aut plura, regi in Uplandis a Stufo recitata, Stufi ipsius omnia fuisse.

76. Arnórr jarlaskáld, vide supra sub nro. 67.

77. Illugi Bryndælaskáld. De origine vitave Illugii Bryndœlorum poetæ nihil omnino scimus. Cognomen ejus indicat, eum de incolis Brynjudali, vallis in toparchia Islandiæ Kjosensi[3] carmen composuisse. Hinc concludere possemus, ipsum ex Brynjudalo ortum esse, sed fatemur, ut ita fuerit, necesse quidem non esse. Tamen quædam sunt, quæ rem confirmare videntur. Thorsteini enim Sölmundi filio, Brynjudali olim occupatori, filius fuit Refus priscus, avus Hofgarda-Refi poetæ (sub

[1]) Fornm. VI 315. 316.

[2]) Flat. III 380.

[3]) Landn. P. I c. 14. Kålund: Hist.-top beskrivelse af Island I 63.

nro. 63., vide stemma supra p. 540), a quo Bryndœli orti sunt[1]. Alter filius Thorsteinis Thordus fuit, qui genuit Illugium patrem Hrodnyæ uxoris Thorgrimi suidii[2]. Fieri potest, ut poeta noster hujus gentis fuerit, ut esset nepos Illugii Thordi filii; utcumque fuit, nomen ejus certe bene convenit. Ac tempus etiam optime in rem quadrat, nam Illugium poetam per medium seculum XI. floruisse affirmandum est, cum præter argumenta, a Gislasonio accita[3], e strophis servatis appareat, poetam apud regem ipsum vixisse; ipsum enim appellat (*brauzt*, subjecisti), et *suum* dominum (*minn dróttinn*) vocat, quæ res omnem dubitationem penitus tollit.

Carmina, quæ ei tribuenda videntur, sunt:

1. Kvæði um Bryndœli, carmen de incolis Brynjudali, unde cognomen duxit. Hoc carmen ejusdem generis fuisse videtur, atque carmen Eyvindi de Islandis (v. supra p. 455—6) et alterum de iisdem Hauki Valdisæ filii. Quantum sciamus, totum deperditum est.

2. Drápa um Harald konung hinn harðráða, carmen de Haraldo severo intercalatum. Quatuor semistrophas, adhuc servatas, integras hic damus:

1. Vargs vas munr þats margan
menskerðir stakk sverði
myrkörriða markar
minn dróttinn rak flótta.

2. Enn lét ulfa brynnir
eiskaldi gramr beisku
mildr réð orms um eldi
austrför þaðan görva.

---

[1]) Landn. P. 1. c. 14.
[2]) ibid. P. 2. c. 25.
[3]) Njála II 172—3.

3. Opt gekk á frið Frakka
fljótreitt at by snótar
vasa döglingi duglum
dróttinn minn fyr óttu.

4. Brauzt und Mikjál mæztan
mágum heim sem frágum
sonr Buðla bauð sínum
sunnlönd Haraldr röndu.[1]

Omnes strophæ res in Russia Græcia Gallia post an. 1030 gestas describunt[2]. Si paulo attentius has semistrophas inspexerimus, statim videbimus, quod Egilsonius jam pridem attigerat[3], Vigfussonius in suo libro plenius expressit[4], secundum et tertium versum singularum stropharum per se unam enunciationem efficere. Cum enim hæc verba in str. 1. inveniantur: „monilis corruptor (vir liberalis) terræ nigrum (aut nigræ) piscem (i. e. serpentem) ense perfossit", sine dubio Sigurdus, qui serpentem horridum, Fafnerem, interemit, intellegendus est[5]. — Strophae 2. verba multo difficiliora sunt. Vigfussonius vult versus 2. et 3. inter se cohærere, sed constructio verbi *ráða*, quæ ita efficitur, inaudita est. Gislasonium *lét* pro *helt* librorum corrigentem[6] libenter secuti sumus. Sed putamus, *helt*

---

[1]) „Sem Illugi kvað (Bryndæla skáld)". „Svá segir Illugi (Bryndælaskald)". „Þá (al. rect. Svá) kvað *Hugi* (prav. pro Illuġi) Bryndælaskáld (Fagrsk.)". Sn. E. I 478 (II 455. 538. 594). II 493 (Str. 1—2). Hkr. Har. harð. c. 5. Fris. 195. Fagrsk. c. 155. Fornm. VI 133, 139. Flat. III 290 (Str. 4). Corp. poet. bor. II 218.

[2]) In str. 4. nominatur imperator Constantinopolitanus Michael, sed vide Scripta hist. Isl. VI 126. adnot. 2.

[3]) Scripta hist. Isl. VI 130 sub lit. c. interpretationis, adnot. 4.

[4]) Vide etiam G. Storm: (Norsk) Hist. Tidsskr. 1884 p. 378.

[5]) Cfr. Sn. E. I 358; Fafnismál initium.

[6]) Njála II 174—5.

non esse abjiciendum, sed pro *réð* scribendum, ut hi versus re vera sint:

> *eiskaldi gramr beisku*
> *mildr helt orms of eldi*

i. e. princeps liberalis amarum cor serpentis (Fafneris) supra ignem tenuit[1]. Strophæ 3. versus Vigfussonius se non intellegere confessus est. Sed haud difficiles esse videntur intellectu. Cum enim dicant: „strenuo regi facultas ad feminæ sedem (domicilium, *byr* = *byggð*) celeriter equitandi non fuit", etiam Sigurdus idem significatur ad Brynhildam, in monte *Hindarfjall*, in domo, igni mobili (*vafrlogi*) circumdata, habitantem, equitans. Quia per ignem fuit equitatio, celerrima non fuisse rectissime dicitur[2]. Verba strophæ 4.: „Filius Budlii (*Atli Buðlason*) affines suos, ut fama fert, invitavit" historiæ de Atlio, qui cum, Sigurdo occiso, uxorem ejus Gudrunam duxisset, hujus fratres, Gunnarem et Högnium, ad se, ut eos interficeret, invitavit[3], rationem habent. Ita videmus omnium horum versuum argumentum ex historia Völsungorum et Gjukungorum sumtum esse. Itaque Vigfussonius, ut videtur rectissime, hos versus intercalares esse judicavit, quæ res loco quodam in Figuris orationis probari potest[4]. Hoc genus versuum intercalarium rarius est (cfr. versus intercalares in carmine de Jomsvikingis[5]), cum quoad locum, quem in stropha occuparunt, ut quod *stál*,

---

[1]) Cfr. Sn. E. I 358. Fafnismál str. 27.; hic ipsum vocabulum *eiskald* usurpatur, unde noster poeta aperte suum sumsit.

[2]) Cfr. Sn. E. I 360—1.

[3]) Cfr. Sn. E. I 364—5. Atlakviða hin grænlenzka str. 3—4.

[4]) „Stundum verðr Ekbasis, þá er skáldit tekr stef af öðru efni, en kveðit er". Sn. E. II 208. Den tredje og fjærde grammatiske afhandling i Snorres Edda, udg. af B. M. Olsen. Kbh. 1884 p. 129.

[5]) Carmina Norrœna, ed. Wisén p. 68—73.

mesembolema, vocant, efficiatur[1], tum quoad argumentum, quæ *forn minni*, veteres historiæ[2], sunt. Hinc apparet, satis magnificum hoc carmen fuisse.

In cod. Arna-Magnæano 158, formæ octavæ, „Illugio" hi duo versus tribuuntur:

hvít stendr heiðar jótra
hlín fyr gamni mínu.

Verisimillimum videtur, hunc Illugium eundem esse atque nostrum poetam; versus ex stropha solitaria de femina, quæ hilaritatem poetæ abstulerit, esse videntur.

78. Grani skáld. De hoc Granio nihil omnino scimus, præterquam quod poeta fuit Haraldi severi et sine dubio ejus contemporaneus fuit. Composuit sec. Rec.:

Kvæði um Harald konung hinn harðráða, carmen de Haraldo rege severo. Quæ adhuc servata habemus perpauca sunt:

1. Lét aldregi úti ...
2. Döglingr fekk at drekka ...
3. Glœðr hykk gamma slóðar ($\frac{1}{4}$ ...[3]

Str. 1—2. de militia Haraldi regis in Dania æstate an. 1048 agunt. Strophæ 3. argumentum incertum est.

79. Sneglu-Halli. Hic poeta ex Islandiae septentrionalis[4] tractu, qui *Fljót* vocatur[5], haud longe a

---

[1]) Clavis metr. str. 12. Sn. E. I 616.

[2]) Cfr. Clav. metr. str. 13. ibid p. 618.

[3]) „Svá segir Grani (skáld)". „Ok enn kvað hann". „Sem Grani kvað". Hkr. Har. harð. c. 32. Fris. 212. Fagrsk. c. 183. Mork. 53. Flat. III 336—7. Fornm. VI 254. 254—5. Sn. E. I 506 (II 454. 537. 602; str. 3). 524 (II 344. 462. 541. 608; str. 2). Corp. poet. bor. II 218.

[4]) Mork. 93. Fornm. VI 360.

[5]) Sex söguþ. 19. Flat. III 416.

Svarfadardalo, unde Thjodolfus, ortus est. Hinc intellectu facile est, cur alterum alter tam bene noverit, quam videbimus. Haud nobili loco natus est Hallius, sed patrem, qui filio puero mortuus est[1], ignoramus, neque de adolescentia Hallii quicquam scimus. Anno fere 1053, ex Munchii ratione[2], in Norvegiam peregrinatus est, ubi cum Haraldo rege convenit ab eoque impetravit, ut in aula regia sibi hiemem degere liceret. Quæ postea acciderunt, lectores in historiola de Sneglu-Hallio ipsa[3] legant. Hieme peracta, Hallius in Daniam mercaturæ causa (an. 1054) trajecit, et inde eadem æstate in Angliam, Edvardo rege Confessore sive, ut alii libri minus recte, Haraldo Gudinii filio, regnante. Æstate peracta, cum carmen regi recitasset, rursus in Norvegiam ad regem trajecit. Hiemem proximam (1054—5) apud regem, aulicus ejus factus, commoratus est. Posthac æstate (1055), venia regis impetrata, in Islandiam rediit, ubi habitasse dicitur[4], addito, quod rex mortem duorum aulicorum, Bollii elegantis et Hallii simul audiisse, qua audita rex dixisse fertur: „Fortis vir (ɔ: Bollius) gladiis, opinor, succubuit" et „pulte homuncio ruptus est", quibus verbis Hallium notavit. Hinc concludi potest, eodem fere tempore, quod certe ignoramus, nisi quod apparet, ante an. 1066 factum esse, eos mortem obiisse. Habuit Hallius cognomen '*Sneglu-*' (*Snœglo, Snǫglu*), quo vocabulo asperitas ejus et dicacitas, nunquam fatigata, petulantiaque significatur, cujus rei multa exempla ejus historiola præbet. Alterum cognomen '*Grautar-*', quod idem valet atque illud Plautinum 'Pultiphagonides' vel

---

[1]) Sex söguþ. 29. Flat. III 421. Mork. 97. Fornm. VI 367.

[2]) Vide supra p. 578—9 adnot.

[3]) „Þáttr af Sneglu-Halla" in Sex söguþættir, sem Jón Þorkelsson hefir gefið út. Reykjavík 1855 p. 18—43. Flat. III 415—428. Mork. 93—101. Fornm. VI 360—67.

[4]) Quamdiu apud regem moratus sit, nusquam disertis verbis narratur, sed verisimillimum unam hiemem solam fuit.

'pultiphagus', quia puls ei optimus cibus videbatur, accepit; rarius tamen, quam illud, usurpatum est. Hallius poeta eximius et verbis, ut fuit, asperrimus, qui nemini, ne regi vel reginæ quidem parceret, fuisse dicitur, vir magna statura, collo longo, umeris exiguis, demissis brachiis, cujus extremitates haud pulchræ essent. Semper joco, sæpe rustico, adversus quemlibet usus est, nec cum ab aliis carperetur, eum unquam dicta defecerunt mordacia, ut regem, omni joci generi deditum, magnopere delectaret.

Carmina Hallii fuisse cognovimus *hæc*:

1. Kolluvísur, strophæ boum, quas de hubus æmulus ejus Thjodolfus eum bubulcum composuisse objecit[1]. Hoc carmen, quod vilissimum ipse poeta judicavit, melius quam Thjodolfi strophas de lintre stercoraria (vide supra 579—80) rex, utroque audito, esse censuit. Nihil carminis superest.

2. Drápa um Harald konung hinn harðráða, carmen intercalatum de Haraldo rege severo, an. fere 1053 compositum esse videtur[2]. Bonum carmen, egregie compositum, nominatur, quod rex pecunia grandi remuneraverit. Ex hoc carmine sine dubio est semistropha:

Svá lét und sik
seggja dróttinn
lönd öll lagið
liðs oddviti,

---

[1]) „Þat heita Kolluvisur, er hann kvað (orti) um (of) kýr út á Íslandi, er hann gætti". Sex sögur. p. 28—9. Flat. III 420—1. Mork. 96—7. Fornm. VI 366—7.

[2]) „Halli sagðisk hafa ort drápu um konunginn ok bað sér hljóðs . . . . Færði Halli drápuna ok mæltiz vel fyrir" Sex sögur. p. 27. 31. Flat. III 420. 422. „Herra kvæði, hefi ek ort of yðr . . . Færir Halli kvæðit er þat gott ok vel ort". Mork. 96. 98. Fornm. VI 365. 369.

quæ in Snorra-Edda invenitur[1]. Metro antiquo aperte compositum est, qua de causa semistropha, quæ sequitur, metro *kviðuháttr* composita, ejusdem, ut voluit Egilsonius[2], esse non potest. Semistropha huc transcripta res regis in Græcia et Asia aliisque in regionibus meridionalibus tractare videtur. Cæterum hoc carmen totum, quod sciamus, deperditum est. Rec. nro. 79. sine dubio significatur.

3. Drápa um Játvarð Englakonung, carmen intercalatum de Edvardo Anglorum rege, Confessore cognominato, an. fere 1054 compositum est. Hoc carmen poeta regius Raudus, a rege interrogatus, bonum se putare respondit, cum id Hallius, ad regis pedes assidens, recitasset. Pecuniam haud parvam pro eo accepit[3]. Hoc vero carmen re vera meræ nugæ, quas Hallius ex tempore fudisset, fuisse dicitur[4]. Cum ad regem Haraldum revertisset, ab eo interrogatus, num carmina de regibus alienis composuisset, se de dynasta nugas quasdam fecisse, stropha, statim fusa, respondit, quibus nullum carmen apud Danos pejus esse posset. Sed neque de dynasta neque de Danis antea actum est. Est igitur commeotum Hallii ridiculi causa inventum, nam hoc carmen de Anglorum rege Hallius omnino non significat.

4. Lausavísur, strophae solitariæ aliquot servatæ sunt:

---

[1]) „Sem kvað Snegln-Halli" Sn. E. II 126. 413. cfr. Sex söguþ. p. VIII. Den tredje og fjerde gramm. afhdl. i Sn. E. (1884) p. 82. Corp. poet. bor. II 219.

[2]) Sn. E. II 127 adnot. 15.

[3]) „Halli ferr þegar á konungs fund ok kveðst ort hafa um hann drápu . . . . Hann (ɔ: poeta regius) kveðsk ætla at gott væri". Sex söguþ. p. 38. Flat. III 425. Mork. 100. Fornm. VI 375.

[4]) Mork. 100. Fornm. VI 375.

c. 1053. 1. Fœrðr sýndisk mér frændi ...
2. Hirðik eigi ($\frac{1}{2}$ ...
3. Selja munk við sufli ...
4. Hleyp ek fram at skyrkaupum
görr matr es þat smjörvan.
5. Grís þá greppr at ræsi ...
c. 1054. 6. Hröng þars hávan þöngul ...
7. Ortak eina ($\frac{10}{8}$ ...[1]
c. 1055. 8. Gott's Gulaþing þetta ($\frac{1}{4}$ ...
9. Þjón gerik þann at sveini ($\frac{1}{4}$ ...
10. Þú ert maklegust miklu ($\frac{1}{2}$ ...
11. Sýr's ávallt ($\frac{1}{2}$ ...[2]

Supra (p. 589, adnot. 1) diximus, semistropham Thjodolfi de Hallio

Haddan skall en Halli ...

injuria Hallio ipsi in nonnullis libris tributam inveniri.

Cum dicatur[3] Hallius, cum negotium illud cum Einare fluga haberet, regi, somnio quodam, quod re vera omnino non habuerat, narrato, dixisse, se in Thorleifum dynastæ poetam commutatum sibi visum esse carmen probrosum in Einarem composuisse, et a rege recedens aliquid (versus scilicet ex tali carmine) mussavisse, ut

---

[1]) Ita incipit stropha in Cod. Flat., sed in Sex söguþ. minus recte ita:

þula verðrat drápu
með Dönum verri etc.

ut octo versus contineat, quod quidem plerumque rectum est, sed hoc loco non necessarium.

[2]) Sex söguþ. 24. 25. 27. 39. 40. 41. Flat. III 418. 419. 420. 426. 427. 428. Mork. 94. 95. 96. 101 (str. 1., 4—6.). Fornm. VI 363. 365. 376 (eædem). Str. 2. et 7. metro antiquo sunt, str. 11. metro homœoteleuto cfr. Clav. metr. 82. str.

[3]) Sex söguþ. p. 35. Flat. III 424. Mork. 99. Fornm. VI 372.

nemo verba ejus diserte perciperet, nullum verum carmen neve vera stropha intellegenda sunt, nam totum hoc Hallii negotium ludificatio, qua Einarem irrideret, fuit.

80. Þórarinn Skeggjason. Hic poeta a G. Vigfussonio et in libello Udsigt etc.[1] frater Marci legiferi poetæ (sub nro. 26) fuisse creditur, quod re vera probandum esse videtur. Marcus enim Skeggii filius fratrem nomine Thorarinem habuisse diserte dicitur, a quo et patre Skeggio Marcum vitas legiferorum didicisse seque docuisse Arius polyhistor narrat[2] (vide supra p. 348—9). Hinc primum videmus Thorarinem, quod optime rei convenit, sine dubio natu majorem fuisse, deinde eum antiquitatis peritissimum fuisse, cui cognitioni ipsa ars poetica artissime cohæsit. Adde quod ipse Marcus poeta lepidus fuit, ut verisimillimum visu sit, ne fratrem quidem ea caruisse, ut in Thjodolfo et Bölverko fratribus, aliis vidimus. Apparet igitur nihil obstare, quominus Thorarin noster frater Marci fuerit; cæterum vita ejus tota in obscuro jacet. Apud Haraldum regum aliquamdiu moratus est, cum

drápa um Harald konung harðráða, carmen de Haraldo rege severo intercalatum, composuerit. Ex hoc carmine unam semistropham adhuc habemus servatam:

Náði görr, en glóðum
Grikklands jöfurr handa
stólþengill gekk ströngu
steinblindr aðalmeini[3],

---

[1]) Corp. poet. bor. II 213. Udsigt over de norsk-islandske skjalde p. 117.

[2]) Íslendingabók c. 10.

[3]) „Svá segir Þórarinn Skeggjason skáld i sinni drápu" „Sem Þórarinn (Skeggjason) segir" Hkr. Har. harðr. c. 11. Fris. 201. Fagrsk. c. 162. Mork. 14. Fornm. VI 167.

quæ stropha ex prima parte carminis fuit, cum res Haraldi in Oriente (occæcationem imperatoris Constantinopolitani) commemoret.

81. Valgarðr af Velli. Hujus poetæ nomen solum, prædium, ubi habitavit, quemque carmine celebrarit novimus. Sed cum in prædio, *Völlr*, habitaverit, hoc vix aliud esse potest ac prædium illud Rangarvallense, qui fuit olim fundus Mördi gigiæ[1]. Jam scimus, Unnam, filiam Mördi, Valgardo, filio Jörundi pontificis, c. an. 972 nuptam [esse[2]; eorum filius Mördus ille, vir ob malas artes infamis, fuit. Jam nonnullis placuit, Valgardum poetam hujus Mördi filium aut certe ex ejus gente fuisse[3], quod manifestum videtur, nulla ratione, ne temporis quidem, obstante. Aliquantum temporis spatium apud Haraldum regem, verisimiliter paulo post an. 1050 aut etiam antea, commoratus est, cum ipsum regem in carmine suo sæpius alloquatur.

Carmen, quod Rec. Valgardo tribuit, est:

Kvæði um Harald konung hinn harðráða, carmen de Haraldo rege severo, quod sine dubio intercalatum fuit. Adhuc supersunt:

1. Skilfingr helt þars skulfu (½ . . .
2. Snarla skaut ór sóti (½ . . .
3. Bjartr sveimaði brími (½ . . .
4. Helmingi þantt hanga (½ . . .[4]

---

[1]) Vide Njalam c. 1.

[2]) Njála c. 25. Safn I 285.

[3]) Corp. poet. bor. II 213 cfr. Udsigt etc. p. 117—8.

[4]) „Sem Valgarðr kvað". „Valgarðr af Velli hefir ok kveðit um varðmennina" (Fagrsk.). Sn. E. I 528 (II 345. 463. 542. 609) 506 (II 354. 453. 536. 602) 508 (II 355. 451. 537. 603). Fagrsk. c. 162 (str. 4).

5. Skauzt und farm hinn frízta...
6. Eik slöng und þér yngvi...
7. Haraldr gørva lézt herjat...
8. Brann í bœ fyr sunnan...
9. Dvalði daprt of skilða...
10. Inn vas í sem brynni...
11. Lauðr vas lagt í beðja...[1]

Str. 1—4. de rebus Haraldi in Oriente c. an. 1040 gestis agunt. Str. 5—11. iter ejus ex Russia resque ejus in Dania (1045—6) bellicas, usquedum in Norvegiam, a Magno bono in regnum receptus, trajecit. Post mortem Magni (1047) carmen compositum est, cum rex toti terræ imperare in str. 11. dicatur. Ex strophis servatis cognoscimus, Valgardum poetam lepidissimum fuisse, cujus versus suavissimum quoddam sonent et volubilissimi sint.

82. Halli stirði. Hallius rigidus aliunde nobis vix notus est. Fuerunt, qui eundem esse putarent atque (Sneglu-)Hallium, ut vir doctissimus P. E. Müller[2] et nuperrime G. Vigfussonius[3]. Sed hoc nequaquam fieri potest, nam præterquam quod mirum esset, si quis tria cognomina habuisset, secundum Recensum prorsus diversi habendi sunt; non enim, si unus atque idem fuisset, utrumque poetas Haraldi nominasset[4]. Jure igitur statuendum est, hunc Hallium rigidum, a Sneglu-Hallio prorsus

[1]) „Svá segir Valgarðr (af (á) Velli)". „Sem Valgarðr segir". Hkr. Har. harð. c. 17. 19. Frís. 202. 203. Fagrsk. c. 166. 167. (Str. 11. post. partem solam præbet). Mork. 16. 17. 17—8. 18. 19. Flat. III 306. 308. Fornm. VI 172. 174. 175. 176. 180. Sn. E. I 500. II 451. 535. 600. (prior pars str. 11.).

[2]) Sagabibliothek III 349.


[3]) Hoc ex Corp. bor. poet. II 219 apparet, cum strophæ Sneglu-Hallii: „Snæglu-Halli *or* Halli striði" editor præscripserit.

[4]) Cfr. Sex söguþættir p. VIII—IX, ubi temporis ratione habita recte demonstratur, eos diversos fuisse.

diversum, Haraldi coævum fuisse, de quo composuit carmen:

Kvæði um Harald hinn harðráða, quod totum injuria temporum intercidit. Sed animadvertendum est, Hallio rigido *(stríði)* nonnullos libros Heimskринglæ stropham tribuisse[1], quam nos unacum aliis de itinere regum Haraldi et Sveinis, cum de pace ferienda convenirent, Munchium secuti Thjodolfo tribuimus (vide supra p. 583—4). Haud tamen negaverimus posse fieri, ut id carmen, non intercalatum, Hallii fuerit totum, non Thjodolfi.

83. Steinn Herdísarson (cfr. 85. 237). De hujus poetæ vita perpauca scimus. Filius fuit Herdisæ, quæ fuit neptis Einaris poetæ lancicrepi, quæ gens perquam celebrata multos viros inclutos et arte quidem poetica excellentes haud paucos complexa est, ut ex hoc stemmate[2] apparebit:



[1]) Hkr. (Ed. Havn). Har. harð. c. 73.
[2]) Landn. P. II c. 11.

Patris nomen ignoramus, et de vita Steinis tantum novimus, eum an. 1062 pugnæ Nizicæ nave ipsius Ulfi aulæ magistri, propinqui, vectum interfuisse[1]. In aula regia antea aliquantum tempus vixisse videtur. Postea apud Haraldum filiumque ejus Olavum aliquod tempus vixit, nam carmen huic c. an. 1070 recitarit necesse est. Utrum Stein in patriam reverterit necne, non apparet. Invaluit adhuc usque sententia doctissimorum virorum Svb. Egilsonii gravissimam auctoritatem secutorum, hunc Steinem eundem fuisse atque Hallar-Steinem[2], qui carmen Rekstefjam de Olavo Tryggvida composuit. Causæ, cur hoc credatur, in Excursu de poeta Hallar-Steine Egilsonii[3] expositæ, tales sunt: 1., quod eadem vel certe consimilis cum quoad formam tum quoad argumentum versuum intercalarium ratio sit:

in Rekstefja Hallar-Steinis:
Hann var ríkstr konungmanna
Óláfr und veg sólar
höll ok fremstr at öllu.

---

¹) Hkr. Har. harð. c. 63. Fris. 227. Fagrsk. c. 191. Mork. 77. Flat. III 361. Fornm. VI 313.

²) In transitu monitum voluerimus, formam nominativi Hallar-Steinar in cod. Byrgeriano solo extantem, quam omnium reliquorum librorum auctoritate, Heimskringlæ, Eddæ Snorrianæ etc., posthabita, unice veram nuper statuit Vigfussonius (Corp. poet. bor. II 294), pro falsa habere nos cogi omnibus ceteris libris nitentes, non minime cantilenarum de Skald-Helgio II 63 (Grönlands hist. Mind. II 478):

þat er í hróðri Hallar-Steins
hrings um frækinn stjóra
að fyri hróp ok hrygðir meins
Helgi dræpi fjóra,

quo ex loco nomen Hallar-Steinis tam manifestum est, ut de eo dubitatio quævis tollatur.

³) Scripta hist. Isl. III 224—42.

in Olaviade Steinis Herdisæ filii:
Óláfr borinn sólu
riklundaðr veit undir
sik beztan gram miklu [1].

2., quod in hoc carmine (Rekstefja) „haud pauca momenta occurrunt, quæ non levem antiquitatem prodere videantur", 3., quod poeta (Hallar-Steinn) „se cum his nominibus (ɔ: Hallfredi et Bjarnii æqualium) comparet", ut „haud sine ratione statuendum" putaverit Egilsonius „eum a temporibus Hallfredi et Bjarnii non multum abfuisse", 4., „quod in enarrando ordine prælii ad Svöldram commissi", discedat „poeta a Snorrio aliisque", 5., quod „nihil de evasione Olavi e proelio exstet, cum scriptores seculi duodecimi diligenter omnes traditiones et auctoritates collegerint, ut ostenderent" Olavum evasisse [2]. His omnibus et quibusdam aliis levioribus huc non transscriptis putabat Egilsonius se probare posse, poetam sec. XI. fuisse, et, cum Stein Herdisæ filius an. 1032—82 vixerit, neque quisquam alius cognitus sit hoc nomine poeta, unum et eundem fuisse Hallar-Steinem et nostrum poetam.

Jam si has rationes inspexerimus, nonnullas leviores esse, cæteras specie non re cum Egilsonio facere, ut putamus, videbimus. Primum quod ad versus intercalares attinet, haud negaverimus, similitudinem inter utrosque quandam esse. Sed mirum esset, si quis poeta verba sua pæne eadem repetisset, cujus rei exempla vix inveniantur. At afferri possunt, qui aliorum poetarum carminum sive formam sive metri genus imitati sint. Hinc orta sunt cognomina, ut *illskelda* (malus poeta) Audunis, qui alterius versus intercalares furatus suo carmini immiscuerat (v. supra p. 406 cum adn. 1), ut skaldaspillir (poetarum corruptor) Eyvindi (v. supra p. 450—1). Imprimis

[1]) Scr. hist. Isl. III 229. 237.

[2]) Scr. hist. Isl. III 235.

videmus, poetas posterioris ætatis (sec. XII et XIII) superiorum voces et verba iterasse, ut Sturlam Thordi filium sæpius fecisse invenimus. Hinc concludi jam posse putamus, verisimilius esse, quia versus utrinsque carminis intercalares consimiles sint, diversorum poetarum fuisse, ut Rekstefjæ auctor potius ipsum Steinem Herdisæ filium hactenus imitatus sit. — Deinde nemo, speramus, negabit, Hallar-Steinem seculo XII. æque atque sec. XI. vivere potuisse, tametsi se ipse tertium præter Hallfredum et Bjarnium, qui de Olavo Tryggvii filio carmen composuerit. nominet, cum nemo, præter hos duos, seculo XI. regem Olavum, quantum compertum est, laudaverit. Quod vero ab historicis in enarrando ordine pugnæ Olavi ultimæ discedit, id nihil ad rem, de qua hic agimus; et plures de eadem re narrationes, et eo quidem facilius, quo longius temporis spatium interjectum est, existere potuerunt. Injuria certe miratur Egilsonius, poetam evasionem Olavi regis e pugna nullo verbo significasse. Intellectu enim, ut nos putamus, facile est. Noverat enim aperte poeta carmina Hallfredi ejusque de hac pugna relationem, et Hallfredus quidem nullus dubitavit, quin Olavus in pugna vitam amisisset[1]. Hanc igitur tam gravem auctoritatem Hallar-Steinn secutus, scilicet evasionem nullam significavit. Cæterum animadvertendum est, Hallar-Steinem re vera nusquam diserte dicere, Olavum in pugna Svöldrica cecidisse. Huic igitur rei nullum argumentum elici potest. Itaque nulli videre possumus, cur Hallar-Steinn cum Steine Herdisæ filio idem sit habendus. Multo magis nobis diversi videntur, cujus rei argumenta quædam afferre jam conabimur. Præter quæ de versibus intercalaribus jam diximus, primum voces quasdam et vocum formas ex Rekstefja, quæ inferioris ætatis, quam Steinis Herdisæ filii esse videntur, afferemus:

---

[1]) Vide Hkr. Ól. Tr. c. 120.

Skyrunn (str. 1.) forma dativi pro *skyrunni*.

sáði (str. 12.) pro vetustiore *seri (søri)*.

tjalls (str. 33.), quod cum sequenti *heilli* semiplenam efficit syllabarum harmoniam, pro vetustiore elocutione *tjalds*.

hótt (: *dróttir* str. 8.) et [*hóps*:] *drópu* (str. 35), pro *hátt* et *drápu*, immutationem vocalium præbent, qualem Steinis Herdisæ filii carmina nusquam exhibent, et quæ certo recentior est.

Adde quod totus tenor colorque poeticus Rekstefjæ recentiorem notam præbet, denominationibus nihil proprium vel singulare habentibus, quæ seculi XII. et etiam magis XIII. sunt. Et quoniam de denominationibus loquimur, notandum est, Eddam Lövasinam[1] semistropham Hallarsteinis citare talem:

Hart fló hvast um snertu
hregg magnaðisk bragna
b ó k a r s ó l þars búkar
benvargs hnigu margir.

Hic *bókar sól* [= *steinn* (nam eo nomine etiam color, quo literæ illuminantur, significatur)] lapis nominatur, quare, si hi versus vere Hallar-Steinis sunt, cui nihil repugnare videtur, firmissime demonstrant, eum seculi XII. posteriore parte aut seculo XIII. demum vixisse. Etiam Vigfussonius nuper docuit[2], Rekstefjam carminibus Einaris Skulii filii aliqua ex parte haud dissimilem esse; (cfr. verba „eu ek þagna", jam conticesco, in quæ Rekstefja et Radius Einaris desinunt). Cum hic postremo accedat, quod haud leve est, quod Snorrius semper Steinem Herdisæ filium nunquam Hallar-Steinem in historiis Haraldi severi et Olavi quieti, at in historia Olavi Tryggvii filii semper H a l l a r - Steinem,

[1]) Sn. E. (Ed. Egils.) p. 238.

[2]) Corp. poet. bor. II 294—5.

nunquam Herdisæ filio addito, nominat, idemque in Edda fit[1], omnibus his de causis statuendum putavimus, Hallar-Steinem et Steinem Herdisæ filium prorsus diversos fuisse, et illum sec. XII. ultimo fere vixisse, Carminibus igitur Hallar-Steinis hic nullus locus erit.

Carmina vero Steinis Herdisæ filii hæc sunt:

1. Nizarvisur, strophæ Nizicæ, carmen de pugna Nizica inter Haraldum et Sveinem an. 1062 facta, sine dubio eodem anno vel paulo post compositæ sunt. Verisimillimum est, hoc carmen Rec. nro. 83. significari[2]. Ex hoc carmine adhuc habemus:

1. Sagði hitt es hugði ...
2. Hætti hersa dróttinn ...
3. Vann fyr móðu mynni ...
4. Nýtr bað skjöldung skjóta ...
5. Undr es ef eigi kendu ...
6. Oss dugir hrafns ens hvassa ...
7. Eigi myndi undan ...[3]

2. Ulfsflokkr[4], carmen non intercalatum, sine dubio parentale, de Ulfo Ospaki filio, aulæ-magistro (vide stemma p. 608), gratia et affinitate cum rege familiarissime conjuncto. Ulfus juvenis in Norvegiam trajecerat,

---

[1]) efr. Sn. E. I 318. 408. 410.

[2]) efr. „Svá segir Steinn Herdísarson í Nizar vísum, er hann orti um Harald konung Sigurðarson". Fornm. XI 215.

[3]) „Svá sagði (segir) Steinn Herdisarson". „Steinn sagði ok (kveðr ok á . . . . í þessi vísu)". „Þessara orða Haralds konungs getr Steinn Herdísarson". „Svá segir Stúfr (skald)". Fms. perperam (str. 3. et 4.). Hkr. Har. harð. c. 63. 64. 65. Frís. 227. 228. Fagrsk. c. 191. Mork. 77. 78. 79. Flat. III 361. 362. 363. Fornm. VI 313. 315. 316. 317. XI 215.

[4]) „Svá segir Steinn Herdísarson í Ulfsflokki". Hkr. Har. harð. c. 38 fin.

seque ad partes Haraldi statim applicuerat, ut omnibus expeditionibus Haraldi orientalibus interesset et semper ejus fidelissimus satelles esset[1], sicut ipse rex testatus est, cum ad sepulcrum Ulfi, an. 1066 vere mortui, diceret: „hic jacet, qui probissimus omniumque domino suo fidelissimus fuit"[2]. Itaque hoc carmen, Rec. nro. 237 denotatum, an. 1066 compositum est. Unam stropham, hæsitanter tamen, ad hoc carmen rettulimus:

Hét á oss þás úti ...[3]

de pugna Nizica.

3. **Óláfsdrápa**, um Ólaf konung Haraldsson hinn kyrra, carmen intercalatum de Olavo rege quieto (1067—1093), verisimiliter an. 1070 aut paulo post compositum est, cum res regis gestæ, quæ commemorantur ultimæ, ante hunc annum evenerint. Versus intercalares divisi *(klofastef)* sunt:

ríklundaðr veit undir
sik beztan gram miklu
Óláfr borinn sólu.

ɔ: Olavus, fortis animo, scit se longe optimum regem sub sole natum esse. Ex hoc carmine (Rec. nro. 85), etiamnunc hæc supersunt:

1. Hás kveðk helgan ræsi ($\frac{1}{2}$...[4]
2. Ungr vísi lézk Úsu

---

[1]) cfr. Hkr. Har. harð. c. 9. 14. 38. 83.

[2]) Unam stropham Ulfi præbent Hkr. Har. harð. c. 82. Mork. 111. Flat. III 388. Fornm. VI 401.

[3]) „Svá segir Steinn". „Sem Steinn kvað". „Hann kvað". „Sem hér vísar til". Hkr. Har. harð. c. 63. Fris. 228. Fagrsk. c. 191. Mork. 78. Flat. III 362. Fornm. VI 314.

[4]) „Svá (sem) kvað Steinn Herdísarson". Sn. E. I 318. II 314. 527.

3. Fellu vítt um völlu (½. . .
4. Þjóð fórsk mörg í móðu . . .
5. Fylkir lét hin fljótu . . .
6. Austr helt Engla þrýstir . . .
7. Öll biðr Egða stillir . . .[1]
8. Veitk hvar Óláfr úti . . .
9. Gengu danskir drengir . . .
10. Sín óðul mun Sveini . . .
11. Enn at gerva gunni . . .[2]
12. Heldr síz hári foldu . . .
13. Lönd vill þengill Þrœnda . .
14. Her þengill gleðr hringum . . .
15. Gefr áttstuðill jöfra . . .
16. Hilmir gefr ok hjalma . . .
17. Óláfr gefr svát jöfra . . .[3]

Str. 1. ex primo carmine est, qua deum invocat poeta. Str. 2—6. de rebus in Anglia an. 1066, et reditu regis anno post agunt. Str. 7—11. apparatum bellicum adversus Sveinem Danorum regem describunt necnon pacem inter

[1]) „Svá (sem) segir Steinn (Herdísarson)". „Sem hér segir (í kvæðinu)". „Ok enn kvað hann (vísu)". „Þess getr Steinn Herdísarson". „Þessa vísu eðr drápu orti hann um Óláf son Haralds konungs, er sjá vísa (str. 4.) er inni" (Flat.). Hkr. Har. harð. c. 88. Frís. 244 (str. 4.). Fagrsk. c. 202. 216 (str. 4. et 7.). Mork. 113. 114. 121. 124. Flat. III 390. 391. 398. Fornm. VI 407. 408. 427. 428. 435. 436.

[2]) „Vísar Steinn svá til". „Svá segir Steinn". „Ok enn". „Svá segir Steinn Herdísarson (í Óláfsdrápu)". Hkr. Har. harð. c. 106. Frís. 254 (str. 10.). Fagrsk c. 216 (str. 10). Mork. 124. 125. Fornm. VI 436. 437.

[3]) „Þess minnisk ok Steinn". „Svá segir (þess getr) Steinn (Herdísarson)". „Ok enn kvað hann". „Svá sem Steinn skáld segir". „Þar víkr Steinn svá málinu í sinni drápu". Hkr. Ól. kyrr. c. 1. 10. Frís. 256. 260 I. Fagrsk. c. 216 (post. pars str. 12.). 217 (str. 13). Mork. 121. 124. 125. 129. 130. Flat. III 398 (str. 12.). Fornm. VI 438. 439. 441. 147. 448.

reges ictam. Str. 12—17. regem in universum laudant. Paulo aliter Vigfussonius[1] strophas, str. 16. omissa, digessit, sed de tali re nihil certi afferri potest. Nos, ut semper, strophas, annorum ordine observato, digessimus.

84. Arnórr jarlaskáld, vide supra sub nro. 67.

85. Steinn Herdísarson, vide supra sub nro. 83.

86. Atli litli. Hunc poetam omnino nescimus, neque verisimile est, eundem fuisse atque Atlium Sveinis filium, qui in Dania temporibus Valdemari I, an. 1158 fuisse dicitur[2]. Sec. Rec. composuit:

Kvæði um Óláf konung hinn kyrra, carmen de Olavo rege tranquillo, cujus nihil, quod sciamus, superest. Certe semistropha nobis servata est talis:

Öx rýðsk, eisur vaxa,
allmörg, loga hallir
hús brenna, gim geisar,
góðmennit fellr, blóði[3],

sed ad hoc carmen de Olavo non pertinet, cum nunquam tale facinus, quale hic commemoratur, Olavus patrarit, neque certum est, hunc Atlium eundem esse atque nostrum, quamquam verisimile videtur.

87. Vilborg skáld. De hac poetria Vilborga nihil nobis constat, nisi quod sec. Rec.

Kvæði um Óláf konung kyrra, carmen de Olavo rege tranquillo composuit.

---

[1]) Corp. poet. bor. II 223—7.

[2]) Fornm. XI 372.

[3]) „Sem Atli kvað". Sn. E. I 506—8. II 354 (½). 454. 537. 602.

88. Þorkell hamarskáld (cfr. 89. 238). Hujus poetæ origo et vita maxima ex parte, ut plurimorum aliorum, nobis plane ignota est, neque scimus, cur *hamarskáld* (poeta hamaris ɔ: mallei) cognominatus sit, utrum quia de viro, cognominato *hamarr*, carmen composuerit, an quia villam, nomine *Hamarr* (Rupes), habitarit[1]. Peregrinatus primum est in Norvegiam ante an. 1066, nam carmen de Eysteine orrio, qui hoc ipso anno unacum Haraldo severo cccidit, parentale fecit. Necesse igitur est, ut Eysteinem antea cognoverit. Deinde iterum aut fortasse tertium Magno nudipede regnante in Norvegiam trajecit, cum regem mortuum (an. 1103) carmine laudarit. Hinc concludendum est, Thorkelem verisimiliter grandævum esse factum. Cæterum de eo nihil nobis compertum est.

Carmina ejus sunt:

1. Erfikvæði um Eystein orra Þorbergsson, carmen de Eysteine orrio parentale, quod sine dubio fuit intercalatum. Hic Eysteinn ex nobili stirpe Arnungorum[2] fuit, filius Thorbergi Arnii filii, cujus filiam Thoram ipse rex duxerat. Itaque Eystein fuit Haraldi fidelissimus satelles eique acceptissimus[3]. Eystein regem in Angliam an. 1066 secutus, cum fortissime pugnasset, ut impetus ejus, *orrahríð* dictus, in proverbium abiret,

---

[1]) Notandum est, duas tantum hoc nomine villas, alteram in Myris, alteram in Eyjafjordo, hic in censum venire posse. (Vide Kälund: Hist.-top. beskr. af Island). Hanc Thorkel quidam in Vita Viga-Glumi (c. 14. Ed. 1880 in Ísl. fornsögur I) c. an. 980—1000 habitasse dicitur, ut ejus nepos aut potius pronepos ipse Thorkel hamarskald esse potuerit. Ex Vita Gislii Sursonii, cognovimus, Arium, fratrem ejus, illam in Myris villam emisse, qua in gente nomen Thorkelis etiam invenitur. Ita fieri potest, ut poeta noster alterius utrius fuerit gentis.

[2]) De qua in universum consule Fagrskinnam c. 215 et Hkr. Ól. helg. c. 116.

[3]) Vide Hkr. Har. harð. c. 90.

occubuit[1]. Post hunc igitur annum carmen de eo, quod Rec. nro. 238 significatur, à Thorkele compositum est, nam hujus pugnæ mentionem in carmine factam esse novimus[2]. Cæterum totum, quod sciamus, carmen intercidit.

2. Kvæði um Óláf konung kyrra, carmen de Olavo rege quieto, Rec. nro. 88. notatum (cfr. adnot. ad nomen). Haud dubitamus, quin recte fiat, ut huic poetæ tale carmen tribuatur, nam hoc rege regnante ipse floruit, et nihil verisimilius esse videtur, quam ut in Norvegia poeta commoratus sit, cum Olavus domum ex Anglia rediit (an. 1067), carmineque mox regem, omnibus acceptum, laudaverit, sed totum periit.

3. Magnússdrápa, carmen intercalatum in honorem Magni regis nudipedis (1093—1103) compositum parentale, Rec. nro. 89. notatum. Ex hoc carmine adhuc habemus[3]:

1. Vítt dró sínar sveitir ...
2. Orð frák Agli verða ...
3. Vestr lét varga nistir (½ ...
4. Dunði broddr á brynjur ...
5. Hraustr lét Elfi austar ...
6. Uppgöngu réð Yngvi ...[4]

---

[1]) Hkr. Har. harð. c. 97.

[2]) „oc þess getr Þorcell hamarscalld er hann orti vm Eystein orra". Mork. 120. Flat. III 396, quo loco *Ketell* nomen scribitur.

[3]) Corp. poet. bor. II 245—6.

[4]) „Þess getr (Svá segir) Þorkell hamarskáld (í Magnúsdrápu)". „Þessa hernaðar getr Þorkell hamarskáld í Magnúsdrápu". „Þetta kvað Þorkell hamarskáld um þenna bardaga". „Svá segir skaldit". „Ok enn var þetta kveðit" et al. sim. Hkr. Magn. berf. c. 4. 6. 11. Fris. 262. 265. 269. 271. 274. Fagrsk. c. 225. 227. 231. Mork. 131—2. 135. 143. 145. 149. 155. Fornm. VII 5. 13. 40. 46. 53. 71.

Str. 1—2. de rebellione adversus Magnum regem (an. 1095) et auctoribus puniendis agunt. Str. 3—4. militiam per Hebúdes insulas et cædem Hugii dynastæ æstate an. 1097 describunt. Str. 5. de militia regis in Gotlandia an. 1099. Str. 6. ultimam regis in Hibernia pugnam an. 1103, in qua cecidit, exponit. — Codex Frisianus[1] præterea huic carmini sex strophas, quæ in omnibus cæteris libris Björnis krepphendi dicuntur esse, tribuit, idqud aperte verius habendum est. Vigfussonius etiam huic carmini stropham quandam, cui nullus poeta in libris præscribitur, adnumerat.

4. Semistropha quædam, metro antiquo, talis nobis servata est:

Mér réð senda
of svalan ægi
Völsunga niðr
vápn gollbúin[2]

i. e. rex mihi trans mare arma auro obducta misit. Hic aut de Olavo quieto aut de Magno nudipede sine dubio agitur, et, ut nos putamus, potius de illo. Nisi sit solitaria, quod minus probamus, carmini videtur parentali tribuenda. Fortasse Olavus ei in Islandiam arma miserat, cujus doni in carmine regis mentionem fecit. Ita hæc semistropha ex carmine 2. esset. Sed certum tali de re affirmare non licet.

89. Þorkell hamarskáld, vide sub proximo nro. (88).

---

[1]) vide pag. 268. 269. 270.

[2]) „Sem kvað Þorkell Hamarskáld". Sn. E. I 526. II 344 (quo loco prave Arnori tribuitur) 463. 542. 608. Corp. poet. bor. II 246.

90. Ívarr Ingimundarson (cfr. 96. 101. 107). Ivar Ingimundi filius „vir Islandus, sapiens, nobili loco natus, poeta" fuisse dicitur[1]. Secundum bellam narratiunculam de hoc poeta et rege Eysteine (l. c.) novimus, Ivarem fratrem habuisse, nomine Thorfinnum, qui fratris honori gratiæque apud regem invideret. Huic, in Islandiam reversuro, Ivar negotium, ut fertur, dedit, ut mulieri, Oddnyæ Jonis cujusdam filiæ, quam magnopere adamaverat, salutem nunciaret, ab eaque peteret, ut innupta se opperiret, quia ejus amore summo captus esset. At frater infidus, nullo de Ivaris amore verbo facto, ipse mulierem ambiit et duxit. Jam Ivar, cum domum mox revertisset, re comperta mærore gravissimo afflictus, iterum se ad regem contulit, ab eoque solatium accepit. Cæterum nihil, quod poetæ gentem aut vitam aperiret, nobis invenire contigit. Tantum dicere licet, eum Eysteine aut jam Magno nudipede regnante in Norvegiam venisse, deinde, cum in Islandiam amorum causa revertisset, in Norvegiam c. an. 1015 rediisse, totamque vitam reliquam hic transegisse. Post an. 1139, quo anno Sigurdus slembidiaconus occisus est, mortem obiit, nam de hoc rege carmen parentale composuit, quod adhuc maxima ex parte servatum est.

Carmina ejus, quæ novimus, sunt:

1. Kvæði um Magnús konung berfœtt, carmen de Magno rege nudipede (mort. an. 1103), quod fortasse parentale fuit.

2. Kvæði um Eystein konung Magnússon, carmen de Eysteine Magni filio (mort. an. 1122), quod prius compositum est, quam sequens de Sigurdo rege.

---

[1]) Hkr. Sig. Eyst. Ól. c. 18. Fris. p. 289—90, cfr. Mork. 167—8. Fornm. VII 103—4.

3. Kvæði um Sigurð Jórsalafara, carmen de Sigurdo rege Hierosolymipeta (mort. an. 1130).

Hæc tria carmina, Rec. nris. 90. 101. 96. designata, quod sciamus, deperdita sunt omnia.

4. Sigurðar bölkr slembidjákns, carmen metro antiquo de Sigurdo rege, slembidiacono cognominato, qui an. 1139 cruciatus interfectus est[1]. Hujus carminis, quod versibus intercalaribus caret, adhuc longe maxima pars superest[2]:

1. Óx í œsku
við Aðalbrikti
2. Var með jarli ...
3. Sótti síðan ...
4. Þótti dýrum ...
5. Ól hertogi ...
6. Bar Sigurði (½ ...
7. Háði hilmir (½...[3]
8. Vann Róms götu ...
9. Sótti breiða ...
10. Gerðu skýrslu ...
11. Létu síðan ...
12. Helt snart konungr (½...
13. Tóku síðan ...
14. Risu við vísa ...
15. Drifu til reipa ...
16. Skók veðrvita ...
17. Sér framliga (½...
18. Hratt hvast skipi ...
19. Mœtti Vinðum (½...

---

[1]) Vide ejus vitam Hkr. Magn. bl. Har. gill. c. 14—18 et Ingi ok br. hans c. 1—12. Mork. 201—22. Fornm. VII 327—54. Fagrsk. c. 255—260.

[2]) Corp poet. bor. II 261—6.

[3]) Fortasse hæ duæ semistrophæ unam integram efficere debent.

20. Hrauð ungr konungr (¾...
21. Enn lét aðra ...
22. Vann í Elfi ...
23. Vann leyfðr konungr ...
24. Helt á Lista ...
25. Dreif til skógar ...
26. Fátt eitt fylgir (½...
27. Þann vetr inn næsta ...
28. Þat vas it næsta (½...
29. Mœtti síðan ...
30. Veitti vísi ...
31. Mœtti Finni ...
32. Vann fyr Mœri ...
33. Herskildi fór (½...
34. Sjá knátti þar ...
35. Fýstisk sunnan ...
36. Helt þrim togum ...
37. Fóru leyfðir ...
38. Hraut í stöngum ...
39. Stunðu seggir ...
40. Flugu hundruðum ...
41. Flýðu Jótar ...
42. Hrauðsk und jöfri ...
43. Varð á vatni (½ ...
44. Þat telk illa ...
45. Söng salltara ...
46. Frák at léti ...[1]

---

[1]) „Svá segir Ívarr Ingimundarson (í Sigurðarbelki)". „Sem skalldit sagþi". „Svá segir Ívarr (skalld)". „Ok enn (sagði kann)". „Sem segir í kvæðinu". „Þetta montu heyrt hafa kveðit" etc. Hkr. Magn. bl. Har. gill. c. 14. 18. Ing. & br. c. 6 (str. 10. 13. 26.). Fagrsk. c. 255. 256 (str. 10. 13.). Frís. 322. 325. 328. 329. 330 (str. 10. 13–15. 17. 18. 22. 24–26.). Mork. 202. 203. 204. 207. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 217. 218. 220. 221. Fornm. VII 200. 205. 216. 327. 328. 329. 334. 339. 340. 341. 343. 344. 345. 348. 349. 351. 352. 353.

Argumentum stropharum huc transcribatur, non necesse est, cum nihil nisi vita ipsa Sigurdi sit. Hoc carmen, Rec. nro. 107 denotatum, sine dubio an. 1140 compositum est.

Non potest fieri, quin Ivar, amoribus castis tam deditus, carmen amatorium vel strophas amatorias de muliere amata composuerit, sed hac de re nihil diserte nobis relatum est.

91. Halldórr skvaldri, vide supra sub nro. 28.

92. Björn krepphendi, Björn incurvimanus, poeta Magni nudipedis nobis genere et vita tota ignotus est, nisi quod conjicere licet, eum ante et post an. 1100 vixisse apudque regem aliquamdiu commoratum esse. Cognomen ejus cum omnibus fere locis *krepphendi* scribatur, nullam causam videmus justam, cur Vigfussonius testimonium solius Recensus A omnibus cæteris prætulerit, *kreppilhendi* scribens[1], quæ forma nihilo correctior neque sensu perlucidior est.

Ex Recensu scimus Björnem fecisse:

Magnúsdrápa, carmen intercalatum de Magno nudipede. Post an. 1097 compositum est. Strophæ, quæ adhuc servantur, sunt:

1. Vítt lét Vörsa dróttinn ...
2. Snarr rauð Sygna harri ...
3. Víkinga lætr vengis (½...
4. Hrafngreddir vann brædda ...[2]

---

[1]) Corp. poet. bor. II 243.

[2]) „Svá segir Björn inn krepphendi (í Magnúsdrápu)". „Þess getr hann ok". „Aftöku Þóris getr Björn inn krepphendi". „Svá segir Þorkell (hamarskáld)" (Frís., pravissime, qui Björni duas solas strophas 8. et 9. tribuit, alias Thorkeli hamarskald, vide supra p. 618). Hkr. Magn. berf. c. 3. 6. 7. (str. 3. om.).

5. Lék um Ljóðhús fikjum ...
6. Hungrþverrir lét herjat ...
7. Vítt bar snjall á slétta ...
8. Hætt vas hvert þats átti ...
9. Lífspelli réð laufa ...[1]

1. str. de militia regis in Hallandia an. 1095 agit. Str. 2—4. de rebellationis auctoribus quibusdam punitis, quæ res eodem anno facta est. Str. 5—9. militiam regis in Hebudibus insulis et in Scotia an. 1097 describunt.

93. Bárðr svarti, Bardus niger, quia de Magno nudipede carmen composuit, necesse est ante et post an. 1100 vixerit. Jam si animadverterimus, etiam inveniemus Bardum nigrum de Selardalo, in parte Islandiæ occidentali, sæpius nominari. Hic fuit filius Atlii cujusdam, quem Magnum bonum, cum in Dania adversus Venedos militaret, secutum esse scimus[2]. Hinc jam concludendum est, filium ejus c. an. 1100 ipsum floruisse. An. 1021 pro partibus Thorgilsis Stadarholensis, cum hic simultates cum Haflidio Maris filio exerceret, hunc stetisse in historia Sturlungorum legimus[3]. Jam cum nomen et cognomen eadem sint, temporis ratio optime conveniat, nihil repugnat, quominus eosdem fuisse Bardum nigrum Recensus et Bardum nigrum Atlii filium arbitremur. Itaque viris doctis adhuc placuit, ut J. Sigurdsonio (in scidulis). Posthac nemo, ut putamus, huic sententiae obnitetur. Rati-

---


Frís. 268. 269 (str. 4. om.). Mork. 142. 143 (str. 4. om.). Fornm. VII 4. 14 (str. 3. sub contextu). 14—5.

[1]) „Svá segir Björn krepphendi". „Sem Björn (hér) segir". „Þessar orrostu getr Björn". „Ok enn segir hann". Hkr. Magn. berf. c. 9. 10. 11. Frís. 269. 270. 271. Mork. 143. 144. 145. Fornm. VII 41—2. 42—3. 45—6. Corp. poet. bor. II 243—4.

[2]) Hkr. Magn. góð c. 29.

[3]) Sturlunga (1818) I 38—42. (1878) I 31—34.

onem genealogicam Bardi ex *Libro* originum et Vitis episcoporum et Sturlunga videmus esse talem:



Hinc videmus, verum esse, quod Bardus „vir nobilis" appellatur[2]. Stirps ejus maxima fuit et permultos viros, qui dignitatem honoresque adepti sunt, habuit. Ipse Bardus auctoritate summa, quoad vixit, usus grandis natu mortem demum obiisse videtur. De ingenio ejus et arte poetica nihil nobis constat, nisi quod sec. Recensum

Kvæði um Magnús berfœtt, carmen de Magno rege nudipede composuit, cujus ne minima quidem vestigia jam extant. Sed hinc concludere possumus, Bardum veri-

[1]) Land. P. II c. 25. 26. Bisk. I 639. Sturl. (1818) I 51—2. (1878) I 192. Quod uxor Bardi in Thordi hredæ vita fin. (Nord. Oldskr. XXVII, 105) *Margret* vocatur, id ad rem non attinet, cum hæc vita ficticia sit, nisi forte secunda ejus fuit uxor, quod, cum tot liberos habuerit, verisimile videri potest.

[2]) Sturl. I 51. (1878) I 192.

similiter ante an. 1103 in Norvegiam peregrinatum regi ipsi carmen recitasse.

94. Gísl Illugason[1]. Hic poeta pronepos fuit Tindi poetæ Hallkelis filii (sub nro. 163) e Gilsbekkingorum familia, vide rationem genealogicam supra p. 313[2]. Mater ejus fuit Thorkatla Skeggii filia de Kambio in Breiduvika, quæ est regio in parte Islandiæ occidentali[3]; de matris majoribus consule Librum originum[4]. Natus est an. 1079 secundum rationem Munchianam[5], cum septendecim annorum esset, cum patrem ulcisceretur, quod factum est hieme 1096—7. Pater ejus a Norvego quodam Gjafvaldo, filio sex annos nato, an. 1085 interfectus est[6], Septendecim annos natus in Norvegiam peregrinatus est, ut patris occisorem Gjafvaldum, qui tunc summo honore apud Magnum regem nudipedem aulicus vixit, interficeret. Cum Nidarosiae, ubi apud colonum quendam moratus est, Gjafvaldum tandem per insidias interfecisset, in fuga captus et in carcerem conjectus est. Eo tempore multi Islandi nobiles Nidarosiae fuerunt, qui cum rem audissent, statuerunt, Gislem, juvenem nobilem fortemque servare conari, quod etiam, carcere effracto, viro educto, iis contigit. Hac super re Magnum regem vehementi ira incensum Gisl ita placavit, ut, carmine in regis honorem recitato, caput ei suum offerret; rex ei condonavit et eosdem honores, quibus Gjafvaldus functus erat, Gisli detulit[7]. Anni ejusdem æstate cum Magno expedi-

---

[1]) Nomen jam *Gisl* jam *Gils* jam *Gísli* in libris scribitur, sed rectissime *Gísl*.

[2]) cfr. Corp. poet. bor. II 2.

[3]) Kålund: Hist.-top. beskr. af Isl. I 412—18.

[4]) Landn. P. II c. 8.

[5]) Det norske Folks Hist. II 504 adn.

[6]) Fornm. VII 38. Landn. P. II c. 8.

[7]) Bellam hac de re narrationem lege in Fornmannasögur VII

tionem in Hebudes faciente Gisl profectus est[1]. Postea apud regem vixit usque ad annum 1103, cum, si Vitæ Jonis episcopi credere possumus, Magnum in Hiberniam secutus est[2]. Dicitur Gisl princeps fuisse obsidum, quos Magnus dedisse regi Myrkjartano (aut Myrkjartako) fertur, et re vera in historia Magni de fœdere inter reges, qualecumque fuit, agitur[3]. Quod cum fœdus Magnus aliquo modo rupisset, rex Myrkjartanus obsides non, quod jure potuit, interfecit, sed servatos liberaliter dimisit. Deinde Gisl domum in Islandiam se contulit, ubi magni æstimatus senex tandem defunctus est. Quoquo modo res se habuit, pro certo haberi potest, Gislem apud Magnum regem nudipedem fere usque ad cædem ejus (an. 1103) vixisse, brevique post in Islandiam rediisse. Nunquam postea verisimiliter peregrinatus est, cum nullum carmen ejus, nisi de Magno, commemoretur. Filius ejus Einar nominatur, de quo nihil scimus, sed certo fuit vir insignis, cum ejus vita prolixa memoretur[4]. Poeta seculi tertii decimi *Einar Gilsson* ab hoc Einare oriundus fuisse creditur[5].

Carmina Gislis, quæ nobis innotuerunt, sunt:

1. Kvæði um Magnús konung berfœtt, carmen de Magno nudipede, quod composuit an. 1097 vere; cum enim coram rege staret, et de capite ejus ageretur, postquam de cæde patris a Gjafvaldo patrata exposuit, „carmen, inquit, in laudem tuam composui, quod audias velim". Quod cum rex ei tribuisset, carmen optime recitavit, sed virtutis poeticæ haud magnæ fuisse dicitur[6], et

---

29—40. Bisk. I 221—227, ubi paulo secus, et quædam incredibilius quidem narrantur.

[1]) Fornm. VII 40.

[2]) Bisk. I 227.

[3]) Hkr. Magn. berf. c. 25. 26.

[4]) Bisk. I 227. cfr. Landn. P. II c. 8 (p. 87 adnot. 11).

[5]) Bisk. ibid. adnot. 1.

[6]) Fornm. VII 38: „en kvæði hefi ek ort um yðr . . . en ekki var þar mikill skáldskapr í því kvæði".

fieri potest, ut hoc carmen ex tempore composuerit. Penitus deperditum est.

2. Erfikvæði (kviða) um Magnús konung berfœtt, carmen de Magno nudipede parentale, Rec. nro. 94 insignitum, sine dubio paulo post mortem Magni compositum est, neque, ut nonnulli putant[1], post an. 1126 demum, quod Haraldus, cujus bis in carmine „propinquus" Magnus vocatur, Haraldus ille gillius sit, qui hoc anno in Norvegiam, regno potiturus, venerit. Sine dubio Haraldus rex severus, avus Magni, intellegendus est; nam mirum est, primum quod poeta regem „propinquum", non „patrem", Haraldi vocaverit, ut „patrem Eysteinis" (str. 20.) et „patrem Sigurdi" (str. 19.); deinde merito dubitandum est, an poeta Haraldum gillium, qui omnibus invisus venit et omnibus odio erat, filium Magni omnino agnoverit. Adde quod Magnus avi sui simillimus animositate et bellica laude videbatur, ut summo jure inter se jam antiquitus compararentur[2]. Hinc jure concludendum est optimo, Haraldum severum, avum regis, utrobique, non Haraldum gillium significatum esse. Ita fit, ut nihil repugnet, quominus carmen, quod prorsus etiam verisimillimum est, paulo post cædem Magni factum sit.

Ex hoc carmine, metro antiquo composito, adhuc viginti strophæ supersunt:

1. Ungr framði hann sik ...
2. Ýtti ór Osló ...
3. Sjá knátti þá ...
4. Átti hilmir ...
5. Raufsk við róstu ...
6. Hyrr sveimaði ...
7. Sættisk síðan ...
8. Gramr vann gervan ...

---

[1]) Vide Udsigt etc. p. 129.

[2]) Hkr. Magn. berf. c. 7 fin.

9. Tók fyr Skíði ...
10. Ættlöndum vann ...
11. Háðum hildi ...
12. Margan höfðu ...
13. Böðkennir skaut ...
14. Höfðu seggir ...
15. Vágr þrútnaði ...
16. Blár ægir skaut ...
17. Framðisk síðan ...
18. Reið folkhvötuðr ...
19. Helmerki blés ...
20. Fylgðak frœknum ...[1]

Str. 1—8. rebellionem adversariorum regis eorumque supplicia an. 1095 describunt. Str. 9—16. de expeditione regis in Hebudes et Orcades redituque an. 1097—8 agunt. Str. 17—20. de bello ejus cum Suionum rege an. 1099—1100. Nulla stropha exstat de ultima in Hiberniam expeditione! An quia poeta, obses apud Myrkjartanem retentus, apud Magnum non fuit, itaque quæ ipse non viderat referre noluit?

3. Lausavísa, stropha solitaria una nobis conservata est, quam, cum carcer effringeretur putaretque poeta, regios milites venisse, se ad supplicium regis jussu educturos, composuit, quamque, quia pulcherrima est, huc transscribemus:

Kátr skalk enn, þótt ætli
aldrán viðir skaldi
[jarn taka oss at orna]

[1]) „Svá segir Gisl (Illugason)". „Þess getr (ok) Gisl (Illugason)". „Sem hann (ɔ: Gisl) kvað". Frís. 262. 263. 265. 270. 271. 272. 274 (str. 8. om.). Mork. 132. 133. 136. 144. 145. 146. 147. 150. Fornm. VII 6. 7. 8. 9. 15. 16. 43. 44. 45. 46.—7. 49. 51. 53. 57—8. 58. Corp. poet. bor. II 240—243.

undateins [at beinum].
Hverr deyr seggr, en, svarri,
snarts drengskapat hjarta;
prúðr skalk enn í óði
eitt sinn á þrek minnask.[1]

95. Einarr Skúlason, vide supra sub nro. 27.

96. Ívarr Ingimundarson, vide supra sub nro. 90.

97. Halldórr skvaldri, vide supra sub nro. 28.

98. Þórarinn stuttfeldr. Hic Thorarin Islandus fuit natione, qui Sigurdo et Eysteine adhuc regnantibus in Norvegiam, iter sacrum Romam facturus, trajecit. Nonnulli putant, post mortem Eysteinis (an. 1122) hoc accidisse, sed cum in omnibus libris, antequam mors regis refertur, commemoretur, ideo potius credimus, antea factum esse. Aetate provectus Thorarin fuisse videtur, nam vocatur *karl*, quod, cum virum communiter significet, hic tamen vir major natu certo est. De ejus adventu in Norvegiam et receptione regis relatum est in regum libris[2]. Videtur ex parte occidentali Islandiæ oriundus fuisse, nam apparet, eum Arnium fjöruskeifum poetam esse scire, qui antea expeditioni Sigurdi in Orientem interfuerat et an. 1117—18 Stadarholi apud Thorgilsem Oddi filium fuerat, ut Thorarin famam de eo facile eo tempore audierit. Hinc fortasse evinci potest, Thorarinem c. 1120 in Norvegiam trajecisse. Cognomen *stuttfeldr* (brevipellis) accepit etiam hoc tempore, quia tunica curta indutus erat, cum Sigurdum regem primum convenit. Præter strophas solitarias in aula regia

---

[1]) „Hann kvað þá vísu þessa". Fornm. VII 35. Bisk. I 222. Corp. poet. bor. II 243.

[2]) Hkr. Sig. Eyst. Ól. c. 29. Fris. 298—300. Mork. 188—9. Fornm. VII 152—55.

fusas, quæ ingenium spirant satiricum, carmen regi recitavit, pro quo grandem pecuniam accepit[1]. Deinde iter Romam fecit, sed de hoc et reditu ejus reliquaque vita nihil constat.

Carmina ejus fuerunt:

1. Stuttfeldardrápa, carmen Stuttfeldianum intercalatum de Sigurdo rege Hierosolymipeta, c. an. 1120 compositum[2]. Hoc carmen metro, quod vocant productum, *(toglag)* compositum est; vide Clavim metricam str. 68. sequ[3]. Versus, quos carmen habuit intercalares, nullos habemus. Strophæ servatæ hæ sunt:

1. Dreif til handa ...
2. Svá kom fylkis ...
3. Óðu at Engla ...
4. Bauð gramr guma ...
5. Ey mun uppi ...
6. Varðir Hörða ...
7. Herr hauksnörum ($\frac{1}{4}$...[4]

Omnes strophæ de expeditione regis orientali agunt.

---

[1]) Hkr. Sig. Eyst. Ól. c. 29 fin. Frís. 300. Mork. 189. Fornm. VII 155.

[2]) „Síðan gekk Þórarinn fyrir konung, ok segir, at hann hefir drápu ort um hann . . . ok er þat kölluð Stuttfeldardrápa”. Hkr. Sig. Eyst. Ól. c. 29. Frís. 300. Mork. 189. Fornm. VII 154.

[3]) Sn. E. I 681—3

[4]) „Svá (Enn) segir Þórarinn (stuttfeldr)”. „Svá segir Þorvalldr blavndoskálld” (Mork. prave de str. 2. et 3.; quæ etiam str. 4. Haldori skvalldrio tribuere videtur). „Sem skalldit segir” (præ str. 7). „Þess getr Þórarinn”. Hkr. Sig. Eyst Ól. c. 3. 6 (str. 2. et 4.). Frís. 281. 284 (item). Mork. 157. 162. 166 (om. str. 5. et 6.). Fornm. VII 75. 76. 77. 83. 92. 99. Corp. poet. bor. II 250—251. Unam str., quæ Haldoris skvaldrii est, falso Vigfussonius his strophis inculcavit, ultima omissa.

2. Lausavísur, strophae solitariæ tres nobis servatæ sunt:

1. Cum ad regem poeta venisset, et rex, quis senex iste esset, interrogasset, stropha, quæ ita incipit, respondit:

Hykk at hér megi þekkja ...[1]

2. Cum rex eum crastino die mane ad se venire jussisset, et Thorarin ad fores regis venisset, occurrit ei vir cornu manu tenens, qui: „nuntiat, inquit, tibi rex, si donum quoddam speraveris accipere, ut stropham de Hakone Serki filio, mörstruto cognominato, (famosum scilicet) fundas. Hic vir fuit Arnius fjöruskeifus. Deinde Thorarin ante regem astans stropham fudit:

Þú vændir mér Þrœnda ...[2]

3. Hoc vero Arnius, Haconi invidens, finxerat, itaque Thorarinem pro ludibrio habuerat, quod cum hic cognovisset, ut Haconem placaret, ad Arnium, ubi sedit, prodiit et stropham de eo acerbam fudit:

Fullviða hefr frœðum ...[3]

qua cavillans commemorat, Arnium, cum Sigurdo militantem, vix unam corniculam pavisse, aquilæque merdum (i. e. carmina mala) multifariam calumniantem effudisse. Sed Arnius ita succensuit, ut prosiliret, poetam interfecturus, quod facinus impeditum est. — Hinc videmus Thorarinem satis facile versus ex tempore lepidos composuisse.

---

[1]) „Karl gekk fram ok mælti". Hkr. Sig. Eyst. Ól. c. 30. Frís. 299. Mork. 188. Fornm. VII 152. Corp. poet. bor. II 251.

[2]) Hkr. ibid. Frís. ibid. Mork. ibid. Fornm. VII 153. Corp. poet. bor. II 252.

[3]) Hkr. ibid. Frís. ibid. Mork. 189. Fornm. VII 154. Corp. poet. bor. II 252.

99. **Þorvaldr blönduskald.** De vita hujus poetæ omnino nihil scimus, nisi quod ex una ejus semistropha concludere possumus, eum Sigurdo regnante in Norvegia aliquod temporis spatium fuisse. Neque cur suum cognomen acceperit constat. *Blanda* serum lactis, aqua mixtum, significat, quod qui hic in censum venire possit, non facile est intellectu. Verisimillimum autem nobis videtur, cognomen fuisse viri principis, de quo quia carmen Thorvaldus composuerit, ideo Blandæ poeta vocatus sit, præsertim cum tale cognomen satis ridiculum videretur necesse esset. Et invenimus in historia Sverreris[1] virum, nomine Brynjolfum blandam, filium Eindridii, commemorari interfectum esse an. 1180, de quo temporis ratio cogitare fortasse vetat, sed, si Thorvaldus c. 1150 adhuc vivere potuit, nihil huic rei obstat.

Carmina ejus fuerunt:

1. Kvæði um Sigurð konung Jórsalafara. Carmen de Sigurdo rege Hierosolymipeta, ante an. 1130 certo compositum, cum regem ipsum poeta allocutus sit in carmine, Rec. nro. 99 significatum. Ex hoc carmine duæ semistrophæ sine dubio sunt:

1. Konungr heill ok svá snjallir (½...
2. Gollstríðir verpr glóðum (½...[2],

quarum prior ex primo carmine aperte est, qua poeta regem salutat; posteriore regem in universum laudat.

2. Kvæði um (Brynjolf??) blöndu, carmen de (Brynjulfo?) blanda, quo de carmine nihil satis constat. Fortasse ex hoc est semistropha:

---

[1]) Fornm. VIII 119—20.

[2]) „Sem (Svá) kvað Þorvaldr blönduskáld". Sn. E. I 456. 408. (II 323. 434. 534. 583). Corp. poet. bor. II 250.

Nú hefk mart ($\frac{1}{2}$ ...[1],

quæ metro, quod kviðuháttr (metrum melicum) vocant, composita est; ea poeta se multa poesi jam ante inclusisse dicit, unde apparet, ex longiore carmine esse, et postrema quidem ex parte.

Injuria, ut paulo antea docuimus, huic poetæ duæ strophæ ex Stuttfeldardrapa Thorarinis in Morkinskinna (pag. 157) tribuuntur.

100. Árni fjöruskeifr. Hic vir fuit natione Norvegus, quod inde apparet, quod Thorarinem brevipellem, cum ad Sigurdum c. an. 1120 (vide paulo antea, sub nro 98) venisset, Islandum appellat, quod vix fecisset, se ipse Islandus fuisset. E stropha Thorarinis supra memorata scimus, Arnium expeditioni Sigurdi orientali interfuisse, eademque res in Sturlungorum historia commemoratur[2]. Hiemem 1117—18 in Islandia mercaturæ causa commoratus hospitio Thorgilsis principis Stadarholensis usus est[3]. In Norvegia vitam reliquam, quam ignoramus, degit. Poeta haud lepidus fuisse videtur, si quidem verum est, quod Thorarin ei stropha sua objecit, eum „merdum aquilæ" effudisse. Sec. Rec. composuit:

Kvæði um Sigurð konung Jórsalafara, carmen de Sigurdo rege Hierosolymipeta, quod totum deperditum est.

101. Ivarr Ingimundarson, vide supra sub nro 90.

102.
103. } Einarr Skúlason, vide supra sub nro 27.

---

[1]) „Svá kvað Þorvaldr blönduskáld". Sn. E. I 244. II 305. 520.

[2]) Sturlunga (1818) I 16. (1878) I 14.

[3]) ibidem I 16 cfr. 18. (1878) I 15.

104. Halldórr skvaldri, vide supra sub nro. 28.

105. Hallr munkr. De hoc Hallio monacho nihil constat, nisi quod seculo XII. fere medio vixit, cum de Haraldo gillio († an. 1136) carmen fecerit. Sine dubio idem est, atque Hallius monachus, quem Vita Olavi sancti brevior[1] narrat duos viros, alterum a Thora Gothormi filia, alterum a Venedis an. 1052, cruciatos lingua exsecta, ab Olavo sancto sanatos vidisse. Idem atque Hallius Snorrii filius (sub nro. 119) esse non potest, quia tum mirum esset, hunc nunquam „monachum", quod illius fuit cognomen usitatum, neque Hallium monachum unquam „Snorrii filium" vocatum inveniri. Neque conjecturam J. Thorkelsonii probandam[2] esse putamus, secundum quam Hallius noster idem fuerit atque Hallius abbas Rafnis filius, et simili quidem de causa. Nunquam ille „abbas", nunquam hic „monachus", ne poeta quidem, vocatur, quod rem dirimit. Rursus idem verisimiliter fuit atque Hallius monachus, cujus a Finno Joannæo mentio tantum facta est[3], „doctrinae pariter ac poeseos laude" clari.

Ex Rec. scimus Hallium monachum

Kvæði um Harald gilla, carmen de Haraldo gillio ante an. 1136, nisi parentale fuit, composuisse, cujus nulla vestigia adhuc exstant, nisi forte una semistropha in Edda Snorrii, quam libentius Hallio Snorrii filio tribuemus.

106. Einarr Skúlason, vide supra sub nro. 27.


107. Ívarr Ingimundarson, vide supra sub nro. 90.

108. Einarr Skúlason, vide supra sub nro. 27.

---

[1]) Ólafs s. helga 1849 c. 119. Maurer: Altnord. spr. 75.
[2]) Safn til sögu Íslands I 182-3. cfr. p. 172.
[3]) Historia ecclesiastica I 216.

109. **Þorvarðr Þorgeirsson** (cfr. 217, adn.). Hic poeta ex antiqua nobili gente oriundus fuit, ut ex genealogia videre licet tali:



Thorvardi pater, Thorgeir, dives, sapiens, qui consulentibus salubria consilia daret, suæ gentis princeps fuisse fertur[2]. Ejus filius Thorvardus natus est an. 1141. Apud parentes educatus est, usque dum una cum fratre Ario Hvammum ad Sturlam, qui ejus sorori nupserat, se contulit fere an. 1157. An. 1158 cum aliquando domum equitaret, ex equo dejectus pede sauciatus Tungam, ubi habitabat Ingvelda Thorgilsis filia, viduata, delatus est.

[1]) Vide Landn. P. III c. 16. Sturl. I 107 seqq. (1878) I 87 sqq. Bisk. I 407 sqq.

[2]) Bisk. I 407 adnot.

Cum ibi diu moraretur, amorem mutuum conceperunt, quæ res mulieris propinquis magnopere displicuit. Vere post (an. 1159) domum ad patrem revertit, et illa, partu edito, habitum virilem induta se ad Thorvardum contulit, quo facto ambo in Norvegiam trajecerunt, cum ille fuit duodeviginti annos natus. De litibus inter Einarem, fratrem Ingveldæ, et Sturlam, affinem Thorvardi, hinc ortis, librum ipsum consulas velimus[1]. — Cum in Norvegiam venissent, Ingveldam hospitio Gregorius ipse Dagi filius recepit; Thorvardus aulicus Ingii regis factus, apud eum gratus vixit, quoad rex interfectus est, an. 1161. Jam de Ingvelda nihil amplius scimus. Ille vero domum in Islandiam an. 1161 revertit professus, se, Ingio mortuo, nulli regi officia aulica præstiturum esse. Haud dubie non multo postea, cum a peregrinationibus, ut libri dicunt, destitisset, uxorem duxit Herdisam Sighvati filiam[2]. Postea jam Hvassafellii (1168—1171), jam Halsii [1171—1185 (?)], jam Mödruvallis (c. an. 1190) habitavit[3]. Multarum his annis litium affinis fuit, ex quibus plurimis honores summos reportavit[4]. Idem summo opere Gudmundum, fratris filium, exhortatus est ut munus episcopale septentrionalis Islandiæ partis, invitus tamen, peteret, an. 1201[5]. Mortuus est secundum annales Islandicos[6], et

---

[1]) Sturl. (1818) I 64—68. (1878) I 48—51.

[2]) Sturl. (1818) I 109 sqq. (1878) I 88. Bisk. I 408.

[3]) Sturl. (1818) I 115. 132. (1878) I 128. Bisk. I 417. 425.

[4]) Vide ex. gr. Sturl. I 116 cum. adnot. 2. (1878) I 129. sqq. Bisk. I 419. cfr. tamen Sturl. I 133—6.

[5]) Sturl. (1818) I 213-15. (1878) I 117—8. Bisk. I 473—5.

[6]) Flat. III 522. Ísl. Ann. p. 86. Bisk. I 498. Notandum est, ad an. 1207 mortem Thorvardi monachi Thorgeiris afferri, l. c. Isl. Annal., sed ad an. 1204 (p. 84) Thorvardi Thorgeiris filii; aut de uno atque eodem viro hic agitur, ut nomen injuria hic inculcatum ex aliis minus accuratis libris sit, aut de prorsus diversis; sed cum vita Gudmundi diserte dicat, nostrum Thorvardum an. 1207 obiisse, omnis dubitatio tollitur.

Vitam Gudmundi episcopi, an. 1207. Princeps familiæ haberi cupiit et habitus est. Qualis poeta fuerit, vix ex duabus servatis strophis judicare possumus.

Carmina, quæ innotuerunt, sunt:

1. Kvæði um Inga konung Haraldsson. Carmen de Ingio rege Haraldi filio (1137—61), Rec. nro. 109 signatum, quod fortasse fuit parentale, an. 1162 fere compositum. Hoc carmen penitus deperditum est.

2. Erfiflokkr eptir Ara Þorgeirsson, carmen parentale non intercalatum in memoriam fratris Arii. Arius primum in Norvegiam an. 1161 profectus domum an. 1064 redierat. Iterum an. 1165 peregrinatus aulicus Erlingi factus est, cum quo vixit, quoad in pugna ad Rydjökulem an. 1167 cecidit. Fama de hac re in Islandia allata, Thorvardus tale carmen in honorem fratris dilecti componere instituit, quod an. 1168 certo factum est[1]. Totum deperditum hoc carmen est.

3. Kvæði um Knút Valdimarsson, carmen de Canuto Valdemaris filio rege Daniæ, an. 1182—1202, his annis haud dubie compositum est. Si ita fuit, necesse est, hoc carmen regi missum sit, cum Thorvardus illis annis non peregre profectus esse videatur. Neque, ut nonnulli putarunt, huic rei obstat, quod poeta, se nulli regi post Ingium mortuum officia navaturum affirmarat; id enim prorsus diversum ab hac re est. Nihilo minus res in discrimen vocari potest, cum nomen poetæ in A solum, in B diversum: *þorgeirr þorvaldsson*, quod Arnas quidem nescio cur prætulisse dicitur, legatur. Sed vir tali nomine prorsus obscurus est, qui quidem hoc uno loco in B exstet. Et cum B pluribus, quam A, mendis

---

[1]) „En er tíðendi þessi kómu út hingat til Íslands um sumarit eptir . . . þá tekr Þorvarðr . . . at yrkja erfeflokk um Ara". Bisk. I 414. Sturl. (1818) I 112 cum nota 2. fin. (1878) I 92.

laboret, pro certo habendum est, nomen ut in A rectius scribi.

4. Lausavísur, strophas solitarias, ut supra memoratum est, duas habemus servatas.

1. Berið hildingi hölda...[1]

qua poeta fratrem Arium, primum an. 1161, profecturum orat, ut Erlingio dynastæ et Magno regi salutem suam ferat.

2. Endr lét suðr á sumri...[2]

qua lætitiam suam, rebus fratris in Norvegia gestis auditis, verbis expressit (an. 1164).

110. Kolli skáld hinn prúði. Hic Kollius poeta, cognomine elegans, cæterum plane ignotus est, nisi quod constat, eum, quia in strophis suis regem Ingium ipsum appellet, aliquantum temporis spatium post an. 1139 in aula regia commoratum esse[3]. Islandus sine dubio fuit et fortasse ex occidentali parte Islandiæ oriundus, nam multis viris hoc nomen ibi usurpatum fuit.

Ex carminibus ejus nihil novimus, nisi

Drápa um Inga konung Haraldsson, carmen intercalatum in honorem Ingii regis (1137—61). Intercalatum fuit, nam quartus versus str. 2. cum cæteris non cohæret, ut intercalaris necesse sit, sed mirum est, hoc ipso loco inveniri, cum ultimus versus non item sit intercalaris cum illo cohærens, sed artificiosior potuit esse ratio horum in

---

[1]) „Þá kvað Þorvarðr vísu at skilnaðe þeirra". Bisk. I 410.

[2]) „Þá er þat sagt, at Þorvarðe bróður hans yrðe vísa á munne". Bisk. I 411. Sturl. (1818) I 110. (1878) I 89. Corp. poet. bor. II 278.

[3]) Ille Kollius, qui en historiola de Sneglu-Hallio nominatur, nullus umquam fuit, nam legendum est *Bolli* pro *Kolli*, ut supra p. 600 memoratum est. Cfr. Sex söguþættir (1855) X—XI.

hoc carmine versuum. E carmine, Rec. nro. 110 insignito, adhuc habemus:

1. Unnuð austr fyr Mynni...
2. Fyrr lá hans en harri...
3. Lýsa monk hvé ljósa...[1]

quæ omnes pugnas Ingii ad Mynnium et Krókaskogum an. 1137 tractant.

Duas strophas, quæ diserte quidem nulli tribuuntur, sed ex „carmine Ingii" esse dicuntur et in vita Sigurdi slembidiaconi inveniuntur[2], J. Sigurdsonius ad carmen Einaris Skulii filii rettulit[3], sed nobis quidem majore jure ad hoc carmen referendae videntur, primum quia in utrisque regem ipsum alloquitur poeta, deinde quia afferuntur paulo post illas tres Kollii, et quia longe alium colorem præbent atque illæ Einaris. Hæ strophæ, quæ res an. 1139 (mortem Magni cæci) tractant, sunt:

4. Rauðri dreif þás rjúfa...
5. Sýndi sjálfr at landi...[4]

Etiam semistropha quædam, quæ de Ingio non est, cum fratrem ejus laudet, Kollio a cod. regio Eddæ Snorrii tribuitur[5], sed ut jam in not. a (pag. 317 vol. I) probatum est, Bödvari baltio, ut fit in cod. Upsaliensi, rectius datur.

111. Halldór skvaldri, vide supra sub nro. 28.

---

[1]) „Svá segir Kolli (hinn prúði)". „Ok enn kvað hann". Hkr. Ing. & br. c. 2. Frís. 326. 327. Mork. 208. 209. Fornm. VII 208—9. 210. 336. 337. Corp. poet. bor. II 272—3.

[2]) Fornm. VII 349—50. Mork. 219.

[3]) Vide supra pag. 362—3.

[4]) „Svá segir í drápu Inga konungs". Mork. 219. Fornm. VII 349—50.

[5]) Sn. I 317.

112. Einarr Skúlason, vide supra sub nro. 27.

113. Böðvarr balti. Hic poeta nobis aliunde quoad vitam ignotus est; certo per medium seculum XII. floruit, cum in carmine suo de Sigurdo rege regem ipsum alloquatur. Cognomen ejus in Recensu scribitur *ballti* i. e. ursus[1], cum in Morkinskinna et cod. Upsaliensi *hallti* i. e. claudus scribatur, quorum prius aperte rectius est, quod, intellectu difficilius, a librariis in illud immutatum est, non illud in hoc.

Carmen, quod Bödvari tribuitur, est:

Drápa um Sigurð konung Haraldsson munn, carmen intercalatum de Sigurdo rege munno Haraldi filio (an. 1137—1155); ante an. 1155 necessario compositum est. Ex eo adhuc exstant:

1. Nú skal lýst hvé Lista...
2. Magnús varð at morði...
3. Þar fell allt ok örvir (½...[2]
4. Alls engi verðr Inga (½...[3]

Str. 1—3. de morte Sigurdi slembidiaconi (an. 1139) agunt, str. 4. regem Sigurdum munnum („Ingii fratrem") in universum laudat, ut fieri potest, ut sit semistropha intercalaris, itaque Vigfussonius censuit[4].

114. Þorbjörn gauss (cfr. 123). De hoc poeta

---

[1]) Sn. E. I 589.

[2]) „Þess minnisk Böðvarr hallti i drápo, er hann orti um Sigurð konung Haralldzson". „Ok enn kvað hann". Mork. 222. Fornm. VII 354.

[3]) „Ok enn sem kvað Kolli (cod. Reg.)". „Svá kvað Kolli (757)". „Svá kvað Böðvarr ballti (U)". Sn. E. I 316. II 313. 526. cfr. I 317 adnot. a et paulo supra Kolli prúði fin.

[4]) Corp. poet. bor. II 272.

nihil omnino constat, nisi quod secundum Rec. scimus eum composuisse:

1. Kvæði um Sigurð konung munn, carmen de Sigurdo rege Haraldi filio munno (1137—55), et

2. Kvæði um Hákon konung herðibreið, carmen de Hakone rege herdibreido (1157—62), Rec. nro. 123 denotatum.

Utrumque carmen plane deperditum est.

115. Einarr Skúlason, vide supra sub nro. 27.

116. Sigurðr skrauti, nobis omnino ignotus est; cognomen ejus idem valet ac Skraut (ut in Skraut-Oddr), i. e. elegans, lautus. Sec. Rec. composuit:

Kvæði um Eystein konung Haraldsson, carmen de Eysteine rege Haraldi filio (1142—1157) quod totum intercidit.

117. Þorbjörn skakkaskáld (cfr. 136. 179). Hic Thorbjörn, qui posteriore parte sec. XII aperte floruit, cognomen suum „Skakkii-poetae" accepit, quia de Erlingo skakkio (luxato) carmen composuit. Videtur magnam partem vitæ in Norvegia Magno Erlingi filio et Sverrere regnantibus vixisse. Cæterum vita ejus in obscuro tota jacet. Carmina, quæ eum composuisse scimus, sunt:

1. Erlingsdrápa, carmen de Erlingo skakkio patre Magni regis, Rec. nro. 179 signatum, post an. 1164 et ante hujus cædem (an. 1179) compositum est, cum ipsum in carmine alloquatur. Ex hoc carmine adhuc tres strophas habemus:

1. Hjoggu öxar eggjum...
2. Greitt frák gumna dróttinn...
3. Urð dró austan fjarðar...[1]

---

[1]) „Svá segir Þorbjörn Skakkaskáld (í Erlingsdrápu)".

Str. 1. impetum Erlingi in navim dromonem quandam, cum Hierosolyma peteret (an. 1152), describit. Str. 2—3. de pugna Tunsbergiana (an. 1161) et supplicio de adversariis regis (an. 1164) agunt.

2. Kvæði um Magnús konung Erlingsson, carmen de Magno rege Erlingi filio, qui an. 1184 cecidit, compositum et Rec. nro. 117 significatum est. Utrum parentale fuerit an non, dicere non possumus.

3. Kvæði um Sverri konung Sigurðsson, carmen de Sverrere rege Sigurdi filio (1177—1202), Rec. nro. 130 designatum, post cædem Magni regis (1184) demum compositum est. — Utrumque carmen penitus deperditum habendum est.

118. Súgandi skáld (cfr. 180, 241. cfr. etiam 221 adn.). Hic ut multi alii horum temporum poetæ nobis aliunde prorsus ignotus est. Potest fieri ut unus prognatorum Thoreris haustmyrkri, qui Krysuvikam occupavit, cujus pronepos hoc ipsum nomen gessit [1], fuerit. In Diplomatario islandico [2] nominatur vir Eyjolfus Sugandii filius, qui, et ipse ex parte Islandiæ meridionali ortus, nostri poetæ, quoad tempus, filius esse potuit. Carmina Sugandii sunt sec. Recensum:

1. Kvæði um Magnús konung Erlingsson, carmen de Magno rege Erlingi filio (an. 1184 mort.). Rec. nro. 118.

2. Kvæði um Erling skakka, carmen de patre Magni, Erlingo skakkio (an. 1179 mort.). Rec. nro. 180.

3. Kvæði um Nikulaus Skjaldvararson, carmen de Nicolao Skjaldvaræ filio (Rec. nro. 241), qui fuit filius sororis Magni regis nudipedis; de eo in vita Hakonis

---

Hkr. Ing. et br. c. 17. Magn. Erl. c. 3. 20. Frís. 337. 363. 372. Fornm. VII 232. 284. 303. Corp. poet. bor. II 273—4.

[1]) Landn. P. 5. c. 14.

[2]) Ísl. Fornbrj. s. I 395.

herdibreidi agitur. Hoc carmen primum compositum fuisse videtur.

119. Hallr Snorrason. Hic Hallius nobis etiam omnino ignotus est, excepto quod scimus eum poetam Magni Erlingi filii apud regem hiemem 1181—2 moratum esse. Unde ortus sit, divinare non potuimus. Ex Rec. scimus eum fecisse:

1. Kvæði um Magnús konung Erlingsson, carmen de Magno rege Erlingi filio, fortasse c. an. 1181. Totum deperditum est, nisi forte ex eo fuit semistropha quædam, quæ „Hallio" tribuitur, cujus supra, cum de Hallio monacho dissereremus, breviter mentio facta est (p. 634). Hæc est:

Heiðingja sleit hungri
hárr gylðir naut sára
granar rauð gramr á fenri
gekk ulfr í ben drekka[1].

2. Lausavísur, strophas solitarias duas vita Sverreris Hallio nostro tribuit:

1. Glymvöllu rístr golli . . .
2. Berr fyr holm þars harri. . .[2]

de itinere Magni Björgynjam hieme 1181—2.

120. Markús Stephánsson. Marcus hic Stephani filius nobis plane ignotus est. Unde gentium fuerit, non

[1]) „Sem Hallr kvað". „Sem hér segir". Sn. E. I 478. II 350. 455. 538. 594.

[2]) „Þá (o: an. 1181—2) var með Magnúsi konungi Hallr Snorrason skáld; hann orti þá vísur þessar". Flat. II 593. Fornm. VIII 165—6. Konungasögur (1873) p. 71. Corp. poet. bor. II 278—9.

omnino constat, et fortasse Norvegus fuit. Sec. Rec. composuit

Kvæði um Magnús konung Erlingsson, carmen de Magno rege Erlingi filio, quod totum deperditum est.

121. Þórðr Hallsson. Hic poeta nobis prorsus ignotus est, neque quicquam invenire potuimus, quod ejus gentem vitamve aperiret. Secundum Rec.

Kvæði um Magnús Erlingsson, carmen de Magno rege Erlingi filio (1161—84) composuit, cujus nihil adhuc extat.

122. Skáld-Máni. De hoc Manio poeta vita Sverreris nobis fere talia narrat. Cum Magnus Erlingi filius Unnardysae in portu Listensi an. 1184 vere ventum secundum opperiretur, Manius apud eum fuisse dicitur et stropham cecinisse, pro qua rex ei subuculam dederit, „en boni tui versu . Lunula"[1] dicens. Paulo antea Manius, itinere Romam sacro perfecto, Magnum convenerat, calvus, macie confectus et pæne vestibus carens. Postquam venit, dicitur Magnum delectasse carmine Halldoris skvaldrii de avo regis (vide supra pag. 368—9) recitando. Hoc tempore in aula regis histriones fuerunt, qui caniculas trans perticam transsilire facerent. His de histrionibus, a rege provocatus, duas strophas, quibus illis illusit, fudit, unde tantus inter aulicos risus ortus est, ut histriones ex aula secedere cogerentur. Hæ strophæ declarant, Manium satis jocosum acerbumque fuisse. Cum Magno Björgynjam venit[2]. Cum Magnus eodem anno interficeretur, et appareat, Manium poetam Sverreris factum esse, verisimillimum est, ut mox in Islandiam redierit. Jam si originem Manii circumspexerimus, perpauca, quæ certa sint, aut potius

---

[1]) *Máni* enim lunam significat, et rex hic per contemtum cum *Tunglium* vocat, i. e. lunulam.

[2]) Fornm. VIII 206—8.

fortasse nihil inveniemus. Neque tamen dubitamus huc, quæ nobis occurrerunt, transscribere. Ex Libro originum[1] videmus, Holmgöngu-Manium terram in Skagafjordo occupasse; hujus nepos fuit Manius, pater Kalfi poetæ, qui Canutum sanctum regem Daniæ (1080—6) carmine celebravit (Rec. 209). Fieri jam potest, ut hinc noster poeta oriundus fuerit, cum nomen idem ea gens præbeat nec non poetam, quæ ars, ut sæpe dictum est, hæreditaria fere fuit. Porro scimus, Manium nostrum c. an. 1215 de donis, quæ Hakon dynasta galin Snorrio Sturlæo pro carmine misisset, stropham fecisse, qua *Snorrium amice* laudat[2]. Deinde animadvertendum est, in Sturlunga nominari virum Manium de Gnupufello, quæ villa non longe ab fundo Holmgöngu-Manii abest, ut optime ex ejus gente esse potuerit. Hic Manius item aperte pro partibus *fratrum Snorrii* stetit[3] an. 1238, ut facile idem esse atque noster poeta potuerit, sed, ut intellectu facile est, id pro certo habere non licet.

Carmina Manii, quæ sciamus, fuerunt:

1. *Kvæði um Magnús Erlingsson*, carmen de Magno rege Erlingi filio, Rec. nro. 122 designatum, verisimiliter fuit parentale paulo post mortem regis, quæ xv. die Junii 1184 evenit, compositum. Deperditum totum est.

2. *Lausavísur*. Quæ strophæ solitariæ Manio tribui posse videntur sunt, quarum unam totam huc, quia lepidissimum jocum continet, transscribere nobis liceat:

1. Byrr gef brátt hinn örvi. . .[4]
2. Slœgr ferr gaurr með gígju . . .

---

[1]) Land. P. 3. c. 5.

[2]) Sturl. (1818) II 46 (1878) I 235–6.

[3]) Sturl. II 223. (1878). I 378. De hoc Manio cfr. Landn.

[4]) „Þar var þá með Magnúsi konungi Máni skáld, ok kvað vísu" Fornm. VIII 206. Corp. poet. bor. II 279.

3. Gígjan syngr þars ganga
grípa menn til pípu
fœra fólsku stóra
fram leikarar bleikir.
Undr's hvé augum vendir
umb sás þýtr í trumbu;
kníðan lítk á kauða
kjapt ok blásna hvapta...[1]
4. Örr hefr sendar Snorra...[2].

Hanc stropham Manio nostro tribuere non dubitamus, quia nullus alius poeta hoc ipso nomine his temporibus nobis innotuerit.

5. Hvat munt hafs á otri
hengilegr með drengjum
karl þvít kraptr þinn förlask
kinngrár mega vinna[3].

Eadem de causa non dubitavimus nostro Manio hanc semistropham tribuere, præsertim cum eandem ipsam indolem poeticam, jocum cum acerbitate quadam commixtum, præbeat, ac strophae in histriones.

123. Þorbjörn gauss, vide supra sub nro. 114.

124. Ásgrímr Ketilsson. Hic notandum primum est, satis magnam difficultatem in nominibus Recensus B digerendis et enucleandis moveri. Cum enim in A ordo receptus sit in nominibus digerendis et scribendis, in B ita legitur: *Argrimr bergþors son* (Haconis herdibreidi

---

[1]) „Þá kvað Máni" „Ok enn kvað hann". Fornm. VIII 207–8. Corp. poet. bor. II 279.

[2]) „Þarum (o: de donis) kvað Máni þetta". Sturl. II 46. (1878) I 235–6.

[3]) „Sem Máni kvað" Sn. E. I 444 (II 332. 444). II 154. 421. Den tredje og fjærde grt. afhdl. (1884) p. 100.

poeta) *þorste[inn] ketils son.* J. Sigurdsonius jam putavit *Argrimr* per errorem librarii ex *Ásgrímr* ortum esse (p. 264 adn. 1; 277 adn. 3), et recte quidem. Nullus enim poeta aliunde cognitus est nomine *Ásgrímr* (pro *Argrimr*, aut etiam pro *Arngrímr)* Bergthoris filius, nisi ille Asgrimus, qui, ex Sturl. historia notus, longe „serioris ætatis est," ut Sigurdsonii verbis utamur (supra p. 277 adn. 3). Sed e re erit perspexisse, quali modo hic error irrepserit, et id tali modo factum est. In eo libro, unde librarius B descripsit, minus dilucide nomina, ut putamus, scripta fuerunt, ut librarius, rei ignarus, patrum nomina per singulos una linea inferius, quam oportuit, scriberet:

asgrimr þorsteinn ketilsson sumarliði þorbjarnarson	pro	asgrimr ketilsson þorsteinn þorbjarnarson sumarliði.

Jam conjicimus, librarium aut aliquod vocabulum, quo *asgrímr* designaretur, ut illo *skáld* multi alii, aut patris nomen desiderasse, itaque hunc, temporum ratione neglecta, eundem esse atque illum Asgrimum Bergthoris filium, cujus nomen bene novisset, putantem, patris, quem putavit, nomen „Bergthor" adscripsisse.

Itaque nobis persuasum est, ordinem a J. Sigurdsonio hic receptum unice verum esse.

Asgrimus poeta Ketilis filius ex tractu Islandiæ septentrionali, Fljót (i. e. flumina, interamna) dicto, ortus esse videtur. Nam frater ejus Jon ibi habitans, unacum fratre poeta ibidem habitante, in vita Sturlungorum commemoratur [1]. Hinc etiam videmus, pontificatum Fljotensem horum fratrum fuisse, ut viri nobiles fuerint. C. an 1190 in Islandia Asgrimus domi mansit, nam hoc tempore litibus quibusdam ob cædes coeptis implicatus fuit [2]. Aliquanto

[1]) Sturl. (1878) I 137—8. (1878) I 133.

[2]) Sturl. ibid.

post, an. fere 1200, filius Asgrimi Illugius Haganesi, in villa Fljotensi, habitans commemoratur[1]. Hinc videtur concludi posse, Asgrimum interea mortuum esse, aut certe ætate valde provectum, cum filius ejus vix triginta annorum minor esset. Ante an. 1195 in Norvegia apud regem Sverrerem fuerat eique carmen recitaverat, si vere ejus est semistropha infra citata. Cum hoc bene convenit, quod in Rec. primum locum inter poetas Sverreris tenet. Hæc sunt, quæ de Asgrimi vita dicere licet. Præterquam quod in Sturlunga „poeta" vocatur scimus ex Rec. eum composuisse:

Kvæði um Sverri konung Sigurðarson, carmen de Sverrere Sigurdi filio (1177—1202); totum deperditum esse videtur, nisi ex eo sit semistropha:

> Siggœðir vas síðan
> seimörr í Þrándheimi
> þjóð veit þínar íðir
> þann orms trega saunar.[2]

i. e. „liberalis præliator deinde eam hiemem Throndheimiæ degit; gens tuas res gestas novit"; hinc videmus de rege Norvegiæ agi et regi ipsi recitatum carmen esse. Jam cum nullum alium Asgrimum, qui de rege carmen composuerit, novimus, sine dubio hic Asgrimus noster poeta est habitandus. — Cæterum ejus carmina interciderunt.

125. Þorsteinn Þorbjarnarson, vide supra sub nro. 30.

126. Sumarliði, vide supra sub nro. 31.

127. Arnórr Saxason. Prorsus ignotus est. Patris

---

[1]) Sturl. (1818) I 174. (1878) I 165.

[2]) „Svá kvað Ásgrímr" Sn. E. I 332. II 318. 531. Corp. poet. bor. II 274.

nomen in A *Saxi*, in B *Sorli* scribitur, illud sine dubio rectissime, hoc ex illo usitatissimo errore immutato. Sec. Rec. composuit:

Kvæði um Sverri konung Sigurðarson, carmen de Sverrere rege (1177—1202) Sigurdi filio, cujus ne minima quidem vestigia extant.

128. Hallbjörn hali, vide supra sub nro. 29 (p. 376).

129. Blakkr skáld. De vita hujus Blakki origineve nihil omnino nobis servatum est. Certo Islandus fuit. Nam quod ex scribendi modo in B conclusum est, (vide p. 278 adn. 4) legi posse: *blackr skalld unass [on ste] fanssonar*, ut Blakkus fuerit filius Unæ Stephani filii, is certo error librario imputandus est. Nam hic Unas, si fuit filius Svina-Stephani [1], coævus Sverreris, sed junior fuerit necesse est, ut ejus filius nequaquam poeta ejusdem regis esse possit. Cæterum de Una vide paulo infra. Nomen Blakki nusquam alibi invenitur. Noster poeta in Norvegia apud regem Sverrerem an. 1187—1191 moratus est. Carmina ejus fuerunt:

1. Kvæði um Sverri konung Sigurðarson, carmen de Sverrere rege (1177—1202), Rec. nro. 129 denotatum. Quando compositum sit ignoramus. Totum deperditum est.

2. Erfidrápa eptir Þorleif breiðskegg, carmen de Thorleivo breidskeggo (latibarba) parentale intercalatum. Hic Thorleivus monachus fuerat, sed an. 1190, se filium esse Eysteinis regis Haraldi filii simulans, factionis adversus Sverrerem regem princeps factus est. Fama fuit, eum omnibus dotibus virilibus præditum, cui

---

[1]) Cfr. Fornm. VIII 9,

nihil necopinatum accideret, esse. Sed an. post 1191 minimo cum honore, nulla virtute exhibita, cum copiis trucidatus est. De hoc homine Blakkus ludibrii causa carmen parentale jocosum et subacerbum composuit, cujus versus intercalares tales afferuntur:

Hafði hér meðan lifði
hvárttveggja Breiðskeggi
(nús friðspillir fallinn)
fæst gótt ok dul hæsta[1].

Sine dubio eodem ex carmine est:

Björt kveða brenna kerti §...[2].

quod opinionem de sanctitate Breidskeggi refutat. An. 1191 compositum hoc carmen est.

3. Lausavísur, strophæ solitariæ duæ nobis servatæ sunt, utraque an. 1187 composita, quibus poeta milites acriter Kuflungos impugnare jubet et de victoria de iis reportata gloriatur. Hæ sunt:

1. Reisum vé fyr vísa.
2. Öld man heldr at bœldusk[3].

130. Unás Stephánsson. Hic Unas Stephani filius nobis aliunde ignotus est, sed nulli dubitare possumus, quin filius fuerit Svina-Stephani, qui Sverreris sororem

---

[1]) Blakkr orti erfidrápu um (eptir) „Breiðskegg, ok var (er) þetta stefit í" Fornm. VIII 277. Flat II 636. Kon. sögur (1873) p. 121.

[2]) „Eptir fall Breiðskeggs var því upplostit, at hann væri heilagr, en Blakkr skáld mælti því í mót, ok kvað þetta" Fornm. VIII 276-7. Flat II 636. Konungasögur (1873) p. 120.

[3]) „Þá kvað Blakkr þessa vísu". „Þá kvað Blakkr (vísu)". Fornm. VIII 256. 257—8. Flat. II 627. 628. Konungasögur (1873) p. 111.

uterinam, Unæ kambarii filiam duxit [1], quorum filius Petrus steyper vel Svina-Petrus in vita Sverreris sæpius nominatur. Hujus ergo frater noster poeta fuerit. Huic rei temporis et nominum ratio optime convenit. Secundum Rec. composuit

Kvæði um Sverri konung Sigurðarson, carmen de Sverrere rege Sigurdi filio, avunculo suo, quod deperditum est.

131. Ljótr skáld, (cfr. 137. 140. 184. 189). Hic Ljotus nusquam alias nominatus inventus est, ut origo ejus genusque obscura omnino sint, præterquam quod ex Rec. scimus, Sumarlidii filium fuisse, nam ambigi nequit, quin *Ljótr skáld* (quater) idem sit ac *Ljótr Sumarliðason* (sub nro. 140). Pater ejus nobis æque ignotus, vix idem ac *Sumarliði*, poeta Sverreris (vide supra sub nro. 126), esse potuit. Ljotum ante et post. an. 1200 floruisse constat. Carmina ejus sec. Rec. fuerunt:

1. Kvæði um Sverri konung Sigurðarson, carmen de Sverrere rege Sigurdi filio, an. 1202 mortuo.

2. Kvæði um Hákon konung Sverrisson, carmen de Hakone rege Sverreris filio, an. 1204 mortuo.

3. Kvæði um Inga konung Bárðarson, carmen de Ingio rege Bardi filio (1204—1216).

4. Kvæði um Hákon jarl galinn, carmen de Hakone dynasta galine (sævo). Hic Hakon filius Folkvidi legiferi et sororis Sverreris regis fuit et Christinam filiam Nicolai duxit. Vir fuit magnæ potentiæ, dynasta an. 1204 factus. An. 1214 mortuus est. Inter an. 1203 et hunc annum carmen Ljoti compositum sit.

---

[1]) Fornm. VIII 9.

5. Kvæði um Skúla hertoga, carmen de Skulio duce Bardi filio, viro principe, ex vita Hakonis prisci satis cognito, qui an. 1240 cecidit. Si vocabulum *hertogi,* (dux, imperator) hoc loco quicquam valet, quod valde incertum est, carmen post an. 1237, nam hoc demum anno Skulius ducis nomen a rege accepit, composuit poeta. Sed verisimillimum nobis videtur, antea factum esse.

Omnia hæc carmina tota deperdita sunt.

132. Bragi skáld (cfr. 138). Hic poeta nusquam aliunde nobis notus est, sed sine dubio idem fuit ac *Bragi Hallsson* (Rec. 138). Conjecit in scidulis hæsitanter J. Sigurdsonius, fratrem fortasse Thordi Halli filii (sub nro. 121 supra), sed hac de re nihil certi constat, neque ipse Thordus nobis cognitus est. Nomen hujus poetæ effecit, ut Bragius Boddii filius (sub nro. 3) cognomen suum usitatissimum prisci acciperet (vide supra pag. 308). Carmina Bragii nostri fuerunt:

1. Kvæði um Sverri konung Sigurðarson, carmen de Sverrere rege (1177—1202).

2. Kvæði um Hákon konung Sverrisson, carmen de Hakone rege Sverreris filio (1202—1204),


Utrumque carmen deperditum est.

133. Snorri Sturluson (cfr. 139. 144. 181. 186). Hujus celeberrimi historici et poetæ vita sæpius literis mandata est[1]. Totam vitam ejus hic describere non atti-

---

[1]) Vide imprimis: Vitam Snorronis Sturlæi, auct. celeberrimo episcopo Finno Joannæo, in Heimskringla, ed. Schiönningii Tom. I, ubi etiam altera ipsius Schiönningii in Præfatione invenitur. Cfr. Hist. ecclesiasticam Finni Joannæi 1 202—9. — Dissertatio historica de Snorrone Sturlæ filio ejusque scriptis I—II. Lundæ 1806. — Udsigt over Snorre Sturlesöns Liv og Levnet ved Professor Finn Magnussen in Det skandinaviske Litteraturselskabs Skrifter, Tom. 19. p. 223—274. Præterea inveniuntur vitæ vel vitarum epitomæ in editionibus et interpretationibus Heimskringlæ et Eddæ, quæ fere omnes originem a Vita F. Joannæi ducunt. — Snorre

net, capita tantum attingemus, lectores ad majora opera relegantes. — Natus est Snorrius an. 1178. Nam cum certum sit, eum trimum fuisse, cum Jon Lopti f. an. 1181 eum, ut educaret, domum reciperet[1], et quinque annos natum, cum pater ejus an. 1183 moreretur, porro, cum Jon sec. Annales an. 1197 obiret, quo tempore Snorrius undeviginti annos natus dicitur[2], hinc apparet, vere cum an. 1178 natum esse, non, ut Annales volunt, an. 1179. Parentes ejus fuerunt Sturla Thordi filius, ex prædio suo *Hvammr* vulgo *Hvamm-Sturla* dictus, vir suæ ætatis imprimis nobilis, et Gudnya Bödvaris filia, loco nobili nata. Majores ejus ex hac tabella genealogica perspicientur:



Sturlesön af J. E. Boesen in Kulturhistoriske Personligheder 2. Serie 1. 879. — Ævisaga Gissurar Þorvaldssonar, samin af Jóni Þorkelssyni, Reykjavík 1868, passim. — Diplomatarium Islandicum I, passim. — Fontes ipsi vitæ sunt: Sturlunga saga, Biskupasögur I, Saga Hákonar konungs Hákonarsonar, Íslenzkir annálar, Obituaria et similia. Cfr. etiam Sturla lögmaðr Þórðarson in Safn til sögu Íslands I 512 sqq.

[1]) Sturl. (1818) I 105—6. Sturl. (1878) I 195.

[2]) Sturl. (1818) I 200. Sturl. (1878) I 202.

[3]) Sturl. (1818) I 49—50. Sturl. (1878) I 190. Landn. P. II c. 22—3. Vide etiam tabulas genealogicas I—II ad calcem Landnamæ (1843), ubi rationem completam invenies.

Trimus, ut jam dictum est, Oddium ad Jonem Lopti filium, ut educaretur, (an. 1181) venit. Hic primum sedecim annos usque ad mortem Jonis (an. 1197) mansit. His annis copiam largam nactus est, ut, qui ipse a natura dotibus animi splendidissimis esset præditus, eas dotes disciplina et artibus liberalibus excoleret. Librorum sine dubio hic fuit magna collectorum copia, cum Oddium inde a Sæmundo docto sedes et seminarium literarum fuisset. Hic haud dubie nobilissima carmina Eddica primum legit et didicit. Hic superstitiones veteres penitus cognoscere potuit. Hic opera etiam historica, ut libros Arii, Eriki Oddi filii, multorum aliorum, legit. „Itaque, ut verbis Finni Magnussenii utamur, Snorrius, Jone Lopti filio instruente, bibliotheca optima usus, prima fundamenta intellegentiæ suæ et doctrinæ, quæ nomen ejus immortale reddiderunt, jecit" [1]. Cæterum de his annis vitæ ejus nihil nobis traditum est. Post mortem nutricii sui adhuc Oddii apud filium ejus, Sæmundum, biennium (1198—9) vixit, usquedum Herdisam, filiam Bersii divitis de Borga, in matrimonium, Sæmundo et fratre Thordo rem agentibus, duxit, quod an. 1199 actum est, ut J. Thorkelsonius recte vidit [2]. Cum uxore dotem amplissimam accepit, octoginta milia (ulnarum), ut qui primus pauperrimus fuisset, jam ditissimus existeret, et copiam, ut literarum studiis, ut lubuit, inservire posset, sibi pararet. Biennium, quod secutum est (1200—1201) usque ad mortem Bersii, Oddii mansit. Bersio vero mortuo se suaque omnia Borgam, antiquitus

---

[1]) Det skand. Litt. Selsk. skr. 19, 226. Cfr. Heimskringla Tom. I pag. III; vitam § 7. 55.

[2]) Ævisaga Giss. Þorv. p. 13, adnot. 2. Cfr. Dipl. Isl. I 319. Itaque falsum est, quod vita Gudmundi episcopi narrat (Bisk. I 458) cum uno anno, postquam uxorem duxit, viginti annos natum esse. Etiam minus recte se res habet, cum eadem vita narret (ibid. p. 457) Gudmundum an. 38 natum nuptiis Snorrii interfuisse, sed an. 1151 natus est.

celeberrimam sedem Kveldulfidarum, in villam Bersii contulit, vere an. 1202. Post quatuor annos, anno, ut J. Sigurdsonius probabile reddidit [1], 1206, Reykjaholtum commigravit. Hic reliquam vitam habitavit, villa multis rebus ut balneis celeberrimis ſaucta et exornata valloque munita[2]. Dimidiam partem pontificatus Lundensium ab avunculo, Thordo Bödvaris filio, mox post an. 1202 acceperat, et paulo post Thorstein Ivaris filius pontificatum Avellensium ei dedit[3], quæ res auctoritatem ejus opesque haud parum auxit. Mox litibus diversis implicitus est, sed de his ad fontes lectores relegamus. Plus ad nostram rem valet, quod vita Sturlungorum de Snorrio his temporibus narrat: „Snorrius poeta lepidus jam extitit, et ad omnia, quæ manibus essent exigenda, dexterrimum se præbuit, et omnia, quæ fierent, præscribere optime scivit"[4]. Maturrime igitur testimonium de doctrina sua animique dotibus facillimis dedit, ut summi honores ei mox deferrentur, ut munus legiferi, quod an. 1215 primum cum accepisset, quatriennium usque ad 1218, gessit[5]. Hoc ipso anno in Norvegiam peregrinatus est, quod iter quinque sexve annis ante facere instituerat[6]. Cum in Norvegiam venisset, Hakonem regem Hakonidam adulescentem regnantem et Skulium Bardi filium, dynastam potentem, convenit, ab iisque optime acceptus est. Hiemem (1218—9) apud Skulium degit, sed æstate insecuta in Gothiam ad Christinam Sverreris filiam, viduam Hakonis dynastæ galinis, an. 1214 mortui, quem carmine laudarat, et a quo dona amplissima receperat, profectus est. Petitu Hakonis carmen de Christina jam confecerat, ab eaque et marito ejus

[1]) Dipl. Isl. I 349—50. Cfr. supra pag. 440—1.
[2]) Vide vitæ Joannæi § 13.
[3]) Bisk. I 486—7. Sturl. (1818) I 227. Sturl. (1878) I 213
[4]) Sturl. (1818) II 46. Sturl. (1878) I 235.
[5]) Safn II 28—9.
[6]) Sturl. (1818) II 46. Sturl. (1878) I 236.

secundo, Askelo legifero, optime receptus, lautissime et amicissime apud eos æstatem degit, qua circumacta rursus ad Skulium se contulit, apudque eum secundam hiemem (1219—20) commoratus est[1]. Hoc tempore a rege minister mensarius vel pincerna (*skutilsveinn*) honoris causa factus est.

His temporibus Norvegi iras in Islandos acerbissimas conceperant, quia Sæmundus Oddensis, cujus filius Paulus antea in Norvegia undis oppressus mortem invenerat, hujus cladis Norvegos accusans, in ultionem mercatores quosdam Norvegos, Eyris in ancoris stantes, interfecerat. Skulius igitur et rex classem jam paraverant, qua expeditionem in Islandiam inita æstate facerent, quod cum Snorrius audisset, calamitatem patriæ futuram aversurus, utrumque adiit, eosque docuit, istud consilium irritum esse, præstareque multo, Islandorum animos clementia conciliare, seque fratresque suos facillime effecturos, ut Islandi se „ad obsequium regis converterent". Hoc consilio probato, Snorrius regi, ut Islandiam in provinciam redigeret, promisisse diserte dicitur, cujus in rei fidem filius Jon murtus (exiguus) ad regem postea mitteretur, quod etiam anno post secutum est. Ob hoc factus est Snorrius vasallus regius (*lendr maðr*) muneribusque copiose donatus. Hac re, ob quam Snorrius a detrectatoribus vel maxime vituperatur, liberari quidem non potest, sed non ita turpis vel gravis judicanda videtur, cum certum sit, Snorrium nihil tale postea efficere conatum esse, et nescimus an potius tali rei obstiterit, ut fuit vir prudens et plerumque in dicendo agendovo moderatus et temperans, animo literis imbuto et conformato, nulli libidini nisi rei familiaris augendæ, ut videtur, inserviens, patriæ et antiquæ libertatis amore inductum. Cum in Islandiam rediisset, a popularibus frigide exceptus est, fama de negotio cum rege composito celeriter

[1]) Sturl. (1818) II 48—9. Sturl. (1878) I 237—8.

divulgata, ut etiam carmina ejus de Skulio irridentes ridicule immutarent, et tunc talis stropha composita est:

Oss lízk illr at kyssa
jarl sás ræðr fyr hjarli;
vörr er hvöss á harra,
harðmúlaðr er Skúli.
Hefr fyr horska jöfra
hrægamms komit sævar
þjóð finnr löst á ljóðum
leir aldregi meiri.

Snorrius re neglecta, domum Reykjaholtum abiit, ibique secutam hiemem degit[1]. Nihilo minus iterum legifer creatus est an. 1222, quod munus per decem annos usque ad 1231 gessit[2]. Hoc annorum spatium ei maxima ex parte quietum fuit, ut verisimile sit, eo eum opus suum historicum absolvisse. Nam postea tempora nimis turgida et turbata ei extiterunt. — An. 1224[3] convictum cum muliere, in Islandia ditissima, Hallveiga Ormi filia, vidua Björnis, qui fuerat ejus adversarius, instituit, conjuge Herdisa spreta, divortio vero non facto. Herdisa in patrimonio suo Borga habuisse sedem, post id certe tempus, videtur, usque ad obitum (an. 1233). Utrum justis nuptiis tunc Hallveigam uxorem duxerit, an non, non apparet. Satis sit monere, amore mutuo incorrupto vixisse, usque ad mortem Hallveigæ, quæ paucis mensibus ante cædem ipsius accedit, eumque vehementer eam luxisse. Hic amor mutuus sine dubio viri animum, multis et magnis calamitatibus sollicitatum, filiis infelici casu mortuis, filiabus partim mortuis partim minus honeste viventibus[4], hostibus

---

[1]) Sturl. (1818) II 54—7. Sturl. (1878) I 243—4. Kon. sög. (1873) p. 274-5. Flat. III 37-8. Fornm. IX 291—6.

[2]) Safn II 29—30.

[3]) Dipl. Isl. I 467.

[4]) Ex Herdisa Jonem murtum suscepit, qui in Norvegia

haud minime ipso rege Norvegorum insuper undique minitantibus, erexit. Primum enim Sturla Sighvati filius, juvenis ferox, artibus malis, ingenio præcipiti, regi item promiserat, patria ut in dicionem regis veniret, se effecturum esse. Hoc negotium summa vi atrociter egit, Snorriumque, ut Bessastados primum, deinde Skalem ad Ormum Svinfellingum aufugeret, coegit. Deinde in Norvegiam profectus (an. 1237) Snorrius Skulium convenit, et duas hiemes ibi mansit (1237—9). Jam cum domum, ut alii Islandi, rediturus esset, rex abire eum literis vetuit, at Snorrius, verbis regiis spretis: „domum, inquit, ego quidem certe volo", et mox vela cum dedisset, domum navigavit. Hinc elucet, nullam amicitiam inter Snorrium et regem fuisse, sed tanto major inter eum et Skulium fuit. Et fuere, qui dicerent, Skulium eum clam dynastam Islandiæ fecisse; hinc Styrmer doctus in obituario suo Snorrium „dynastam clandestinum" *(folgsnarjarl)* vocavit; sed vita Sturlungorum, ne narrata, addidit, nullum Islandorum, qui simul essent, rem confirmasse[1]. Sed propterea quod Snorrius antea verbis suis non steterat, et jam aperte pro partibus Skulii stetit, rex, in eum ira incitatus vehementi, Gissuri Thorvaldi filio an. postea (1240) literas misit, quibus ab eo petiit, ut Snorrium vel invitum ad se in Norvegiam mitteret, aut, si minus procederet, e medio tolleret[2]. Has literas Gissur, ut fuit callidus et fraudulentus, dum occasionem, qua usus jussa regia efficere posset, nancisceretur, celavit. Occasio mox ei se obtulit.

---

an. 1231 interfectus est, et Hallberam, quæ Arnio oreidæ et postea Kolbeini Arnoris filio nupta, ab utroque repudiata, mox morbo mortua est. Ex pellicibus Urækjam, virum nequissimum, qui sæpius patrem agitavit, et an. 1245 ex patria exul obiit, — Ingibjargam, quam Gissur Thorvaldi filius an. 1224 ductam mox repudiavit, — Thordisam, quæ Thorvaldo Vazfirdingo nupta est, qui a Rafnidis incendio interfectus est (an. 1228).

[1]) Sturl. (1818) II 232. Sturl. (1878) I 384-5.

[2]) Ævisaga Giss. Þorv. p. 39 sqq., ubi fontes invenies.

Hallveiga enim mortua (mense Junio an. 1241) filii ejus et Björnis, prioris mariti, hereditatem suam a Snorrio poposcerunt, sed hereditate divisa minus contenti se ad Gissurem, ut sibi contra Snorrium opitularetur petentes, converterunt. Jam Gissur Kolbeinem amicum suum, qui, ut Gissur ipse, etiam Snorrii gener erat, aliosque convenit, et cum his re constituta, copiis collectis, Reykjaholtum nocte inter 22. et 23. diem Septembris (an. 1241) clam venit. Snorrius, postquam rem comperit, in hypogæum suum, ubi lateret, effugit. Sed hoc inventum est, et quinque viri eo descenderunt. Hic vir nomine Arnius Snorrium cædere jussus est. Tum Snorrius: „non, inquit, cædendum est", quo dicto securi percussus animam efflavit.

Jam si de Snorrio in universum judicandum erit, rectissime putamus posse affirmari, eum honorum et divitiarum nimis fortasse cupidum fuisse, callidum, qualis fuit tota ejus familia, sed animo moderato, qui patriam sincere amaret, rerum Islandicarum peritissimum patriæque antiquitatum studio et amore imbutum [1]. Fidelis suis et amicus candidus fuit, ut Skulio, Hallveigæ, pluribus aliis, at injuriarum memor severus vindex ultorque fuit.

Jam cum de operibus Snorrii agendum sit, opera ejus historica, de quibus lectores ad libros, maxime G. Stormii, relegandi sunt, et mythologica, de quibus alio loco agetur, omittentes, de carminibus ejus solis hic disputabimus. Poeta igitur, quoad indolem, ingeniosus, ut qui maxime, haud fuit, sed satis lepidus, at arte metrica facile omnes superavit, et dicendi facultate et sermonis volubilitate præstantissimus fuit. Mature eum

[1]) Cfr. etiam narratiunculam de convivio Jolensi, quod antiquo more Snorrium hieme 1222—3 celebrasse legimus (Sturl. (1818) II 93; Sturl. (1878) I 275). Adde quod taberna ejus in Comitiorum sede, Thingvallis, nomen habuit Valhallæ, Odinis ipsius aulæ. — Cognomen „docti" *(fróði)* etiam de eo usurpatum invenimus. (Sturl. (1878) III 98; Sturl. (1878) II 81. 399).

carmina componere cœpisse scimus. Nam ad annum fere 1212 ita scriptum legimus: „Poeta bonus extitit"[1]. Ante id tempus igitur carmina conficere coepit, et jam tunc a coævis magni æstimatus est poeta, ut stropha Manii probat (vide supra p. 645. 646.), in qua „vir eximius" „magnas" „poeta" vocatur. Carmina jam ipsa recensebimus.

1. Kvæði um Sverri konung Sigurðarson, carmen de Sverrere rege Sigurdi filio († 1202). Hujus carminis nulla mentio facta est, nisi in Rec. A (sub nro. 133); in B nomen omissum est. Sed cum in A inter poetas hujus regis numeretur, et Snorrius viginti quatuor annorum esset, cum rex mortuus est, nihil obstat, quo minus carmen tale in honorem regis admodum strenui, quem Snorrius, cum Oddii mansit, admirari certo didicit, composuerit, sed utrum vivo adhuc rege an mortuo, scire non possumus, neque quicquam restat carminis.

2. Kvæði um Hákon jarl galinn, carmen de Hakone dynasta galine. Hic inter cives vel princeps fuit, ut ex vita Ingii regis Undaliniana[2] apparet, quem mortuum Norvegi magnopere doluisse dicuntur, cum putarent, se damnum magnum passos esse, neque fuisse quemquam fortiorem virum; „præfectus etiam terrae probissimus fuit, militibus ac colonis æque carus". De hoc probo principe Snorrius carmen (sine dubio intercalatum) composuit, eique in Norvegiam (scriptum) misit[3], pro quo carmine dynasta Snorrio dona ampla, gladium, clipeum, loricam remisit (de quibus stropha Manii, vide supra p. 646.) eique litteras misit, quibus eum, ut se viseret, invitavit, summos honores ei se tributurum pollicitus. Hoc

---

[1]) Sturl. (1818) II 46. Sturl. (1878) I 235.

[2]) Fornm. IX 208—9.

[3]) „Hann orti kvæði um Hákon jarl galinn" Sturl. (1818) II 46. Sturl. (1878) I 235. In Rec. A solo innuitur (sub. nro. 181.)

facere libenter Snorrius voluit, sed „iisdem temporibus dynasta morbo mortuus est" (post festum Jolense, an. 1214). Carmen igitur verisimiliter an. 1212 jam factum et in Norvegiam missum est, munera anno post (æstate) Snorrio remissa. Deperditum carmen est.

Etiam dynasta a Snorrio petiisse dicitur, ut carmen de conjuge sua, Christina, Nicolai filia, componeret. Itaque

3. Andvaka, kvæði um frú Kristínu Nikolásdóttur, carmen de Christina Nicolai filia, quæ viduata iterum Askeli Gothiæ legifero nupta est. Quando compositum sit, disertis quidem verbis non dicitur, sed, nisi fallimur, Snorrius, qui jam pridem iter in Norvegiam intenderat, et certe æstate an. 1214, ut dynastam viseret, peregrinaturus erat, hoc carmen hieme 1213—14 composuit, æstate post dynastæ ejusque uxori recitaturus. Morte vero dynastæ comperta, ab itinere destitit; carmen fortasse an. 1215 Christinæ misit. Nam jam miserat [1], antequam ipse in Norvegiam profectus est (an. 1218). Æstate an. 1219 Christinam maritumque visit optimeque acceptus est. Præter alia dona, cum autumno abiret, signum, quod Erici Caroli filii Sveonum regis fuerat, dono accepit. Nomen carminis, *Andvaka*, Egilsonius a *vekja* (excitare) duxit [2], ut significaret „carmen viros e somno excitans". Hæc vero significatio, cum de muliere ejusque laudibus actum sit, minus apta nobis videtur. Putamus igitur alteram, a *vaka* vigilare, deductam, ut sit „pervigilium", præferendam esse, qua poeta significet, se noctes quietas, turbas minimas meditanti afferentes, car-

---

[1]) „Snorri hafði ort um hana kvæði þat, er Andvaka heitir, fyrir Hákon jarl at bæn hans". Sturl. (1818) II 49. Sturl. (1878) I 238.

[2]) Lex. poet. suo loco.

mini componendo potissimum elegisse [1], idque rursus denotat, carmen summa cura et arte elaboratum esse. Totum carmen deperditum est.

4. Kvæði um Inga konung Bárðarson, carmen de Ingio rege Bardi filio, fratre Skulii, an. 1217 demortuo, quod ex Rec. solo (nro. 139) novimus. Utrum ante an post mortem regis factum sit, non liquet. Nihil ejus, quod sciamus, adhuc restat.

5. Drápa um Skúla Bárðarson, carmen de Skulio dynasta intercalatum, sine dubio hieme 1218—9, quam in aula ejus degit, compositum est, aut etiam paulo ante. Totum deperditum est, præter versus intercalares, qui divisi fuerunt *(klofastef)* tales:

Harðmúlaðr varð Skúli
rambliks framar miklu
gnaphjarls skapaðr jarla [2]

i. e. Skulius, ventorum telluris (maris) fulgoris duri (auri) inimicus (*harðmúlaðr gnaphjarls-rambliks*) dynastarum longe præstantissimus natus est. — Metrum fuit panarmonion per totum carmen, nam *alhend* (l. c.) non ad *klofastef* referendum est, sed ad subintellectum *drápa* (carmen), nam, nisi ita fuisset, sane fuit leve, si soli versus intercalares fuissent. Carmen satis magnificum genere et arte fuit. Cum domum rediisset poeta, cives ejus propter suspicionem proditæ patriæ eum et carmina ejus ut futilia et illepida irriserunt, et imprimis vocabulum *harðmúlaðr* (proprie „duro ore", translate „sævus" „ini-

[1]) Cfr. illud Einaris lancicrepi:
Gerðak veig of virða
vörð, þanns sitr at jörðu,
þat vann ek meðan aðrir,
örváfaðar, sváfu.
Fornm. XI 127.

[2]) „Snorri hafði ort um jarlinn tvö kvæði; váro klofastef í drápunni ok alhend". Sturl. (1818) II 56. Sturl. (1878) I 244, ubi lectio, aliqua ex parte minus recta, nostram sententiam probare videtur.

micus"), ut Thoroddus quidam de Selvogio vervece poetam quendam, ut stropham ignominiosam de Snorrio faccret, commoverct, quam paulo antea totam attulimus (p. 657). — Pro carmine hoc et altero a dynasta decem et quinque munera, et navim, qua domum vectus est, dono accepit, unde apparet, illum carmina Snorrii haud parvo pretio digna habuisse.

6. **Kvæði um Skúla jarl Bárðarson**, carmen de Skulio Bardi filio, verisimiliter hieme 1219—20 compositum. Cujus generis fuerit, non diserte dicitur, sed videtur fuisse non intercalatum (*flokkr*), cum opponatur ei drápa[1]. Deperditum etiam est.

7. **Háttatal**, carmen, Clavis metrica dictum, Snorrii longe celeberrimum, quod quia e tribus carminibus constat de singulis hic disseremus[2]. Nomen suum *Háttatal*[3] ideo habet, quod non ut omnia alia uno atque eodem metro compositum est, sed quia singulis strophis singula metra sunt. Itaque tenendum est, carmen re vera unum esse, etiamsi tripertitum est[4]. De tempore, quo compositum sit, diu dubitaverant docti, priusquam Gislasonius probavit, post. an. 1221 et ante 1223 factum esse[5]. Jam ante tempora Snorrii, c. an. 1150, clavim metricam Rögnvaldus Kalius dynasta Orcadensis et Hallius Islandus

---

[1]) Vide adnotationem proximam.

[2]) Editum est in hoc opere tom. I p. 594—717, et in aliis editionibus Eddæ nostræ, præterea separatim a viro doctissimo Dr. Th. Möbio: Háttatal Snorra Sturlusonar. I—II. Hallo a. S. 1879. 1881, quam editionem in universum de rebus plurimis, quarum hic nulla mentio fieri potest, consulas velimus.

[3]) „hattatal er snorri sturlo son orti vm hakon konvng ok skvla hertoga". Sn. E. II 372. Cfr. II 250.

[4]) Cfr. Möb. Ht. I 35. 61.

[5]) Aarböger for nord. Oldkh. og Hist. 1869 p. 147—8. Möb. Ht. I 33—4. G. Storm: Snorre Sturlassöns Historieskrivning p. 82.

composuerant[1]. Hos Snorrius quodammodo imitatus suum recensum composuit, non quo metra solum doceret, sed etiam quo principes magnifice celebraret.

Si metra, quorum longe plurima suum quodque nomen habent[2], paulo attentius observarimus, primo loco metra collatata (*dróttkvæðir hættir*) erunt, quæ str. 1—48 continent. Hæ strophæ quoad formam verborum tantum et syllabarum harmonicarum varia positione et numeris inter se differunt, metri lege fundamentali ne hilum quidem mutata. Secundo ponuntur metra apocopata (str. 48—51, *stúfar*), quæ una syllaba finali versus cujusvis collatati demta efficiuntur. Str. 52—3. semiplenarum harmoniarum (*skothendur*) exempla præbent, quæ a metro collatato non multum abhorrent. Str. 54—8. priscorum poetarum metra continent (*fornskálda hættir*), quæ nondum vere collatata sunt, qualibus antiquitus usi erant Ragnar loðbrók (cfr. supra p. 303), Einar (Torf-Einar) dynasta Orcadensis, cujus quinque adhuc strophæ extant, Egill Skallagrimi filius, Fleinn poeta (vide supra pag. 317), Bragius (vide supra pag. 313—4). Attamen observandum est, strophas Snorrii cum strophis poetarum horum relictis non omni ex parte congruere, unde apparet, metris eorum Snorrium liberius usum, secundum leges suas strictas paullum immutasse[3]. Deinde str. 59—61. metri genus hypercatalecticum (minimum majus maximum, *kimblabönd)* præbent. Str. 62—4. dimetra *(hrynjandi hættir)* dant. Str. 65—7. variationem lemuriam (*draughent*), extemporalem *(munnvörp)*, syllabis harmonicis carentem (*háttlausa*) exhibent, quæ omnia sane ad metrum collatatum prope accedunt. Str. 68—70. metri producti *(toglag)* sunt, quod prorsus a

---

[1]) Flat. II 468. Edda Ed. Egils. 239—48.

[2]) Möb. Ht. I 67.

[3]) Cæterum vide Gislasonii verba in Njála II 17—20 cum adnot. 15—19.

collatato, ut omnia sequentia, abhorret. Str. 71—3. metrum grönlandicum (*enn grænlenzki háttr*), breve (*enn skammi h.*), novum (*enn nyi h.*). Str. 74—5. metro harmoniæ contiguæ (*náhent*) compositæ sunt. Str. 76—9, variationem singultantem (*hnugghent*), semiapocopatam (*halfhnept*), apocopatam (*alhnept*), Hadi melos (*haðarlag*) præbent. Deinde sequuntur str. 80—94. metrorum homœoteleutorum permulta genera (*runhendir hættir*). Postremo loco dantur metra antiquissima et Eddica strophis 95—102. — Hinc perspicuum est, quantam curam et doctrinam huic carmini componendo poeta impenderit, quam non possumus non admirari.

Jam si quærimus, ecqua metra Snorrius ipse nova finxerit, nos quidem respondemus, verisimillimum esse, eum omnia hæc genera ante usurpata invenisse, collegisse, in ordinem redegisse, quod eo facilius fuit, quod clavim metricam Rögnvaldi ad manus habuit, sed sine dubio rem liberius arbitratu suo tractasse, metra paulum immutasse, ut artificium omnibus in locis sibi ipsi congruens et constans efficeret, itaque gloriari optimo jure ei licuit dicenti: „laudibus indignus non appellabitur is, qui omnia sic numeris reddere metra poterit" (str. 100). Cæterum animadvertendum est, nonnulla talia esse metra, quæ proprie variationem vix efficere possint, et præterea, quod ad metra 1—48 attinet, ne carmen quidem unquam fuisse, singulis variationibus per totum observatis.

Jam ad carminis singulas partes veniemus.

a, Kvæði um Hákon konung Hákonarson, carmen de Hakone rege Hakonis filio. Ex triginta primis strophis Clavis constat[1]. Digestionem carminis, diu rem perscrutati, tandem talem invenisse videmur nobis:

---

[1]) Sn. E. I 594—641. II 372—87. Möb. Ht. I 1—5. 74—77. II 14. Singulæ strophæ aut stropharum partes etiam inveniuntur: Sn. E. II. 499 (str. 2 post. pars) 168 (422; str. 5

1 — 3 ≠ 14—16, ternæ strophæ,
4 — 9 ≠ 17—22 senæ strophæ,
10—12 ≠ 23—25 ternæ strophæ,
13 ≠ 26 singulæ strophæ intercalares,
27—29 tres strophæ,
30 stropha finalis

id est: Quatuor ultimis strophis demtis, quarum tres de re poetæ privata, navigatione in Norvegiam muneribusque regiis agunt, ultima vota de regis fortuna et longævitate, in fine aptissime collocata continet, reliquæ 26 str. in duas partes aperte dividi debent, inter se omnibus ex partibus congruentes. Str. 13. et 26. versus intercalares continere videntur, nam sententiæ: „stóð sær of fjöllum" „skaut jörð ór geima" (str. 13). „Bregðr hönd á venju" „spyrr ætt at jöfrum" „sér gjöf til launa" „vex hverr af gengi" (str. 26), omnes ejusdem fere generis sunt (*forn minni*, veteres memoriæ, et *orðskviðir*, proverbia) et ejusdem ac versus intercalares in Sigurdardrapa Kormaki[1]. Præterea inter se strophæ consimiles sunt, cum regem in universum ob virtutes utraque laudet. Ternæ strophæ in partibus singulis inter se artissime cohærent: 1—3. laudem regis tutoriam et gubernatoriam continent, str. 14—16. verborum etiam connexu indissolubili conjunguntur (*konungdómi* ‖ *þeim; setri* ‖ *setr*), argumento simili. Deinde senæ strophae cohærent, cum str. 4—9. pugnas regis et militiam, ut videtur, adversus Slittungos, str. 17—22. pugnas adversus Ribbungos (an. 1221) ejusque navigationes[2] describant. Postremo str. 10- 12.

---

pars post.) 222 (str. 12). 220 (str. 14). 146 (418; str. 15 postrema quadrans, et str. 16 primus versus). 122 (412; str. 28 secunda quadrans). Cfr. Möb. Ht. 1 18.

[1]) Vide Wisén: Carmina Norrœna p. 26. Cfr. etiam versus intercalares in carmine Illugii Bryndælorum poetæ supra p. 596—8.

[2]) Vide Eirsp. Hák. Hák. c. 35. 48. 64. 68. Fornm. IX 285 sqq. 301—2. 309—10.

regis tutelam et potentiam, str. 23—5. mansionem in aula regia hibernam comissationesque laudant. Hæ congruentiæ fortuitæ esse non possunt. Sed ne quis sit forte miratus, quatuor ultimas strophas nullas in primo carmine habere congruas, monuerimus, præterquam quod hoc non necessarium esset, poetam primam harum stropharum variationem supplementorum *(álagsháttr)* continere, qua poeta hanc partem quasi supplementum *(álag)*, carmini additum, videtur ipse significasse.

b. Kvæði um Skúla jarl Bárðarson, carmen de Skulio dynasta, str. 31—66[1]. Hoc carmen in cod. Worm. (adn. infra) *Bragarbót* nuncupatum est, sed falso; hoc enim vocabulum: „bragarbót" nihil est, nisi nomen metri strophæ primæ; librarius titulum carmini, non, quod unice rectum, strophæ præscriptum putavit. Frustra versus intercalares hic quæsivimus, sed mirum est, si nulli fuerunt, et veremur necubi lateant[2]. Hoc carmen in quatuor partes divisum esse (9 + 9 + 9 + 9) videtur. Prima pars de rebus bellicis et aliis facinoribus Skulii agunt, ita ut, carmine str. 1. indicato, str. 2. cædem Pauli aulæ-magistri *(dróttseti)* an. 1213. patratam, str. 3. pugnam in Raumorum comitis eodem anno, str. 4—8 res gestas æstatis an. 1214 *(Vágsbrúarsumar)*, str. 9. Skulium nomen dynastæ honorificum a rege (an. 1217) accepisse

---

[1]) Sn. E. I 642—682. II 387—96 (in str. 56 finitur). Möb. Ht. I 5—11. 79 - 82. II 15—22. Sn. E. II 146. 498 (str. 40 prior pars et postrema quadrans). Fríss. 427. Eirsp. Hák. Hák. c. 68. 69. Flat. III 46. Fornm. IX 311. 312. (str. 63. 64. 66). Cfr. „Nú hefr upp annat kvæði" in cod. Reg. „Her hefr annat kvæði þat er ort vm Skvla iarl ok heitir Bragarbót". Sn. E. I 642 adn. 2 fin.

[2]) Num forte sunt: „hringr brestr at gjöf" (str. 49_2) et „jöfurr góðr vill svá" (str. 51_8), sed facile fatemur positionem versuum in strophis rei non favere.

commemoret. Secundæ partis str. 10—18. Skulii liberalitatem in universum tractant, str. 19—36. omnes res Skulii (pugnas cum Slittungis et Ribbungis, in quibus cædem Gunnaris Asæ filii, an. 1221), an. 1218—21 gestas. Huic carmini una stropha se applicat, transitionem ad postremam carminis partem efficiens, qua poeta se utrumque carmine laudasse narrat.

c. Kvæði um Hákon konung ok Skúla jarl, carmen de Hakone rege et Skulio dynasta strophas 68—102. continens[1]. Hæ triginta quinque strophæ metrorum minorum exempla præbent. Hic versus intercalares inveniuntur tales:

Fremstr varð Skúli
skjöldunga ungr,

nam 1. versus str. 1 (68) cum ultimo strophæ 3 (71) ita cohæret; ea enim est collocatio horum versuum in carminibus metri producti *(tøglag)*. Str. 1—3. exordium efficiunt; str. 4—13. expeditiones maritimas et tutelam terræ tractant. Str. 14—16. versuum suorum poeta mentionem facit. Str. 17—25. principum liberalitatem et mansionem in aulis eorum lætam laudant. Str. 26—8. utriusque res gestas in universum laudant. Str. 29—35. de carmine toto agunt, principum laudes continent, postrema votum pro utroque tali modo nuncupat:

Njóti aldrs
ok auðsala
konungr ok jarl,
þat ero kvæðis lok.

---

[1]) „Nú skal upp hefja hit þriðja kvæði". Sn. E. I 682—717. II 152. 420 (str. 73 prior pars); 84. 505 (str. 83 tertia quadrans). Möb. Ht. I 11—16. 82—5. II 26—34.

Falli fyrr
fold í ægi
steini studd
en **stillis** lof.

Ita carmen a rege incipit et in rege desinit, ita rex carminis principium est et finis. Sed totum opus, „ære perennius", de ingenio Snorrii et suavitate linguæ vernaculæ semper testabitur,

8. **Kvæði um Guðmund biskup Arason hinn góða**, carmen de Gudmundo bono Arii filio episcopo (1151—1237), cujus vita habetur multiplex[1]. Hujus carminis certe nulla in libris mentio facta est, sed servati sunt duo versus tales:

Byskup heyr á bæran
bragþátt, göfigs máttar[2].

Hic „byskup" (episcopus) secundum commentarium, qui sequitur, Gudmundum significat[3], ut vix dubitare possimus, quin hic de tali carmine in laudem Gudmundi ipsius agatur[4]. Aliunde etiam novimus, **amicos** fuisse Snorrium et Gudmundum[5], ut hinc verisimile fiat, Snorrium, ejus strenuitatem et mores castos admiratum, eum carmine celebrasse. Sed non nobis probandum esse videtur hoc carmen hieme 1209—10, cum Gudmundus miser captivus apud poetam degeret, in laudem ejus compositum esse. Potius de an. 1224 hic cogitaverimus, cum Snorrius

---

[1]) Bisk. I 407—618. II 1—220.

[2]) „Sem **Snorri** kvað" Sn. E. II 114—116. 410. Den 3. og 4. gr. afhandl. p. 76. 183—4. Möb. Ht. I 28.

[3]) „Hér er sameiginligt nafn byskup sett fyrir eiginligu nafni **Guðmundar**".

[4]) Nam verba *göfigs máttar* rei non adversantur, quæ cum amissis cohæserunt.

[5]) Bisk. I 556. II 76.

Gudmundum ejusque comitatum recepisse in comitiis dicitur[1].

9. Lausavísur, strophae solitariae aliquot Snorrii servatæ sunt, nempe:

1. Raun er at ekki einir ...[2]

an. 1229 composita est post pessima facinora Vazfirdingorum Saudafelli, cum Sturlam Sighvati filium e medio tollere vellent. Huic strophæ Svertingus Thorleifi filius respondit[3].

2. Tveir lifið Þórðr en þeira . .[4]

an. 1238 facta est et Thordo kakalio missa, cum in Norvegia essent, pugna ad Örlygstados, ubi ceciderunt Sighvatus ejusque filius Sturla, comperta.

3. Herfanga bauð Hringi
hjaldr einsköpuðr galdra
Gautr hvatti þrym þreyta
þann ok Hilditanni.
oflengi veldr Yngva
ósætt (en vel mætti
herstefnandi hafna
hans dóm) völundr rómu[5].

---

1) Bisk. I 546.

2) „Snorri hafði ok nokkut í fleymingi, er hann spurði þessi tíðendi ok kvað vísu". Sturl. (1818) II 110. Sturl. (1878) I 288—9. Möb. Ht. I 28.

3) Vide Sturl. (1818) II 112—3. Sturl. (1878) I 290.

4) „Þá er Snorri Sturluson spurði fall Sighvats bróður síns ok sona hans, kvað hann vísu þessa ok sendi til Þórðar kakala Sighvatssonar". Sturl. (1818) II 226—7. Sturl. (1878) I 381. Möb. Ht. I 28—9.

5) „Snorri kvað" Eirsp. Hák. Hák. c. 200. Fris. 491. Flat. III 120. Fornm. IX 455. Sn. E. II 184. Den 3. og 4. gr. afh. p. 116—117. 234—5. Möb. Ht. I 29. Ordo talis est: *Her-*

Ita cecinit Snorrius hieme 1238—9, cum apud Skulium manens ab eo provocatus esset, ut stropham funderet de Gauto Melensi, viro Norvego, qui credebatur ducem coram rege calumniari. Odini nomen etiam Gauto fuit, qui cum reges invicem ad bellandum excitare crederetur, poeta, hac fabula usus, icona elegantissimum effecit.

4, Eyjolfi berðu' elfar ...[1]

Stropha de Eyjolfo Brunii filio, poeta eximio, viro liberali, non divite facta est[2]. Non constat, qua occasione composita sit, sed nulla videtur esse causa, cur *heim* (3. versus) „domum in Islandiam" hic significet potius quam „domum" ad Eyjolfum ipsum. Cæterum Eyjolfus nobis ignotus est, sed Edda Lövasina nobis semistropham ejus quandam conservavit[3], quam, quia antea minus recte edita est, hic rectiorem ex scripto damus:

Kaupir árr, (né eyri
allrífum má hlífa),
orðrakkr ilja snekkjur
austrœnna sér flausta.

5. Komk inn þars sat svanni,
svanna vænstr í ranni,
gerðr leysti sú svarðar
svarðakr raðar garða[4].

---

fanga-galdra-einsköpuðr bauð Hringi ok Hılditanni hjaldr et quæ sequ. *Herfang* loricam significat, cujus *galdrar* (cantus) pugna.

[1]) „Sem Snorri kvað" Sn. E. II 204. Den 3. og 4. gr. afh. p. 127. 256. Möb. Ht. I 29—30.

[2]) „Þessi Eyjólfr var Brúnason, skáld einkar gott ok búþegn góðr, en eigi férikr". Sn. E. II 204.

[3]) Sn. E. II 205 not. Snorra-Edda Ed. Egilson. p. 231.

[4]) „Sva qvað Snorri stvrlv son". Sn. E. II 500. Möb. Ht. I 30. *Garða* pro *garði* scripsimus, cum hic *svarðar-garða-raðar-gerðr* denominatio fæminæ sit; *svarðar-garða röð* est diadematis series, diadema e serie lamnarum aurearum connexum.

Ipsa stropha occasionem, qua motus cecinit eam poeta, indicat, et bene cum indole Snorrii convenit, cum sciamus, eum sæpius muliebri formositate captum esse, sicut illius Solveigæ Sæmundi filiæ, quacum sermones conserere Snorrium valde delectasse dicitur. Cæterum nihil amplius de hac stropha scimus.

Præterea duæ strophæ sunt, quæ nomine Snorrii carentes tamen ei rectissime tribuendæ videntur:

6. Björn frák brýndu jarni ...
7. Éls varð mynd á málum ... [1]

Priore, una ex pluribus, poeta de cæde Björnis Thorvaldi filii, a Lopto Jonis filio an. 1221 patrata, gloriatur, sed Björn fuit inimicus Snorrii, et strophæ Stafaholti, ubi hoc tempore ipso habitavit, compositæ sunt. Huc accedit, quod in eundem versum, atque ille Snorrii, qui maxime a Björne aliisque inimicis irrisus erat, desinit, ut nulla dubitatio de auctore relicta sit, et aperte vita Sturlungorum Snorrii eam esse voluit. Altera stropha de cædibus quibusdam in parte Islandiæ occidentali an. 1222 factis agit, quæ cum Reykjaholtum, ubi Snorrius tunc mansit, perlatæ fama essent, ibi hæc stropha composita est, ut vix ulli alii tribui possit, ac Snorrio ipsi.

134. Sighvatr Egilsson. Hic poeta nobis omnino ignotus est, nisi quam quod sec. Recensum:

Kvæði um Sverri konung Sigurðarson, carmen de Sverrere rege Sigurdi filio, composuit.

135. Snorri Bútsson. Neque hic nobis notus est. Nomen ipsius familiaritatem sive affinitatem cum Sturlungis

---

[1]) „Vóru þá kveðnar í Stafaholti vísur nökkurar. Þessi var ein". „Var þar (ɔ: Reykjaholti) kveðin vísa þessi". Sturl. (1818) II 61—2. 93. Sturl. (1878) I 249. 275.

aliquam significare videtur. Patris nomen *Bútr* (quod truncum valet) perrarum est; sed in Sturlungorum historia Butum Thordi filium ad an. 1234 apud Orækiam Snorrii filium morantem ab ejusque partibus stantem invenimus. At hujus filius noster poeta vix esse potuit, cum coævus Sverreris fuerit necesse sit. Verisimile videtur igitur esse, et cum temporis ratione optime convenit, Snorrium nostrum fuisse patruum Buti Thordi filii, et, si fuit, ex tractu Borgarfjordensi aut Myrensi oriundum fuisse. Sec. Recensum:

Kvæði um Sverri konung Sigurðarson, carmen de Sverrere rege Sigurdi filio composuit, cujus, quod sciamus, ne minima quidem vestigia extant.

136. Þorbjörn skakkaskáld, vide supra sub nro. 117.

137. Ljótr skáld, vide supra sub nro. 131.

138. Bragi Hallsson, vide supra sub nro. 132.


139. Snorri Sturluson, vide supra sub nro. 133.

140. Ljótr Sumarliðason, vide supra sub nro. 131.

141. Játgeirr Torfason (cfr. 147. 188. 219), De hujus poetæ gente origineve nihil admodum scimus, præterquam quod ex Rec. novimus, patrem ejus Torfium quendam fuisse. Islandus genere certo fuit, nam „post æstatem (an. 1224) mediam navis in Hvitaam appulsa est, qua Jon Murtius .... et Jatgeirr poeta .... et multi alii Islandi vecti sunt"[1]. Et quod in tractum Borgarfjordensem aut Myrensem venisse hic dicitur, id posset significare, eum inde oriundum fuisse.

[1]) Sturl. (1818) II 82. Sturl. (1878) I 266.

Ex Sturlungorum historia [1] talem genealogiam videmus:



Hæc Oddnya Torfii filia circa et post an. 1150 vixerit necesse est, et in tractu Borgarfjordensi habitavit; deinde notandum est, nepotem, nomine Jatgeirem, habuisse. Hoc fortuitum vix esse potest. Nisi fallimur, Jatgeirr noster Oddnyæ filii, Torfii, filius fuit, quod etiam cum ætate utriusque optime congruit. Nam Leggus an. 1238 mortuus est, cujus filius Olafus niger-poeta an. 1231 adulescens fuit.

Quando primum Jatgeir peregre profectus sit, nescimus, Si de Ingio rege vivo carmen composuit, jam ante an. 1217 in Norvegiam venit, sed nihil certi de re constat. An. 1222 adversus Ribbungos a Skulio dynasta missus eos ad Kyrfiallum invenit et fugavit, de qua re, cum revertisset, stropham fudit etiam nunc servatam [2]. Biennio post in Islandiam, ut dictum est, rediit. Quam diu domi manserit, non liquet. Sed an. 1236 rursus apud Skulium, ut qui maxime, æstimatum eum invenimus. Nam hoc anno, cum simulationes inter Skulium et regem diu fuissent, pax inter eos composita est, cujus in fidem obsides inter se dederunt. Skulius obsides Asolfum propinquum suum et ipsum Jatgeirem regi misit (æstate an. 1236) [3]. Sed an. post (1237) vere, discordia eorum sedata, cum rex Skulio

---

[1]) Sturl. (1818) I 97. Sturl. (1878) I 77.

[2]) Eirsp. Hák. Hák. c. 77. Flat. III 51. Fornm. IX 321—2.

[3]) Eirsp. Hák. Hák. c. 217. Flat. III 116. Fornm. IX 417. Cfr. Dipl. Isl. I 526.

nomen ducis honoris causa dedisset, sine dubio obsides in vicem redditi sunt, ut Jatgeirr rursus ad Skulium se contulerit. Et an. 1239 æstate Jatgeirr cum Björne abbate et Sonio siko a Skulio missus legatus ad regem, ut pacem corroboraret, Biörgyniam venit. Quo facto Jatgeirr redi-isse videtur ad Skulium, qui autumno se regem Throndheimiæ creari jussit[1]. Hieme post, ante festum Jolense, ut videtur, Skulius Jatgeirem in Sueciam misit cum literis, ut auxilium contra Hakonem a rege Sueciæ peteret. Qua legatione comperta, Hakon misit, qui Jatgeirem persequerentur. Cum Jatgeirem in Helsingjalandia nacti essent, ei omnes literas resque pretiosas ademerunt; Jatgeir ipse vix effugit. Deinde Jatgeirr non in Norvegiam rediit, sed in Daniam ad regem Valdemarem profugit. Ubi cum hiemem moratus esset, vere (1240) a Bjarnio quodam Moysis filio, qui ab Hakone rege in Daniam, ut Gregorium Andreæ filium, virum nobilem Norvegum, arcesseret, missus erat, interfectus est, non quia Hakon ita præscripsisset, sed quia noverat, Jatgeirem satellitem Skulii fidelissimum esse, qui fortasse a rege Dano auxilium Skulio quoddam impetraturus esset[2]. Jatgeirr vir manu fortissimus et eloquentia valens, qui Skulio patrono suo et amico operam fidelissimam navaret, fuisse videtur. Qualis poeta fuerit, vix judicare possumus, cum una nobis stropha ejus relicta sit, sed ex auctoritate ejus et honoribus si judicare licet, haud spernendus fuit poeta[3].

Carmina, quæ fecisse eum scimus, sunt:

1. Kvæði um Inga konung Bárðarson, car-

---

[1]) Eirsp. Hák. Hák. c. 217. Flat III 121—2. Fornm. IX 473. Dipl. Isl. I 527.

[2]) Eirsp. Hák. Hák. c. 230. 267. Flat. III 137. 163. Fornm. IX 487—8. X 2.

[3]) Notari hic meret, quod celeberrimus poeta hodiernus Henrik Ibsen hunc poetam fabulæ suæ, quæ *Kongsæmnerne* (reguli) inscribitur, intulit eique partes meritas tribuit.

men de Ingio rege Bardi filio (✝ 1217). Utrum de vivo an de mortuo rege fuerit, nescimus, cum nonnisi ex Rec. (sub nro. 141) cognitum sit, ut omnia, quæ sequuntur, stropha solitaria excepta.

2. Kvæði um Skúla Bárðarson, carmen (potius hic de carminibus fortasse loqui debemus) de Skulio Bardi filio, Rec. nro. 188 significatum.

3. Kvæði um Hákon konung Hákonarson, carmen de Hakone Hakonis filio, nro. Rec. 147 demonstratum, fortasse hieme 1236—7, cum apud regem obses commoratus est, compositum est.

4. Kvæði um Valdemar konung hinn gamla Valdemarsson, carmen de Valdemare Valdemaris filio prisco, Danorum rege (1202—1241), Rec. nro. 219 significatum. Sine dubio hieme (1239—40) compositum est, cum Jatgeirr fugiens e Suecia in Daniam ad Valdemarem venisset.

5. Lausavísa, stropha solitaria, una nobis relicta est:

Rjóðr sák hlækinn heðna ...[1],

quam, Ribbungis ad Kyrfiallum (an. 1222) fugatis, socio suo, quomodo rem gessisset, percunctanti, respondens fudit.

142. Höskullr blindi. Hic poeta nobis plane ignotus est. Cognomen ejus in B *lipi* scribitur, quod verisimiliter minus recte fit[2]; cæcus videtur, quam diu cunque fuit, fuisse. Notari meret, quod an. 1202 Höskuldus quidam Arii

---

[1]) „Þórir spurði félaga sinn Játgeir, hversu tekizt hefði. Hann kvað vísu" Eirsp. Hák. Hák. c. 77. Flat. III 51. Fornm. IX 322.

[2]) Error inde ortus est, quod *b* in *blindi* in archetypo deletum fuerit, et n scriptum est per siglum (Ī; *(b)l Īdi*).

filius in Norvegiam peregrinatus esse dicitur[1], ut quoad tempus facillime item atque noster esse potuerit, qui sec. Rec.

Kvæði um Inga konung Bárðarson, carmen de Ingio rege Bardi filio (1204—1217), nunc deperditum, composuit.

143. Rúnólfr skáld. Hic Runolfus poeta, nobis omnino ignotus, sec. Rec.

Kvæði um Inga konung Bárðarson, carmen de Ingio rege Bardi filio, jam deperditum, composuit.

144. Snorri Sturluson, vide supra sub nro. 133.

145. Óláfr Þórðarson, vide supra sub nro. 34.

146. Sturla Þórðarson, vide supra sub nro. 39.

147. Játgeirr Torfason, vide supra sub nro. 141.

148. Gissurr jarl Þorvaldsson. Hujus celeberrimi magnatis vitam totam hic perscribere non attinet, sed summatim capita tantum attingemus, lectores ad uberrimam vitam ejus auctore J. Thorkelsonio[2] relegantes. Ex nobilissima gente oriundus fuit. Pater ejus Thorvaldus nepos Halli Teiti filii, qui Isleifi episcopi († 1080) filius fuit. Mater ejus Thora fuit, filia Gudmundi |grisis, viri nobilis. Natus est Gissur hieme 1208—9. et apud parentes educatus est. Præmaturus valde fuit, nam tredecim annos natus causam fortissime egit et sedecim annorum filiam Snorrii Sturlæi, Ingibjargam duxit (an. 1224). Quod J. Thorkelsonius auguratus est, eum fortasse diaconum fuisse, id minus recte factum esse putamus. Nam

---

[1]) Bisk. I 482.

[2]) Æfisaga Gizurar Þorvaldssonar. Reykjavík 1868.

in verbis: „Bar jarl fram fornan landssið ok sjálfs sín dœmi"[1], vocabulum *dœmi* non exemplum, sed judicium significat[2]. Aestate an. 1229 primum in Norvegiam profectus a Skulio dynasta bene receptus est. Aulicus ejus et pincerna *(skutilsveinn)* factus est. An. 1231 domum rediit, et anno post divortium eum uxore fecit, ex quo tempore necessitudinem suam cum Snorrio ne pensi quidem habuit. His annis litibus civium abstinuit, omnibus se amicum præbens. Sed cum Sturla Sighvati filius aliquot annos in nobilissimos cives, ut Snorrium ipsum, sævisset, ut patriam in provinciam regis Norvegi redigere posset, etiam Gissurem, quem pæne solum jam metuebat, petere cœpit, et an. 1238 Apavatnum, ad sedem Gissuris profcetus est. Quo cum amicitiæ speciem simulans venisset, Gissurem comprehendit, coegitque ut juraret se peregre ad regem profecturum, et fidem datam servaturum. Tum Gissur, calliditate sua usus, eum interrogavit, utrum Norvegico an Islandico more jurare deberet. Cum Sturla respondisset, nihil referre, utrum esset, Gissur Norvegico more juravit, ne videlicet Islandico in patria teneretur. Sed Gissur, ira propter vim sibi illatam vehementer commotus, eodem anno copiis collectis Örlygstados, ubi Sturla cum patre habitabat, venit, et Sturlam manu sua occidit. Fortissimo ministro Hakonis regis, qui occasioni Islandiæ potiundæ semper inhiabat, ita sublato, cum Snorrius ejus adversarius aperte esset, nullum Gissure aptiorem, qui consilia sua efficere posset, ratus,. literas ei an. 1240 misit, quibus petiit, ut Snorrium aut ad se mitteret aut interficeret. Gissur, occasionem, ut supra (p. 659) dictum est, nactus, Snorrium vita privavit (an. 1241). Deinde iterum an. 1242 in Norvegiam trajecit, ibique biennium mansit, quo peracto domum rediit. Tertium an.

---

[1]) Æfis. G. Þ. p. 11.

[2]) Cfr.: „Fátt vill þú at mínum dœmum gera" Völsunga saga. c. 18.

1246 peregrinatus est cum Thordo kakalio, ut rex lites eorum judicio suo dirimeret. Sed rex eum usque ad an. 1252 in Norvegia retinuit provincia ei Throndheimensi data. An. 1248 Romam iter sacrum fecit, ubi a papa absolutionem peccatorum accepit. An. 1252 domum a rege missus est, præfectus pæne totius terræ septentrionalis factus, nullo jure, cum Islandi nondum regi se dedidissent. Cum domum revertisset, Groam, quæ fuerat ejus pælex, in matrimonium duxit. Promissis, quæ regi fecerat una cum aliis, et maxime Thorgilse skardio, jam stare non cogitavit, voluntate regia neglecta, sed potius auctoritati suæ augendæ animum intendit. An. post (1253) cum in villa *Flugumyrr* domicilium fixisset, Eyolfus Thorsteinis filius, qui Thorridam Sturlæ filiam, quem Gissur Örlygstadis occiderat, duxerat, ut soceri cædem ulcisceretur, Flugumyrum profectus est cum fere quadraginta viris. Pugna commissa, villa incensa tota conflagravit, uxor Gissuris et tres filii incendio necati sunt, vix ipse vitam servavit. Postea atrocissimam ultionem Gissur cepit, ut ab Henrico, episcopo Norvego, regis fidelissimo in Islandia ministro, excommunicaretur. Anno uno peracto (1254) quartum in Norvegiam trajecit, ut regem placaret, ab eoque amice receptus est. Tum rex Gissuri iterum procurationem provinciæ in Throndheimia dedit, quam quadriennium usque ad an. 1258 tenuit. Interim expeditioni regis in Hallandiam (an. 1256) et alteri in Sjalandiam (an. 1257) interfuit. His annis Thorgils skardius, qui fuerat Hakonis adjutor in Islandia, interfectus est. Itaque rex constituit Gissurem domum mittere, ut conatus Thorgilsis redintegraret, eique dynastæ nomen (an. 1258) aliaque majestatis insignia dedit, quibus rebus captus Gissur ei operam fidelem navare pollicitus est. Et quamquam Gissur rem primo neglexit, tamen an. 1262—64, Hallvardo auricalceo *(gullskór)* gnaviter annitente, perfecit, ut tota Islandia regi Norvego se summitteret. Ultimos vitæ annos maxima ex parte quietos Gissur vixit, et tandem, ærumnis et rerum

vicissitudinibus fatigatus, an. 1267 constituit in coetum monachorum recipi, sed paulo post, die Januarii XII. an. 1268 mortuus est.

Poeta satis lepidus fuisse, sed artem parum exercuisse videtur, nam præter duas strophas solitarias unum tantum carmen ejus commemoratum est:

1. Kvæði um Hákon konung Hákonarson, carmen de rege Hakone Hakonis filio (1217—1263). Hoc carmen certo hieme 1257—8 compositum est, nam in semistropha servata fit mentio expeditionis regis in Daniam æstate an. 1257, et an. 1258 domum in Islandiam revertit, nec postea in Norvegiam trajecit. Semistropha vero talis est:

Snjallr bauð örgrant öllum
allvaldr griðum halda
naðrs glóstrætis njótum
nætr sex ok frið gæta [1].

2. Lausavísur, strophæ solitariæ duæ nobis servatæ sunt:

1. Enn mank böl, þaz brunnu ...
2. Borg lét brennuvarga ... [2]

Prior post incendium Flugumyri (an. 1253), altera Kolbeine grön aliisque incendiariis occisis (1254) composita est.

149. Árni langi. Hujus poetæ nulla, quod sciamus, mentio fit, nisi in Recensu. Notandum tamen est, quod in vita Hakonis Arnius quidam longus memoratur [3] signi-

---

[1]) „Svá kvað Gizurr Þorvaldsson, er þá var með konungi". Eirsp. Hák. Hák. c. 333. Flat. III 200. Fornm. X 82.

[2]) „Eptir brennuna kvað Gizurr vísu þessa". „Þá kvað hann vísu þessa" Sturl. (1818) III 196. 200. Sturl. 1878) II 170. 174.

[3]) Flat. III 158.

fer Petri filii Skulii ducis an. 1240. Et nihil obstat, quo minus idem sit, ac noster poeta. Si a partibus Skulii usque ad mortem ejus stetit, facillime postea Hakonis satelles fieri potuit. Etenim legimus, Hakonem misericordem se clementemque erga omnes hostes, qui ei se dedidissent, præbuisse[1]. Sed si fuit hic Arnius longus poeta, tum nescio quantum mirandum sit, quod nullum ejus carmen de Skulio commemoratum est; sed exempla quidem extant, demonstrantia, nonnullos ætate demum provectos carmina pangere cœpisse. Secundum Rec.

Kvæði um Hákon konung Hákonarson, carmen de Hakone rege (1217—1263) composuit, quod totum deperditum est.

150. Óláfr Leggsson svartaskáld. Hic Olavus filius fuisse Leggi presbyteri dicitur[2]. Leggus filius Torfii presbyteri, atque, ut conjecimus (p. 674), frater Jatgeiris poetæ Torfii filii, fuit; an. 1238 mortuus est[3]. Cognomen suum *svartaskáld* (niger-poeta) Olavus sine dubio, ut ab altero Olavo, *hvítaskáld* (ob flavos crines albus-poeta) dicto, qui ejus coævus fuit, internosceretur, et verisimile est, ut nigros ipse habuerit capillos et supercilia. Cæterum nihil de ejus vita comperimus, nisi quod vita Sturlungorum nobis narrat[4], eum in Norvegiam iam an. 1230 venisse, eoque tempore Biorgyniæ fuisse unacum Jone murto Snorrii filio, qui ei pecuniam egenti suppeditavit. Tum factum est hieme aliquando, (mense Januario 1231) ut inebriati affines Gissur et Jon murtius in cubile cum venissent, ibique tenebræ essent, Jon ministros acerbe increpitaret, Olavus vero excusaret. Tum Jon lignum quoddam

---

[1]) Flat. III 156.

[2]) Sturl. (1818) II 124. (1878) I 299.

[3]) Flat. III 529.

[4]) Sturl. (1818) II 124—5. 128. Sturl. (1878) I 299—300.

arripuit Olavum feriturus, sed Olavus, securi capta, caput Jonis percussit, quo vulnere Jon postea mortuus est. His promptis, nihil est, quod præterea de eo sciamus. Certe rursus in Islandiam reversus, ibi reliquam vitam degit. Carmina ejus fuisse comperimus:

1. Kvæði um Hákon konung Hákonarson, carmen de Hakone rege (1217—1263) Hakonis filio, Rec. oro. 150 significatum. Ex hoc carmine nihil restat, nisi forte duo versus et semistropha:

1. Gjarn emk máls um mörnar
mæring, þanns blik særir
2. Hreinstólpa átt hjálpar ...[1].

An. fere 1230 fortasse compositum est.

2. Kvæði um Skúla jarl Bárðarson, carmen de Skulio dynasta Bardi filio, eodem fere tempore compositum necessario videtur. Sane nulla talis carminis facta est in libris, quantum sciamus, mentio, sed cum servati sint duo tales versus:

Skúla'r bezt und báli
byrræfrs sköpuð æfi[2].

„Skulio ætas sub sole optima data est", nulla dubitatio jure excitari posse videtur.

3. Kvæði um...... (?), carmen sacrum, incertum de quo, (fortasse de deo aut Christo), ex quo duæ semistrophæ extant:

---

[1]) „Svá qvað olafr leggs son" Sn. E. II 498. 628—9. Sn. E. (Ed. Egils) p. 215. 235. Cfr. tamen supra p. 177.

[2]) „Sem olafr læggs son qvað" Sn. E. II 397. Sn. E. (Ed. Egils). p. 232. Den 3—4 grammat. afh. (1884) 159. 298. Cfr. supra pag. 165.

1. Heldr vas hónum's seldi (½ ...
2. Tungl gaft tryggvinr engla (½ ... [1].

4. Kvæði (mansöngskvæði), carmen quoddam, ut videtur, amatorium, cum de muliere agatur, sed nihil de eo certi affirmare licet, cum tantum tres versus habeamus, qui ad tale carmen referri posse videantur:

1. Freyju angan leygjar (⅛ ...
2. Hög leit hvarma skógar (¼ ... [2]

Fortasse ad unam stropham solitariam potius referendi sunt.

151. Gutthormr körtr helgason. Nomen ejus in B solo invenitur, sed nulla causa est, cur dubitemus, quin revera Hakonem laudarit, cum etiam aliunde sciamus, Gutthormum fuisse poetam. Filius fuit Helgii Sveinis filii et Thuridæ filiæ Rafnis Sveinbjörnis filii, viri nobilis, qui an. 1213 mortuus est [3]. Pater ejus, Helgius, Örlygstadis in pugna atroci (an. 1238) cecidit [4]. Gutthormus uxorem Thorgerdam Thorlaci filiam, sororem Arnii episcopi, habuit, ex eaque filiam Halldoram suscepit [5]. Habitavit Lokinhamris, et inter nobiles viros in Vestfjördis numeratus est [6]. An. 1252 cum Rafne Oddi filio, cognato suo, Stafholtum, ut Thorgilsem skardium e medio tollerent, iisse fertur, et an. 1255 hieme cum eodem Geldinga-

---

[1]) „Svá kvað Óláfr Leggsson" „ok enn". Sn. E. II 629 Sn. E. (Ed. Egils) p. 235. Nullam causam videmus, cur ex *Thomasdrapa* hæ semistrophæ sint, ut vult G. Thorl. (Udsigt etc. p. 161). Cfr. supra p. 192—3.

[2]) „Ok sem (Svá) kvað Óláfr Leggsson". Sn. E. II 108. (408. 510). 499. Den 3–4 grt. afhandl. (1881) 15. 70. 179. Sn. E. (Ed. Egils) 216.

[3]) Sturl. (1818) III 11. Sturl. (1878) II 311. Bisk. I 676.

[4]) Sturl. (1818) II 225. Sturl. (1878) II 9—10. Bisk. I 676.

[5]) Sturl. (1818) IV 2. Sturl. (1878) II 311 Bisk. I 676. 680.

[6]) Sturl. (1818) III 11. Sturl. (1878) II 9.

holtum, ut Oddum Thorarinis filium vita privarent[1]. Postea nihil de Gutthormo comperimus, neque quo anno mortuus sit, novimus[2]. Cognomen ejus *körtr*[3] rectissime scribitur, idque sine dubio valet idem atque *murti* (cognomen Jonis Snorrii filii), i. e. exiguus.[4] Carmina ejus fuerunt:

1. Kvæði um Hákon konung Hákonarson, carmen de Hakone Hakonis filio rege (1217—1263), ex Rec. B solo cognitum est.

2. Lausavísa, stropha solitaria una nobis relicta:

Fold skal fregna aldri ...[5]

an. 1255 est composita, cum Geldingaholtum, Oddum interfecturi Rafn ejusque socii proficisci pararent.

152. ÓLÁFR ÞÓRÐARSON, vide supra sub nro. 34.

153. STURLA ÞÓRÐARSON, vide supra sub nro. 39.

154. ÞORSTEINN ÖRVENDILSSON. Hic poeta Norvegus fuit, nam ita vita Arnii episcopi Thorlaci filii nobis narrat[6]. Cæterum nihil de eo scimus, nisi quod „animo

---

[1]) Sturl. (1818) III 150. 216. 219. Sturl. (1878) II 130. 188. 191.

[2]) Quod in libello „Udsigt over de norsk-islandske Skjalde" disputatur (p. 161), eum Thordi Sturlæi filium fuisse, apertus error est, ut ex locis citatis satis luculenter prodit.

[3]) Vide supra pag. 265, not. 1.

[4]) Nam fem. *karta*, quod gemmam arborum notat et deinde parvum quid communiter, masculinum *körtr*, etsi non invenitur, respondet.

[5]) „Guthormr körtr kvað þá víso" Sturl. (1818) III 216. Sturl. (1878) II 188.

[6]) Bisk. I 754. Sturl. (1818) IV 86.

superbiente" fuisse dicitur, et an. 1286 in Islandia moratus est; hoc enim anno Erlendum robustum Skalholtum ad Arnium episcopum a Rafne Oddi f. missum secutus est[1]. Nomen patris, etiam injuria *Eyvendill* scriptum, satis rarum est. Secundum Rec. poeta fuit et

Kvæði um Eirík konung Magnússon, carmen de Eriko regi Magni filio (1281—1299) composuit, quod totum deperditum est.

155. Þorvaldr Helgason. Certo idem fuit atque ille Thorvaldus filius Helgii Lambkaris filii, de quo nonnulla in vita Arnii episcopi inveniuntur. Presbyter fuit Holti in Önundarfjördo et præpositus Vestfjördensis. Lites quasdam ecclesiasticas cum Rafne Oddi filio habuit (an. 1285 et postea). An. 1288 Rafn Holtum aggressus, Thorvaldum ibi comprehensum apud se habuit. Eodem an. peregre profecturus ventis adversis repulsus est, ut hiemem domi maneret. Aestate an. sequentis (1289, aut an. demum 1290?) peregre in Norvegiam profectus ad regem venit, sed mox insania aut simili morbo captus mortuus est[2]. Sec. Rec.


Kvæði um Eirík konung Magnússon, carmen de Eriko Magni filio rege (1281—1299), sine dubio an. 1289 compositum regique recitatum est. Sed neque id neque quicquam aliud ex carminibus ejus ad nos pervenit.

156. Jón murti Egilsson. Pater Egil fuit filius Sölmundi et Helgæ Sturlæ filiæ, sororis Snorrii germanæ, ut ratio fuerit genealogica talis:

---

[1]) Vide l. c.

[2]) Bisk. I 749. 764—8. 771—5. 786. Sturl. (1818) IV 81. 99 - 100. 108—9. 122—3.



An. 1274 Arnius episcopus Egilem divortium cum uxore Thorunna ob cognationem facere coegit[1]. Filius, de quo hic agitur, nomen et cognomen Jonis Snorrii filii, infelicis juvenis (v. p. 681—2) nactus est. Cæterum de eo perpauca scimus. In Annalibus invenimus eum in Islandiam venisse an. 1306 et rursus an. 1319, et an. post 1320 mortem obiisse[2]. Certe ante an. 1299 primum peregrinatus est, si, secundum Rec.

Kvæði um Eirík konung Magnússon, carmen de Eriko Magni filio rege (1281—1299) vivo composuit, quod fuerit necesse videtur. Nihil ex carminibus ejus extat, quod sciamus.

157. Þorsteinn Ingjaldsson. De hoc Thorsteine Ingjaldi filio nihil omnino scimus. Fortasse fuit filius Ingjaldi poetæ Geirmundi filii, qui sæpissime in vita Sturlungorum nominatur, et qui floruit medio seculo tertio decimo. Sec. Rec.

Kvæði um Eirík konung Magnússon, carmen de Eriko rege Magni filio (1281—1299), nunc deperditum, composuit.

158. Guðmundr skáld. Temporibus Eriki regis Magni filii vixerit hic Gudmundus, necesse est. Et invenimus Gudmundum quendam, *skáldstikill* cognominatum,

[1]) Bisk. I 695—6. Sturl. (1818) IV 21.
[2]) Flat. III 548. 553. Ísl. ann. p. 190. 214. 216.

nominari, cui præfectura quadrantis Islandiæ borealis an. 1296 concessa sit [1]. Et anno 1330 „Gudmundus poeta" obiisse fertur [2]. Sive unus atque idem fuit, quod nos quidem putamus, an non, pro certo haberi potest, Gudmundum skaldstikilem fuisse poetam Eriki regis. Verisimiliter an. fere 1294—5 in Norvegia apud regem mansit, eumque carmine laudavit; deinde in patriam (an. 1296) reversus, pro laudibus regis carmine celebratis provinciam memoratam accepit. Notandum etiam est, „Gudmundum poetam" in codicillis templi Arnesi, ad an. 1327 referendis, nominari, qui idem ac noster fuisse videtur. Cognomen *skaldstikill* quid valeat non liquet; sine dubio errant qui, quamvis hæsitanter, „satyricum v. maledicum" reddunt [3]. Huic igitur sec. Rec. tribuendum est

Kvæði um Eirík konung Magnússon, carmen de Eriko Magni filio rege (1281—1299), quod verisimiliter an. 1294 sive 1295 factum est; deperditum omnino est.

159. Þjóðólfr ór Hvini, vide supra sub nro. 40.

160. Kormákr Ögmundarson, vide supra sub nro. 53

161. Eyvindr finnsson, vide supra sub nro. 50.

162. Einarr skálaglamm. Hic poeta fuit filius Helgii Ottaris filii et Nidbjargæ, frater Osvifri illius, ex historia Laxdalensium clari; majores ejus e genealogia pag. 413 inserta conspiciuntur. Quando natus sit, nescimus, sed cum frater ejus Osvifrus ex probabili ratione Vigfussonii [4] c. an. 930—5 natus sit, jure concludendum esse videtur, fratrem eodem fere tempore, — sive paulo

---

[1]) Ísl. Ann. p. 172. Flat. III 544.

[2]) Ísl. Ann. p. 232.

[3]) Ísl. Ann. p. 172, not.*. 415.

[4]) Safn I 275. 330.

major, sive minor fuit, de qua re nihil nobis constat — natum esse, et certe non post a. 940. Omni enim ratione vera destitutum est, quod Vigfussonius eum c. an. 950 natum voluit [1]. De vita ejus non multa nobis tradita sunt, et hæc pauca aliquot turbas difficultatesque excitant. Adulescens jam statura magna, fortis, animi dotibus optimis ornatus fuit; versus quoque celeriter fundere coepit docilemque se maxime præbuit [2]. An. c. 965, cum Einar viginti quinque annorum fere fuit, in comitiis Islandorum generalibus adfuit, ibique Egilem Skallagrimi filium convenit, sermonesque cum eo in ejus taberna habuit de arte poetica ipsa Egilisque itineribus rebusque gestis, qui sermones Egilem non minus quam juvenem Einarem delectabant. Hinc factum est, ut usus familiaris et amicitia summa inter eos extaret. Paulo autem antea Einar peregrinatione facta, quæ fortasse ejus prima fuit, domum redierat, ut Egili multa de rebus externis narrare posset [3]. Deinde ita disputatur: „Einar multum diuque apud principes exteros degit. Fuit vir liberalis et plerumque pauper, sed fortis, strenuus, probus. Aulicus Hakonis dynastæ Sigurdi filii fuit. His temporibus in Norvegia bellum atrox inter Hakonem et Eriki filios ingruit, jam his jam illo e terra fugientibus". Ea tempora, quæ hoc loco significantur, anni 962—970 fuerunt, unde apparet, quæ de ætate Einaris posuerimus, verisimilitudinis speciem summam præbere. An. 986 [4] pugnæ nobilissimæ Hakonis adversus Jomsvikingos in Hjörungavogo interfuit, eæque causæ, quas adversus veterem memoriam vir doctissimus C. Maurer protulit [5], levio-

[1]) Safn. I p. 330.

[2]) Eigla (1856) p. 205.

[3]) Ibidem.

[4]) In universum monemus, nos hic chronologiam Munchii sequi; vide ejus „Det norske Folks Historie" II p. 11 adn. 2 et 103 adn.

[5]) Ueber die Ausdrücke: altnordische, altnorwegische und

res nobis videntur, quam ut probandas esse censeamus; sed de hac re amplius infra. Carmine Vellekla composito regique recitato, sec. vitam Egilis[1] domum in Islandiam cum rediisset, apud fratrem Osvifrum commoratus est; sed autumno (986) Borgam, ut Egilem viseret, profectus hunc domi non invenit; triduum igitur cum eum opperitus esset, abiit, clipeo splendidissimo, quod ab Hakone pro carmine donum acceperat, relicto. Hæc vero post an. 986 nullo modo accidere potuerunt. Nam jam. an. fere 980 Egil Borgam præ ætate dereliquerat et Mosfellum ad alumnam suam se contulerat. Ante igitur hunc annum certo factum est. Hic ergo error in vita Egilis statuendus est, carmine Vellekla falso nominata. Narratiuncula vero hæc de clipeo veritatis speciem præ se fert, ut negare non possimus, vere Einarem ab Hakone clipeum, donum videlicet pro carmine quoquam, accepisse, postea Egili dedisse; et certo scimus, Einarem aliud carmen de Hakone composuisse, ex quo stropha una adhuc extat; pro hoc igitur carmine Vellcklam, quod fortasse carmen solum Einaris auctor Egilis vitæ cognoverat, — certe vulgatissimum erat —, nominavit. Illud autem carmen ante an. 970 composuerat eoque Hakonis gratiam sibi conciliarat. Circa hoc tempus Einar domum rediisse videtur, honoribus summis in aula Hakonis acceptis, et primum apud fratrem mansisse, et mox uxorem, cujus nomen nobis non cognitum est, duxisse, ex qua filiam Thorgerdam, aviam Steinis Herdisæ filii poetæ (sub nro. 83) suscepit[2]; itaque hæc res nostræ sententiæ, cum temporum ratione optime congruæ, favet. Postea Einar aliquanto etiam nunc in Norvegiam ad Hakonem peregrinatus, pugnæ, ut jam dictum est, Hjörungavogicæ interfuit, cum

isländische Sprache. (Aus den Abhandlungen der königl. bayer. Akademie der W. I. Cl., XI B. II Abth.). München 1867, p. 111.

[1]) Eigla p. 206—7.

[2]) Landn. P. II c. 11.

libram bilancem cum ponderibus, miro opere, ab Hakone accepit (an. 986). Deinde domum in Islandiam, ut videtur post paulo, navigavit; sed cum Breidafjordum intrasset, ponto infelici casu submersus est; clipeus ejus in insulam, libra in alteram, pellis in tertiam ejecta sunt, quæ omnes ab hac re nomen invenerunt *(Skjaldey, Skáley[-jar], Feldarholmr)*[1]. Jomsvikingorum historia etiam addit, Einarem una cum aliis de pugna Hakonis in Islandiam nuntium certissimum pertulisse, quod, si Einar antequam navim appulit, ut ipsa historia vult, submersus est, fieri nullo modo potuit, et in aliis libris hoc loco nomen Einaris, ut videtur rectissime, omissum est[2]. Cognomen habuit primum Bellonæ *(Skjaldmeyjar-Einarr)*, postea, cum libram bilancem accepisset, inde lancicrepus *(skálaglamm)* cognominatus est; et hoc ipsum significare videtur, eum aliquantum temporis spatium post pugnam apud Hakonem commoratum esse. — Poeta fuit, ut qui optime, versibus ejus antiquitatis notam optimam et ingenii virtutem felicissimam præ se ferentibus. Carmina Einaris fuisse dicuntur:

1. Drápa um Hákon jarl Sigurðarson, carmen de Hakone dynasta Sigurdi filio intercalatum. Hujus mentio facta est in Fagrskinna, ubi una stropha ex „altero (ɔ: ac Vellekla) carmine Einaris" citatur:

Byggði lönd en lunda ...[3]

Hac stropha res ante an. 965 gestæ commemorantur, inter quas hæc sunt: „nunc rerum suarum felicitate omnibus principibus (Hakon) antecellit", ut hinc concludi

---

[1]) Landn. ibid. Fornm. XI 158. Flat. I 203.. Cfr. Kål.: Hist. top. beskr. af Isl. I 445. 489. 490.

[2]) Cfr. C. Maurer: Ueber die Ausdrücke etc. p. 109.

[3]) „Í annarri drápu segir Einarr á þessa lund" Fagrsk. c. 45.

posse videatur, hoc carmen circa id tempus (an. 965) compositum esse, quod optime cum prima peregrinatione Einaris (ante hoc tempus) convenit. Pro hoc carmine clipeum supra memoratum gratiamque regis sibi poeta peperit.

2. Vellekla, carmen de Hakone dynasta intercalatum. Nomen suum auri penuriae ideo certo accepit, quod ipse poeta, Egilis vita diserte rem monstrante, satis pauper semper erat; cæteræ interpretationes nominis nobis irritæ videntur. Quo vero tempore carmen compositum sit, ea est quæstio difficilior, ut de hac re adhuc multi dubitaverint. Quæ nobis traduntur sunt hæc: „Einar Helgii filius ... carmen intercalatum de Hakone dynasta, quod Velleklam vocavit, composuit; diu Hakon carmen audire recusavit, cum Einari iratus esset. Tum Einar stropham *(Gerðak veig ...)* cecinit, et alteram, qua minatus est fore, ut ad hostem Hakonis Sigvaldium (Jomsvikingorum ducem) transiret; sed quia dynasta Einarem amittere noluit, carmen audivit, et Einarem clipeo (eundem quem postea Egili dedit) donavit"[1]. „Narrant, quatuor Islandos apud Hakonem et Erikum hoc tempore (ɔ: quo pugna in Hjörungavogo habita est) fuisse, inter eos Einarem, tunc Bellonæ-Einarem vocatum. Poeta dynastæ fuit, sed hoc tempore multo minus a rege æstimatus est, quam antea. Einar minatus est se ad Sigvaldium transiturum strophamque cecinit *(Gerðak veig ...)* — „et sane, inquit, ad Sigvaldium abibo; haud mihi minorem honorem, quam dynasta, tribuet", quo dicto se abeuntem simulans ab Hakone revocatus et bilanci libra donatus est, ut placaretur. Dono jam gavisus, amicitiam cum dynasta redintegravit"[2].

Hinc primum elucet, de una atque eadem re, ira

[1]) Eigla p. 206—7. cfr. Flat. I 188.

[2]) Fornm. XI 127—9. Flat. I 188—9.

videlicet Hakonis in Einarem qualicunque, utrobique verba fieri; deinde in eo relatio utraque consentit, quod eandem stropham utraque exhibet. Rem Jomsvikingorum historia ante pugnam Hjörungavogicam (an. 986) factam esse narrat; Eigla contra, antequam Einar, domum reversus, Borgam ad Egilem visendum, quam rem supra satis disputatum est ante an. 980 necessario evenisse, venit. Porro in eo dissentiunt, quod hic clipeus, illic libra bilanx cum ponderibus donum Hakonis fuisse fertur. Hanc discrepantiam filum quoddam Ariadneum recti inveniendi præbere putamus. Censemus igitur, Jomsvikingorum historiæ relationem rectam esse putandam, cui nihil, quantum intellegimus, obstat. Eigla autem duas res diversas confudit in unum. Primum enim Einar minatur, se dynastam deserentem propter iram ejus ad Sigvaldium abiturum esse. Anno autem 974, vel circa id tempus, hic nullius nominis fuit, Haraldo Gormi filio Daniæ imperante, ut, si hoc res evenisset tempore, multo potius eum, quam Sigvaldium, nominaturus fuisset, ad quem jam hostem Hakonis factum aufugeret. Sigvaldius autem expeditionis in Norvegiam Jomsvikingorum dux et princeps fuit, ut hoc demum tempore tales minæ haud inanes futuræ fuissent [1]. Præterea semistropha nobis asservata est Einari tributa, qua Buius cum Sigvaldio (sec. certissimum arbitrium Gislasonii) [2] in Norvegiam venisse dicitur, ut non verum sit, quod nonnulli dixerunt, nullam stropham Einaris de hac pugna

[1]) Haud recte hac de re C. Maurer judicavit (Ueber die Ausdrücke etc. p. 111), et quod pag. 112 disputat, dynastam Einarem aufugere minitantem retrahi et suspendi potius certo jussurum, quam donis amice donaturum fuisse, — quod neminem ante se observasse — id nobis judicantibus injuria fit. Poetas enim suus, laudum æternarum parentes, eosque optimos principes nulli morte multaturi, sed beneficiis et gratia conciliaturi et devincturi fuerunt.

[2]) Njála II 77—8.

agere. Hæc igitur semistropha vix ex alio carmine esse potest ac Vellekla. Huc etiam accedit, quod haud parvi momenti est, quod Snorrius post pugnam descriptam stropham ex Vellekla de potentia Hakonis citat, quod absurdum sane esset, si multo antea composita fuisset. Ex his omnibus unum judicium necessario effici videretur, Velleklam post pugnam Hjörungavogicam demum esse compositam, id quod iam inde verisimillimum videretur esse, quod carmen magnificentissimum cum potentia principis laudati tunc corroborata et consummata optime conveniret. — Sed quin ita fuerit, obstare videtur quod in stropha quadam expressit poeta, se carmen, cæteris mortalibus dormientibus, de principe fecisse *(Gerðak veig of virða vörð .... meðan aðrir örváfaðar sváfu)*, ut de carmine absoluto loqui videatur. Incertum tamen est, an Velleklam his verbis significarit, et si fecit, quod nobis verisimillimum videtur, cum Hakon propter iram in poetam carmen ejus (Velleklam) audire noluisse disertis verbis dicatur [1], quæ relatio haud sperni potest, cum præsertim cum cæteris [2] de simultatibus Hakonis et Einaris quadamtenus congruat, censendum est, Einarem carmen Velleklam paulo ante pugnam fecisse, sed Hakoni non recitasse, inter pugnam vetere amicitia eorum redintegrata, post eam poetam carmini novam partem de ipso proelio inseruisse, itaque absolutum regi tandem recitasse. Quod si viris doctis minus placet, Eiglæ testimonio spreto, certo putare debent, Velleklam post proelium Hjörungavogicum compositam esse.

Ex hoc carmine adhuc extant:

1. Hugstóran biðk heyra (½...
2. Ullar gengr of alla (½...
3. Hljóta munk ne hlítik (½...
4. Þvít fjölkostigr flestu (½...

---

[1]) Eigla p. 206.

[2]) Fornm. XI 127—8. Flat. I 188—9.

5. Eisar vágr fyr vísa (½...
6. Nús þaz boðnar bára (½...[1]
7. Ok oddneytir úti ...
8. Vasat of byrjar örva ...
9. Mart varð él áðr ála (½...
10. Berk fyr hefnd þás hrafna (½...
11. Rignði hjörs á hersa ...
12. Hjalmgrápi vann hilmir ...
13. Hvarfat aptr áðr erfðan ...[2]
14. Sjau fylkjum kom silkis (½...
15. Öll lét senn hinn svinni ...
16. Ok herþarfir hverfa ...
17. Nú liggr allt und jarli (½...
18. Engi varð á jörðu (½...
19. Enn reið öðru sinni (½...
20. Hóf und byrjar kneyfi ...
21. Búinn lézk valdr ef vildi (½...
22. Hitt vas meir at Mœra ...
23. Ok til móts á Meita ...
24. Varð fyr Vinða myrði ...
25. Ströng varð gunnr áðr gunnar ...[3]

---

[1]) „Svá (sem) kvað Einarr skálaglamm" „Ok enn sem hann kvað" „Svá sem hér er kveðit, er orti E. sk." Sn. E. I 240. (II 304. 519). 244. (II 305. 520). 244—6. (II 306. 521). 246. (II 306. 521.) 248 (II 307. 522)."

[2]) „Þess getr E. sk. í Vellekln er hann orti um Hákon jarl," „Ok enn kvað hann" „Enn getr Einarr, hvernig Hákon jarl hefnði föður síns" etc. Hkr. Har. grf. c. 6 (str. 7—11) c. 15 (str. 12). Fris. p. 89. 90 (priore loco Einarem falso *Skulasonium* (!) vocans). 94. Fornm. I 56. 57. 65. Fagrsk. c. 45 (str. 13). Sn. E. I 430. II 628 (post. pars str. 8).

[3]) „Þess getr. (E. sk.) í Vellekln" „Svá sem hér (*aut* E. sk.) segir" „Sem enn segir Einarr". Hkr. Ó. Tr. c. 16. 18. (str. 14 17; 22 5). Frís. p. 107 (eæd. str.). Fornm. I 91. 94. 95 (eæd. str., 16. excepta). Flat. I 86 (str. 14 cum 17 conjuncta) 87 (str. 22). Fagrsk. c. 45. 48 (str. 15. pars prior, 16—23; 25).

26. Hitt vas auk at eykir ...
27. *Ok við frost at freista* ...
28. Vasat í gögn þótt gerði ...
29. Þrymr varð logs es lögðu ...[1]
30. Flótta gekk til fréttar ...
31. Háði jarl þars áðan ...
32. Valföllum hlóð völlu ...[2]
33. Lið bröndum kná lundar (½...
34. Gollsendir lætr grundar (½...
35. Ne ættstuðill áttar (½...[3]
36. Hjalmfaldinn bauð hildi (½...
37. Ne sigbjarka serkir (½...
38. Fjallvönðum gaf fylli (½...[4]
39. Hvar viti öld und einum ...[5].

Str. 1—6. primas posuimus, non quia certum omnino sit, eas ab initio hunc locum obtinuisse, sed quia nullum

---

[1]) „Svá segir (þess getr) í Vellekłu" „Svá sem hér segir" Hkr. Ó. Tr. c. 26. Frís p. 111. 112. Fornm. I 122—3. 123. 123—4. 124. Fagrsk. c. 46 (str. 29).

[2]) „Frá þessu segir í Vellekłu" „Svá sem hér segir" Hkr. Ó. Tr. c. 28. Frís p. 113. Fornm. I 131—2. 132 (str. 30. 31). Fagrsk. c. 48 (str. 32, post. parte om.). Sn. E. I 470. II 340. (duo versus ex 32. str.)

[3]) „Ok sem (enn) kvað Einarr skálaglamm" Sn. E. 404 (II 322. 433. 517. 534. 582) 406 (II 323 434. 534. 583) 464 (II 339).

[4]) „Sem (Svá) kvað Einarr skálaglamm" Sn. E. I 418 (II 327. 438. 587.) 422 (II 328. 439. 588.) 488 (II 353. 456. 543. 597).

[5]) „Svá segir í Vellekłu" Hkr. Ó. Tr. c. 50. Frís p. 126. Fornm. I 187 et Fornm. I 216 (prior pars). — Totum carmen in Corp. poet. bor. II 44—47, cfr. 48—9, ubi str. 38 alii carmini tributa est, minus recte. Præterea Carminibus Norrœnis Wisenii insertæ sunt str. 7—32. et 39. pag. 26—9. Separatim editum est carmen: „Einar skålaglams Vellekla öfversatt och förklarad . . . af A. O. Freudenthal. Helsingfors 1865".

certiorem habuimus, quo disponi possent. Partim regem, partim aulicos ejus et satellites, ut audiant carmen et silentium observent, cohortantur, quod principio convenit. Ex hoc carmine sine dubio sunt. Snorrius enim nullius carminis Einaris testimonium, præter Velleklæ, utpote longe nobilissimi et gravissimi, Heimskringlæ inseruit, idemque in Edda fecisse videtur, cum nulla controversia hic duæ semistrophæ Velleklæ citentur. Neque verum est, quod quidam censuerunt, ideo has strophas sive omnes sive partim ex alio carmine fuisse, quia metrum earum maxima ex parte anadiplosis *(dunhent)* sit; nam sæpius id ipsum in strophis Velleklæ invenitur, ut poeta hac variatione metrica valde delectatus esse videatur præcipueque usus esse. Str. 7—13. de rebus gestis Hakonis, fuga ejus in Daniam, patris ultione an. 962—5 agunt. Str. 14—25. res bellicas dynastæ an. 965—7, pugnam imprimis ad Thinganesum describunt. Str. 26—9. expeditionem ejus in Daniam, cum Haraldo regi Gormi filio subsidio adversus Germanos veniret, pugnamque ad vallum Danicum, str. 30—32. reditum in Norvegiam per Gothiam et Skaneyjam principis omnia vastantis an. 975 laudant. Str. 33—5. liberalitatem ejus efferunt. Str. 36—38 pugnam nobilissimam cum Jomsvikingis an. 986 describunt, sed incerti duas semistrophas huc adduximus, cum facile de aliis pugnis agere potuerint. Postremam str. 39. posuimus, quia potentiam Hakonis consummatam post proelium commemorat. Cæterum in universum monuerimus, strophas nonnullas aliter sane, vix quidem certius disponi posse. Ex multis partibus carmen certe constitit præter exordium et finem, sed de hac re nihil fere scimus. Ut videtur, a str. 12. nova pars, a str. 19. altera, a str. 22. tertia, a str. 26. quarta incipit, et cum una pars liberalitatem dynastæ (str. 33—5) et fortasse regimen ejus felix (str. 15—16) continuerit, non minus quam quinque et fortasse plures partes fuisse videntur. Sed hæc tota quæstio ideo fit difficilior, quia versuum

intercalarium vestigia nulla nobis relicta sunt. Sane J. Sigurdsonius in scidulis relictis opinatus est, duos versus ultimos str. 32. intercalares fuisse, sed quo testimonio nisus id scripserit, nescimus. Notandum est, Vigfussonium huic carmini duos quadrantes præterea tribuisse, qui in Snorra-Edda nullo auctore præscripto inveniuntur[1], sed monemus hoc recte fortasse fieri, sed affirmari Einaris esse nequaquam potest.

3. Lausavísur, strophæ solitariæ servatæ, sunt:

1. Gerðak veig of virða ...
2. Sœkjum jarl þanns auka . .[2]
3. Þat kvað jarl at œri ...[3].

Str. 1—2. de re sæpius commemorata, minis Einaris ante proelium Hjörungavogicum, agunt. Str. 3. fudit post pugnam, cum Thorleifum skumam, virum Islandum, vulnere confectum vidisset. Sed Fagrskinna virum Skumum Thorkelis filium nominat eique ipsi stropham tribuit, cui C. Maurer assensus est[4]; in Corp. poet. bor. omissa est. Sed nulli dubitamus, quin Einaris vere sit.

Vigfussonius ei porro semistropham

Baugs getr með þér þeygi ...[5]

quæ in Snorra-Edda „Einaris" nomine præscripto invenitur. Sed sine dubio non nostri, sed Einaris Skulii filii est, ab eo composita, cum a rege Daniæ Sveine svidandio nullum

---

[1]) Sn. E. I 420. II 327.

[2]) Fornm. XI 127. 128. Flat. I 188. Eigla. p. 206—7. Corp. poet. bor. II 49. Jómsvikingas. (1875) p. 27—8. (1879) pag. 72. (1882) pag. 109. 110.

[3]) Fornm. XI 144—5. Flat. I 195. Fagrsk. c. 64. Jómsvikingas. (1875) 31. (1879) 89. (1882) p. 121.

[4]) Ueber die Ausdrücke etc. 109—111.

[5]) Sn. E. I 441.

pretium carminis laudatorii accepisset, de qua re vide supra pag. 361.

163. Tindr Hallkelsson. Tindus e nobilissima familia Gilsbekkingorum oriundus fuit, filius Hallkelis Hrosskelis filii et frater Illugii, patris Gunnlaugi serpentilingvis, ut ex stemmate videre licet supra pag. 313 [1]. Quando natus sit, nusquam legitur; sed cum certum sit, Illugium fratrem ejus c. 950 natum esse, verisimile est, Tindum eodem fere tempore natum esse [2]. Ideo vix credendum est, quod vita Hördi Grimkelis filii, non inter verissimas numeranda, narrat, Tindum jam Haraldo grafeldo in Norvegia regnante c. 965 ibi commoratum esse [3], etsi fieri fortasse potuit. Juvenis videtur fuisse, cum fratrem suum Thorarinem, a Musa-Bölverko cæsum, unacum fratre Illugio ultus est [4]. Aliquanto ante an. 986 certo peregrinatus (primum aut iterum) est, nam pugnæ Hjörungavogicæ sine dubio interfuit a partibus Hakonis stans [5]. Paucis annis post, an. fere 990 unacum Thordo Kolgrimi filio domum in Islandiam rediit, nec posthac peregrinatus esse videtur, sed sedem Halkelsstadis, in patris prædio, fixisse [6], ibique in posterum habitasse. Jam fortasse demum uxorem duxit, cujus nomen nobis non traditum est, cum qua duas filias Joreidam et Hallveigam, filium Thorvaldum, avum Gilsis poetæ (sub nro. 94), et fortasse plures liberos habuit [7]. Deinde nihil de eo legimus per longum annorum spatium. An. enim 1014 pugnæ

---

[1]) Cfr. Landn. P. 2. c. 1.

[2]) Vide Safn I 308.

[3]) Íslendingasögur (1847) II 40.

[4]) Landn. P. 2. c. 1.

[5]) Fornm. XI 129 adn. 3. Fagrsk. c. 61. Cfr. C. Maurer: Ueber die Ausdrücke etc. pag. 111.

[6]) Íslendingasögur II 115–6.

[7]) Landn. P. 2. c. 7. 8. 15. Fornm. VII 29.

celebri Heidensi (*Heiðarvíg*) interfuit contraque Viga-Bardinm ejusque comites pugnavit [1], et secundum nonnullos libros manuscriptos ibi cecidit [2], sed de ea re nihil certi constat. Nihil nobis de eo postea compertum est. Fortis fuit manu et intrepidus, ut in uno libro, recentiore sane, cognomen „fortis" (*frækn*) ei datum inveniatur [3]. Poeta fuit satis lepidus, sed versus ejus magna ex parte valde corrupti sunt, ut sæpe difficile sit invenire, quales fuerint.

Carmina ejus fuisse comperimus:

1. Drápa um Hákon jarl Sigurðarson, carmen de Hakone dynasta Sigurdi filio intercalatum. Hujus mentio fit in Fagrskinna [4] et in Rec. sub hoc nro. innuitur. At contra de carmine non intercalato (*flokkr*) agitur in Jomsvikingorum historiae codice recentissimo (B) [5], secundum quem non de Hakone sed de Jomsvikingis est. Sine dubio unum atque idem carmen hic significatur, sed codex (B) hoc loco minus apte loquitur; hostes enim dynastæ poeta ipsius nullus carmine celebrasset, et, quod hic maxime valet, ipsæ stropæ servatæ non Jomsvikingos, sed omnes Hakonem ipsum ejusque facinora laudant. Error inde ortus est, quod magna pars carminis de hac ipsa pugna egit, ut Fagrskinna, quæ quanto antiquior fidem tanto majorem præbet, ipsa docet. At ambigi potest, utrum fuerit intercalatum annon, sed Fagrskinnæ testimonium potissimum secuti intercalatum

---

[1]) Ísl. sögur II 359. 360. 369.

[2]) Ísl. sögur II 371, not. 7—8.

[3]) Ísl. sögur II 371 not. 8.

[4]) „Hann orti drápu um Hákon jarl, ok í þeirri drápu er mart sagt frá Jómsvíkingum ok þeirra orrostu". Fagrsk. c. 61.

[5]) „ok þat segir Tindr Hallkelsson í flokki þeim, er hann orti um Jómsvíkinga ok heyrir svá þar til, at hann var þar sjálfr". Fornm. I 138. sub contextu. Jómsv. s. (1879) p. 82.

vocavimus. Certo paulo post pugnam ipsam (an. 986) compositum est. Versus intercalares nullos habemus. Quæ ex eo adhuc extant, sunt:

1. Varða gims sem gerði ...
2. Gatat óhræðinn œðru ...
3. Dreif at viðris veðri ...
4. Vann á Vinða sinni ...
5. Fórat jarl enn ára ...
6. Gerðisk göndlar borða ...
7. Saddi jarl þars odda ...
8. Þat vill öld meðan aldir ...
9. Hrauð en Hróptr um náði ($\frac{1}{2}$...
10. Þás fyr borð á barða ...
11. Uudr es þreytt ef þundi ($\frac{1}{2}$... [1].

Omnes hæ strophæ de pugna Hjörungavogiea agunt, de fortibus factis Hakonis ipsius, numero navium hostilium expugnatarum, similibus.

2. Lausavísur strophæ solitariæ nobis servatæ sunt:

1. Háit hefr askr við aska ...
2. Eiðs eru erfimeiðar ... [2]

quas, cum frater Illugius post pugnam Heidensem (an. 1014) in locum prælii advenisset, et, quot ibi fuissent,

---

[1]) „Þess getr (Svá segir) Tindr Hallkelsson" „Ok enn kvað hann „ok þat segir Tindr Hallkelsson í flokki þeim; er hann orti um Jómsvíkinga" Hkr. Ó. Tr. c. 43. 47. (str. 1, str. 3. post. pars, str. 4). Frís 122. 124. Fornm. I 173. 183. (eædem str.) XI 137. 138. 139. 140. Sn. E. I 422. II 328. 439. 588 (str. 1 post. pars). Corp. poet. bor. II 49—50. Jómsvíkingasaga (efter cod. A. M. 510, 4to), utg. af C. af Petersens. Lund 1879, pag. 81. 82. 83. 84. 85—6. De stropharum ordine ot quomodo intellegantur vide nostrum tractatum in Aarb. f. nord. Oldk. og Hist. 1886.

[2]) „Þá kvað Tindr vísu, er Illugi spurði, hve margir þeir hefði verit". Íslend. sögur II 371—3. Vide Aarb. f. nord. Oldk. og Hist. ibid.

interrogasset, poeta respondens, ut nonnulli codices narrant moribundus inter cæsos jacens, fudit.

164. Skapti Þóroddsson, vide supra sub nro. 64.

165. Þórolfr munnr, vide supra sub nro. 60.

166. Eilífr Guðrúnarson. De vita hujus poetæ nihil fere scimus; quis pater ejus fuerit, ignoramus, de matre nihil nisi nomen ipsum Gudrunæ constat [1]. Vir doctissimus Sk. Thorlacius rationem quandam invenisse sibi visus est, qua probaret, eum Norvegum genere, non Islandum, fuisse: „quod Eilivi nostri nomen in Libro Originum Islandiæ ... non" invenerit, quam rationem eo certiorem fieri „quo liquidius constet, Landnamæ auctores... recensuisse omnes, modo alicujus nominis, viros et poetas, qui" fuerint „inde ab insulæ ... habitari cæptæ primordiis ad Sturlungorum usque ævum". Huic autem rationi assentiri non possumus. Nam permulti sunt poetæ, et ii quidem celeberrimi, ut fuerunt Bersius Torfæ f., Bölverkus, Gissur gullbraæ-poeta, Ottar niger, quin etiam Sighvatus ipse, Arnor dynastarum-poeta, Thjodolfus Arnoris f., quos Liber Originum penitus ignorat; itaque mirandum non est, si de Eilifo nostro tacet. Nos quidem, cum tali sententiæ nihil omnino repugnet, putamus eum Islandum fuisse, itaque Bugge judicat [2]. Ne id quidem rectum est, quod idem vir antiquitatum peritissimus nostrarum, putavit, quia apud Sturlæsonium eum frustra quæsiisset, concludi posse, „eum aulas regum et principum non sectatum esse", nam, si hoc fecisset, Sturlæsonium ejus ut aliorum poetarum testimonio usurum fuisse. Sed, ut sæpius monuimus,

---

[1]) Gudruna nattsol, quæ in vita Njalis nobis occurrit, certo non fuit, nam, si fuisset, filius ejus an. demum 986 natus sit, necesse fuisset, sed hoc temporis rationi non convenit.

[2]) Studier over nord. Gude- og Heltesagn p. 268 not. 1.

Snorrius omnibus carminibus, quæ cognoverat, uti e re non esse existimavit testimoniis, sed talibus tantum, quæ summi nominis haberentur, quorum auctoritas summa esset, ut Velleklæ Einaris, ut hoc exemplo hic utamur, quam carmen Eilifi certo æquiparare non potuit. Necesse est, Eilifus ante et post an. 1000 vixerit, et primum superstitioni ethnicæ veteri deditus postea ad fidem christianam transierit. Hoc inde apparet, quod aliquamdiu apud Hakonem dynastam degit carmenque in ejus honorem, alterumque de deo ethnico fulminatorio, ipso Thore, composuit, et quod vestigia carminis ejus sacri cujusdam habemus. Ut mox apparebit, verisimile fit, eum c. an. 980 apud Hakonem commoratum esse. Cæterum vita ejus in tenebris tota jacet.

Carmina ejus, quantum sciamus, sunt:

1. Kvæði um Hákon jarl Sigurðarson, carmen de Hakone dynasta Sigurdi filio, Rec. nro. 168 significatum. Huic certo carmini tribuenda est semistropha:

> Verðið ér, alls orða
> oss grœr of kon mœrau
> á sefreinu sónar
> sáð, vingjöfum ráða [1].

Hic, nostra quidem ex sententia etiam lepida significatio fit nominis ipsius Hakonis, cum kon posterior nominis pars sit, et mœran (illustrem) há- (excelso) apte respondeat. Cætera carminis deperdita sunt, nam Thorsdrapam partem fuisse hujus carminis [2] nullo modo putamus.

2. Þórsdrápa, carmen de Thore intercalatum. Argumentum carminis, illarum certe partium, quæ adhuc

---

[1]) „Ok sem kvað Eilífr Guðrúnarson". Sn. E. I 250. II 307. 522.

[2]) Udsigt over de norsk-isl. Skjalde etc. pag. 59.

supersunt, ex relatione de itinere Thoris et Lokii Geirrödargardos et cæde gigantum constat, ut str. 1. cohortationem Lokii, qua Thorem, ut Geirrödargardos proficisceretur, commovit, cfr. Sn. E. I 286, 1—5, contineat, str. 2—10. iter ipsum et maxime transitionem Vimræ fluminis periculosam, cfr. Sn. E. I 286-8, describant, str. 11. (ex qua secunda pars incipit) — 13. de pugnis Thoris cum gigantibus, antequam ad Geirrödum ipsum pervenit, de qua re nihil in Edda invenitur, agant; str. 14. necem filiarum Geirrödi, cfr. Sn. E. I 288, narret; str. 15—18. ludum Thoris lamnam ferream, a Geirrödo emissam, cadentem tollentis et remittentis, cui rei Sn. E. I 288-90. respondet, exponant, str. tandem 19—21. pugnam alteram cum gigantibus eorumque stragem doceat, quæ pars in oratione pedestri antecedente ignoratur. Reliquiæ hujus olim magnificentissimi carminis in duas partes aperte dividuntur, versibus hisce intercalaribus finitas:

skalfa þórs né þjálfa
þróttarsteinn við ótta.

sed quot strophas singulæ partes habuerint, divinare non possumus. Strophæ, quæ adhuc extant, sunt.

1. Flugstalla réð felli ...
2. Geðstrangrar lét göngu ...
3. Görr varð í för fyrri ...
4. Ok gangs vanir gengu ...
5. Ok vegþverrir vörru ...
6. Þars í mörk fyr markar ...
7. Harðvaxnar sér herðir ...
8. Óðu fast en fríðar ...
9. Unz með ýta sinni ...
10. Né djúp akarn drápu ...
11. Ok síðuna síðan ...
12. Dreif með dróttar kneyfi ...
13. Þars íþróttar hersa ...

14. Ok hám loga himni ...
15. Fátiða nam frœði ...
16. Þrengvir gein við þungum (½...
17. Svát hraðskyndir handa ...
18. Bifðisk höll þás höfði ...
19. Glaums niðjum fór görva ...
20. Herblótinn vá hneitir ...
21. Vreiðr stóð Vrösku bróðir (½...[1].

Causam, cur hoc carmen composuerit poeta, ingeniose invenisse Sk. Thorlacius nobis videtur[2], ut verisimile sit, carmen paulo post an. 976 factum esse, cum Hakon in Norvegiam, expeditione in Daniam facta, reversus, idololatriam veterem, conatibus regis Danorum paululum debilitatam, summo opere erexit et corroboravit, priscorum deorum postea summus cultor[3]. Hac in re poeta ei opitulatus fortasse est carmine suo animos corroborans.

3. Kvæði um Krist (?, Kristsdrápa?), carmen sacrum, et, ut videtur, de Christo. Hujus nulla diserta mentio facta quidem est, sed quod semistropham talem habemus:

Setbergs kveða sitja
sunnr at urðar brunni
svá hefr ramr konungr remðan
Róms banda sik landum[4],

---

[1]) „Eptir þessi sögu hefir ort Eilífr Guðrúnarson í Þórsdrápu" „Svá kvað Eilífr" Sn. E. I 254. II 308 (str. 21) 256—8. II 309 (str. 16). I 290—302 (str. 1—15; 17—20). Cfr. II 301. Wisén: Carm. Norr. 30—2. Corp. poet. bor. II 19—22 Tvö brot af Haustlöng og Þórsdrápu, ed Svb. Egilson an. 1851. et Sk. Thorlacius in Ant. bor. obs. sect. VII. Havniæ 1801.

[2]) Ant. bor. obs. VII p. VI–VIII.

[3]) Cfr. Fornm. I 132—3. Fagrsk. c. 48.

[4]) „Sem kvað Eilífr Guðrúnarson". Sn. E. I 446. II 333 Corp. poet. bor. II 22.

qua Christus aperte laudatur, et quod negare non possumus, Eilifi vere esse, cum Edda ei eam tribuat auctoremque priscis poetis *(forn skáld)* adnumeret, versusque ipsi satis antiquos omni habitu se esse arguant, nulla dubitatio oriri justa potest, quin carmen hujus generis Eilifus re vera composuerit. Sed hinc, ut supra docuimus, concludendum est, poetam ad christianam fidem postea (c. an. 1000) transiisse, ab Olavo Tryggvida fortasse permotum, itaque carmen suum in laudem redemtoris composuisse.

4. Etiam Eilifo nostro semistropham quandam, quæ solitaria videtur:

Váru vötn ok mýrar ($\frac{1}{2}$... [1]

tributam invenimus; terram congelatam et diluviem per ambages verborum intricatissimas describit. Explicatio autem, quæ sequitur, argutuli cujusdam nugæ esse videtur, neque Eilifi Gudrunæ filii vere esse, quoniam ejus indolem nullatenus spirat, putamus, sed alius, fortasse Eilifi kulnasveinis, qui multo post vixisse videtur; et cum liber 757 verba „Gudrunæ filii" ignoret, haud parum nostra de hac re sententia eo confirmatur.

167. Vigfúss Víga-Glúmsson. Hujus nomen in B solo invenitur, sed cum, ut postea videbimus, Hakonem Vigfus laudaverit, Recensui recte insertus est. Filius fuit Viga-Glumi, viri nobilissimi Eyfjördensis, et Halldoræ Gunnsteinis filiæ; vide tabulam genealogicam IV ad calcem Landnamæ [2]. Quando natus sit non constat. Vigfussonius disputat [3], patrem Glumum an. demum 945 fere esse natum, ejusque maximum filium Marem c. an. 965; hinc vero

---

[1]) „Sem kvað Eilífr (Guðrúnarson)" Sn. E II 102. 138. 406. 508—9. Den 3. og 4. grt. afh. p. 14. 65. 169—173.

[2]) Cfr. Landn. p. 222. 325. Sturl. (1818) I 53. Sturl. (1878)

[3]) Safn I 395.

fieret, ut Vigfus, minor natu, c. an. 967 natus esset. Jam pugna memorabilis Hrisateigiana sec. Annales islandicos an. 983 habita est, quod sane idem auctor in dubium nulla causa probabili vocavit; huic pugnæ Vigfus interfuisse dicitur, ut necesse sit, tunc annorum fere quindecim fuerit, et ante id tempus peregre profectus sit, quod nullo modo fieri potest. Jam cum Vigfussonius ipse confiteatur[1], Glumum fortasse prius natum esse, alia temporum ratio certior erit, ut nos quidem putamus. Post pugnam Hrisateigianam triennium Thueraæ Glumus habitavit usque ad annum 986, et constat, cum ibi quadraginta annos habitasse; an igitur 946 sedem ibi fixit[2]. An. fere 950 uxorem duxit, ex qua primum Marem deinde Vigfusem procreavit; hic ergo c. an. 956 natus verisimiliter est, quod etiam ad cætera aptum satis est. De adulescentia ejus perpauca scimus. „Superbiens, injuriosus, viribus valens, animosus, sapiens" fuisse dicitur[3]. Viginti fere annorum in Norvegiam peregrinari coepit (976), quo tempore amicus aulicusque Hakonis factus est[4]. Mox in patria litibus gravibus implicitus est. Pædagogum enim habuerat Hallvardum quendam, hominem nequissimum, qui furta quædam in se commisit. Itaque cum Hallvardus a Bardio, cujus patris oves et suem furatus erat, Vigfuse absente interfectus esset (an. 978), biennio post redux Vigfus necem eius moleste ferens, Bardium e medio sustulit. Sed ob hanc cædem exilio trienni Vigfus condemnatus est. Non tamen peregrinatus, sex annos jam apud patrem jam apud Arnorem raudkinnum latuit, et an. 983 servilem cultum, ne cognosceretur, indutus, proelio Hrisateigiano interfuit atrociter pugnans[5].

---

[1]) Safn I 397.

[2]) Ísl. forns. I 29. Hinc efficitur, ut Glumus c. an.930 natus sit, quod verisimillimum etiam videtur.

[3]) Ísl. forns. I 48. 178.

[4]) Ibidem pag. 103.

[5]) De his rebus vide Ísl. forns. I 49–58.

An. 986 in Norvegiam ad Hakonem trajecit, et mox in pugna nobilissima Hjörungavogica fortissime pugnavit [1], cujus rei carmen de Jomsvikingis (*Jómsvíkingadrápa str. 34*) mentionem his verbis facit:

> Þar lét Vigfúss verða
> vegrækinn Ásláki
> (þann esa þörf at segja
> þátt) helfarar veittar.

Post longam annorum seriem, quam totam peregre vixisse videtur, primum apud Hakonem, post an. 995 apud Ericum, cum eoque in Sueciam Olavo Tryggvii filio regnum occupante aufugisse. An. 1000 pugnæ Svoldricæ interfuit fortiter operam Erico navans [2]. Paulo post, cum Ericus regno potitus esset, in Islandiam domum rediit, ubi reliquam ætatem videtur quiete vixisse; sed de hac parte vitæ ejus nihil, nisi quæ de eo narrantur in Ljosvetningorum historia perpauca, scimus [3]. Tum primum, cum rediisset, uxorem fortasse duxit, filiumque Bergum procreavit. Quando mortuus sit, ignoramus.

Carmina ejus, quæ novimus, sunt:

1. Kvæði um Hákon jarl Sigurðarson, carmen de Hacone dynasta Sigurdi filio, Rec. nro. 167 significatur. Ex hoc carmine, solitaria enim nullo modo est, stropha nobis una tantum servata est:

> Varðat hœgt þás hurðir ... [4]

---

[1]) Vide Hkr. Ó. Tr. c. 45. Frís 123. Fagrsk. c. 61. 62. Fornm. I 177; XI 129. 130. 133. Flat. I 189. 190. Jómsv. s. (1875) p. 28. 29. (1879) p. 73. 76 (1882) p. 111. 113. Cfr. C. Maurer: „Ueber die Ausdr.". p. 109—10.

[2]) Ól. Tr. (1853) p. 56. 65. Fornm. II 320 X 356. Flat. I 482. Quæ de Vigfuse in historiola de Ögmundo dytto (caduco) narrantur an. 993 evenerunt (Fornm. II 63—9; Flat. I 332—5. Cfr. Ísl. forns. I 96—8).

[3]) Ísl. forns. I 175. 177—9.

[4]) „Um þetta kvað Vigfúss Víga-Glúmsson". Fagrsk. c. 62. Jómsv. s. (1879) p. 87.

quæ de Vagne Akiada in pugna Hjörungavogica comprehenso agit. Post an. 986 carmen igitur compositum est. Et cum poeta in stropha dynastam ipsum alloquatur, id demonstrat eam ex tali carmine laudatorio esse.

2. Lausavísa, stropha solitaria nobis asservata est:

Oss es leikr en lauka ...[1],

quam ante proelium idem, dynasta audiente eamque laudante, poeta fudit.

168. Þorleifr skáld Raudfeldarson. Hic poeta filius Asgeiris raudfeldi (rubripellis) et Idunnæ fuit, quorum patres inter occupatores Islandiæ primos numerantur[2]. Filiam Asgeir habuit illam pulchritudine necnon severitate claram Ingveldam raudkinnam (rubrigenam), filios Helgium fortem, Thorleifum nostrum Olavumque völubriotum (astragali[ossis] fractorem); hi gemini fuerunt. In prolegomenis ad Svarfdœlam[3] probavimus Thorleifum c. an. 940 natum esse. Apud parentes Brekkæ in Svarfadardalo educatus est. Sororem ejus cum Klaufius berserkus vi domum abstulisset et pro pælice haberet, femina superba talem sortem fastidiens, fratres, Thorleifum et Olavum, ut Klaufium interficerent, impulit, qua nece patrata (c. an. 965—70) uterque exilio condemnatus est auctoritate Karlis rufi, cognati Klaufii. Navi vero, qua abituri erant, cum vela dedissent, repulsa et in litore fracta, fratres hiemem proximam apud patrem et Ljotolfum pontificem, hospitem suum, abditi latuerunt. Aestate post

---

[1]) „Þá tók Vigfúss Víga-Glúmsson ok hvatti spjót, er hann átti, ok áðr þeir berðisk kvað hann vísu þessa". Fornm. XI 130 not. 2. Flat. I 189. Fagrsk. c. 61. Jómsv. (1875) p. 28. (1879) p. 71. — Injuria ei tribuitur str. Thorleifi skumæ in Fagrsk. c. 61.

[2]) Landn. P. 3 c 13; quæ ab his diversa in Svarfdœlorum historia et in Thorleifi ipsius vita leguntur, falsa sunt judicanda.

[3]) Ísl. forns. III p. XXXIV et XLIV.

in Norvegiam peregrinati ab Hakone dynasta bene excepti sunt. Thorleifusque fortasse ejus aulicus poeta mox factus est [1]. Quam diu a patria abfuerit non liquet; certe, ut ex stropha quadam videre licet, post pugnam cum Jomsvikingis (an. 986) etiamtunc apud Hakonem fuit. Redux in patriam in Svarfadardalo non consedit, sed in parte Islandiæ diversa in Myrdalo Höfdabrekkæ domicilium fixit, ubi aliquot annos habitavit [2]. Hoc tempore Audam Thordi filiam Skogensis e familia Thrasii prisci, si vitæ Thorleifi credendum est, uxorem duxit. C. an. 992 iterum peregrinatus, in Vika navi appulsa, Hakonem ibi convenit, cui, cum merces Thorleifi omnes ipse emere vellet, hic, indolis dynastæ violenti non nescius, vendere gravatus est. Hakon, ira incensus, navim ejus comburi sociosque navales suspendi jussit. Ipse in Daniam ad Sveinem regem tjuguskeggum effugit, hiememque proximam apud eum moratus est. Inita æstate, venia abeundi a rege impetrata, in Norvegiam mendici senis cultum indutus venit; deinde carmen illud famosum, incantamentorum gravissimorum plenum, regi recitasse fertur. Jam ad regem Sveinem rediit, et paulo post in Islandiam domum trajecit. Hakon antem ignominiæ memor sicarium in Islandiam misit, qui Thorleifum in Comitiis necopinatum transfodit (c. an. 995). Hic videtur esse nucleus fabularum, quæ permultæ de Thorleifo quasi mago quodam et incantatore a credulis postea seculis fictæ sunt. Eatenus memorabilia

---

1) „Þáttr Þorleifs", qui in cod. Flat. invenitur, et in Flat. I 207—15, Fornm. III 89—101, Ísl. forns. III 114—132 editus est, posteriorum temporum commentum est, ut et ipsa magna ex parte Svarfdœla. Fidem igitur sane exiguam, ut de Thorleifo apud Midfjardar-Skeggium educato, præbet, qui etiam peregrinationes ejus duas pluresve in unum confudit, præter plures nugas. Itaque, quæ nobis ex ratione historica verisimillima videbantur, quasi extracta dedimus.

2) Ísl. forns. III 127.

verba Sneglu-Hallii sunt, cum regi Haraldo severo somnium quoddam fictum se vidisse diceret, in quo ipsum Thorleifum fuisse se sibi visus esset Einaremque flugam fuisse Hakonem, quem carmine famoso agitasset (vide supra p. 603—4)[1]. In carmine Hauki Valdisæ filii de Islandis *(Íslendingadrápa)* str. 18. mentio similis Thorleifi ita facta est:

> Þorði Þorleifr herða
> þing allsnarpra hringa,
> óð sás jarli heiðnum
> ófríðan réð smíða.
> Vega kváðu þul þjóðir
> þann ok Óláf annan
> (brœðr váru þar báðir)
> berserk (at því verki).

Poetæ carmen famosum hic carmen non pulcrum ipseque magus *(þulr)* vocatur. Idemque fieri in stropha Hallbjörnis Halii opilionis (vide sub nro. 29), qui carmen de Thorleifo an. fere 1180 composuit (vide supra pag. 371—2. 376) videmus. Hæc opinio de cjus arte magica sensim aucta tales narratiunculas pepcrit, quas vita ejus præbet. Certo fuit vir sapiens, animosus, atrox, qui, nulli secundus linguæ mordacitate non secus atque armis, sui juris vindex adversarios male agitaret. — Cognomen habuit dynastæ-poetæ *(jarlsskáld*[2]*)* vel, quod idem est, Hakonis-poetæ *(Hákonarskáld* in Rec. B).

Carmina ejus fuisse cognovimus:

1. Kvæði um Hákon jarl Sigurðarson, carmen de Hakone dynasta Sigurdi filio, Rec. 168 significatum. Huic carmini tribuendæ sunt:

---

[1]) Mork. p. 99.

[2]) Ísl. forns. III XXXIX. XLIV—XLV.

1. Höfðu vér í þér Hákon (½... [1]
2. Hákon vitum hvergi ... [2]

Utraqua str., posterior certe, apertam pugnæ Hjorungavogicæ (an. 986) mentionem facit. Cætera deperdita sunt.

2. Jarlsníð, (Há-?)konarvísur, carmen famosum de Hakone dynasta, an. 993 fere compositum est. De hoc ita narratum est. Cum a Sveine rege impetrasset, ut strophas quasdam, quas feminæ (*konuvísur*)[3] vocasset, (nam dynastam sec. leges poeticas in poesi feminam appellari posse), dynastæ recitare sibi liceret, ad Hakonem venit; venia ab eo carminis quasi laudatorii recitandi accepta, primam partem usque ad medium recitavit, quæ laudes ipsius et Eriki filii ejus continuit, sed ita, ut tenor carminis sensim in pejus mutaretur, donec ad partem mediam, strophas caliginis (*þokuvísur*), devenit, quæ effecit, ut tenebræ in aula orerentur densæ. Ita enim aperte intellegendum est, has strophas partem ipsius carminis fuisse, non carmen quoddam per se absolutum. Sed tota historia de carmine recitato et miraculis eo effectis, scilicet nugæ puræ putæque sunt. Nomen prius *Jarlsníð* per se ipsum satis perlucidum est. Alterum *konu(r)vísur* sine dubio corruptum est; *kona* (femina) enim nunquam idem ac *jarl* (dynasta) in lingua poetica septentrionali valuit. Hæc opinio inde aperte orta est, quod nomen scriptum fuit *konarvísur*; sed *konar* gen. cum a *kon* (*kvon*, *kván*, femina) tum a *konr* (princeps) deduci potest, et prior

---

[1]) „Sem Þorleifr jarlsskáld kvað" Sn. E. II 114. 190. 410. Den 3. og 4. grt. afhandl. p. 17. 75. 120. 182—3. Ísl. forns. III 160.

[2]) „Svá segir Þorleifr Rauðfoldarson" Hkr. Ó. Tr. c. 56. „S. s. Þ. í Rauðfeldardrápo" (! falso) Frís 131. Fornm. I 218—9. Flat. I 239. Isl. forns. III 160—1. Corp. poet. bor. II 57.

[3]) In cod. Flat. *konur* scribitur, quod suam habet vim.

derivatio per ridiculam inscitiam hic accepta est. Præterea per se satis mirandum est hoc *konarvísur*. Et nobis ea opinio nescimus quo modo occurrit, fieri posse, ut *konar-* per errorem cujusdam librarii ex *hákonar-* ortum sit, ut totum Hakonis strophas valeret. Sed hæc nimis audax conjectura forsan sit. — Hujus carminis per totam antiquitatem summa fama fuit, ut Thorleifus etiam summus magus haberetur. Secundum vitam Thorleifi initium stropharum caliginis tale fuit:

> Þoku dregr (lýstr?) upp hit eystra,
> ét festisk hit vestra,
> mökkr mun náms af nökkvi
> naðrbings kominn hingat [1].

Cætera perierunt.

3. Fertug drápa um Svein konung tjúguskegg, carmen intercalatum de Sveine rege Danorum tjuguskeggo (992—1014), ex quadraginta strophis constans. An. c. 993 compositum esse videtur. Ex hoc carmine versus intercalares soli habentur tales:

> Opt með œrna giptu
> öðlings himins röðla
> Jóta gramr hinn ítri
> Englandi rauð branda [2].

Hic poeta „deum coelestium siderum" (deum christianum) nominat, cujus auxilio rex in Anglia pugnaverit. Inde ix concludendum est, Thorleifum ipsum christianam fidem recepisse, sed cum de principe christiano verba faceret, talem sententiam, quam Svein certo probaturus erat, expressisse, ut etiam se virum præstaret lepidum, quem, ut

---

[1]) Flat. I 212. Fornm III 97—8. Ísl. forns. III 125. 158.

[2]) „Þorleifr kvað þá fertuga drápu, ok er þetta stef í", Flat. I 210. Fornm. III 93. Ísl. forns. III 119. 157.

ita dicamus, „omnis color deceret et res" [1]. Mirum videri potest, quod hoc carmen Rec. non significat.

4. Lausavísur, strophas solitarias Thorleifo tributas adhuc sex habemus:

1. Belg hjó fyr mér . .
2. Rauðk á randa gœði ...
3. Kvaðat (?) sendir mik mundu ...
4. Hér sitk *ok hvetk hvassan* ...
5. Hrollir hugr minn illa ...
6. Hvarf hinn hildardjarfi ... [2].

Str. 1—4. c. an. 965—70 compositæ sunt. Str. 5. an. 993 (?), cum Hakon navim poetæ comburi jussisset. Str. 6 fudisse a sicario sauciatus (an. 995) dicitur, sed ejus vere non est, sed multo posterioris ætatis.

Annotatio. Præter Thorleifum dynastæ-poetam etiam alter Thorleifus aliquamdiu apud Hakonem commoratus est; filius Thorkelis ex Alvidra, coloni nobilis, fuit, *skúma* cognominatus. Poeta etiam fuit, cujus una stropha

Hefk í hendi ... [3]

habetur. Nullo tamen modo fieri potest, ut eum Rec. noster nro. 168 significaverit. In pugna Hjörungavogica an. 986 cecidit.

---

[1]) Vide etiam *Annaler for nord. Oldkh. og Hist.* 1859 p. 188

[2]) „Þá varð Þorleifi vísa af munni" „Þorleifr kvað (þá) vísu (þessa)". „Ok enn (þá) kvað hann (vísu)". Ísl. forns. III 66. (Landn. P. 3 c. 13). 68—9. 72—3. 119. (Flat. I 209. Fornm. III 92) 128—9. (Flat. I 211. Fornm. III 101) 134. 146—50. 156. 158—9.

[3]) Fornm. XI 130. Jómsvik. s. (1875) p. 28; Jómsv. s. (1879) 73. (1882) 111. Fagrsk. c. 61, ubi Vigfusi Viga-Glumi filio falso tribuitur. Sn. E. II 212. Den 3. og 4. grt. afhandl. p. 131. 262—4.

169. Hvannár-Kálfr. Incertum est, quomodo nomen scribendum sit, utrum *hvannar-*, ut sit gen. a *hvönn* (angelica), an *hvannár-*, ut gen. sit a *Hvanná*, quod est nomen fluminum duorum in Islandia [1] et villæ unius ex altero denominatæ in Jökuldalo in toparchia Mulensi septentrionali. Sed putamus poetam, de quo hic agitur, ex tali villa potius denominatum esse, cæterum nobis omnino ignotus est; vix enim idem fuit ac Kalfus filius Asgeiris œdikolli, viri in Vatsdalo nobilissimi, qui hoc ipso tempore sane vixit, et mercaturæ causa sæpius in Norvegiam Hakone dynasta vivo trajecisse dicitur, sed neque poeta vocatur neque hoc cognomen de eo usquam usurpatum invenitur. Sec. Rec. Hvannar-Kalfus

Kvæði um Hákon jarl Sigurðarson, carmen de Hakone dynasta Sigurdi filio, totum deperditum, composuit.

170. Hallfröðr vandræðaskáld, vide supra sub nro. 54.

171. Gunnlaugr ormstunga, vide supra sub nro. 20.

172. Hrafn Önundarson, vide supra sub nro. 21.

173. Þórðr Kolbeinsson, vide supra sub nro. 59.

174. Halldórr ókristni. Hujus poetæ origo, genus, vita omnia nobis æque ignota sunt, præterquam quod necesse est, c. 1000 vixerit et apud Erikum dynastam Hakonis filium aliquod temporis spatium commoratus sit. Cognomen „non christiani" significat, eum fidem christianam aspernatum esse. Fortasse Olavus Tryggvii f. eum, ut baptizaretur, cogere voluit, qua re negata ad Erikum aufugit fortasse poeta.

Unum carmen ejus novimus, id quod Rec. significat:

---

[1] Vide Kål. Hist.-top. beskr. af Isl. I 259. II 214.

Flokkr um Eirík jarl Hákonarson, carmen de Eriko dynasta non intercalatum; post an. 1000 compositum est, de pugna enim Svoldrica totum, quatenus servatum est, agit. Sane carmen intercalatum *(Eiríksdrápa)* uno loco vocatur [1] in cod. Frisiano, sed sine dubio injuria et librarii incuria sive licentia, nam diserte „non intercalatum" in multo antiquiore libro Oddi monachi nuncupatur [2], quod pro certo habendum est. Ex hoc carmine servatæ sunt octo strophæ:

1. Út bauð jöfra hneitir ...
2. Óna fór ok einu ...
3. Gerðisk snarpra sverða ...
4. Ferð kom heldr í harðan ...
5. Hykkat vægð at vígi . .
6. Hét á heiptar nýta ...
7. Drógusk vítt at vági ...
8. Hjálmfaldinn bar hilmi ... [3].

175. Eyjólfr dáðaskáld. Ne de hujus quidem poetæ vita quicquam scimus, nisi quod ex carmine ejus concludere possumus, eum post an. 1000 in Norvegia aliquantum temporis spatium in aula Eriki Hakonis filii fuisse; nam antea non fuit, cum de rebus Eriki gestis se

---

[1]) Frís. p. 158.

[2]) „Svá sem Halldórr vísar á í sínum flokki". Fornm. X 364

[3]) „Þess getr Halldórr ókristni er (hann) orti um Eirik jarl". „Svá (sem) segir Halldórr (ókristni)". „þess getr Halldórr (ókristni)" etc. Hkr. Ó Tr. c. 106. 108. 114. 118. 120. 121. (str. 5 om.). Frís. 158. 159. 163. 165. 166. 167. (str. 5 om.). Ó. Tr. (1853) p. 57 (= 66) 59 (= 67). 57—8 (str. 3—6). Fagrsk. c. 75. 80. 82 (str. 1. et 7 om.). Flat. I 473. 485. 490. 494. 520 (str. 2 et 6. om.). Fornm. II 294. 297 (= X 344; str. 2) 318 (X 359; str. 3) 318—9 (X 359; str. 4) 328 (X 359; str. 5) 329 (X 362; str. 6). III 4 (str. 7, ubi falso Hallfredo tributur) 12. Corp. poet bor. 100—102.

fama audiisse dicat, iis non interfuisse. Genus ejus perspicere non potuimus, neque conjectura assequi nos posse putamus. Cognomen ejus, in Rec. *daða skalld*, *daþa skalld* scriptum, Egilsonius et J. Sigurdsonius intellexerunt quasi *Daða skáld* (p. 88. 281) esset, ut Dadii poetam significaret; sed nihil de tali viro Dadio accepimus. Et prorsus pro certo habemus, cognomen *dáða skáld* scribendum esse, quod significat poetam rerum gestarum fortium. Nam scimus in ejus carmine omnes res bellicas *(dáðir)* Eriki, ut mox demonstrabimus, recensitas ab eo esse, ut perapte ita cognominatus sit, præsertim cum meminerimus, etiam „fortem (bonum) poetam" significari verbum posse, ut in eo grata ambiguitas insit. Hanc nostram sententiam Fagrskinna etiam significasse, immo aperte voluisse videtur[1].

Sec. Rec. carmen de Eriko Hakonis filio composuit, quod certo idem est ac:

Bandadrápa[2], kvæði um Eirík jarl Hákonarson, carmen vinculorum (i. e. deorum ligantium) de Eriko Hakonis filio post an. 1000 compositum. Nomen suum accepit ea de causa, quod unus versus intercalaris, qui per se in strophæ fine stat, in *banda* desinit[3]. Versus intercalares divisi *(klofastef)* sunt, tales:

Dregr land at mun banda
Eiríkr und sik geira
veðrmildr ok semr hildi
gunnblíðr ok ræðr síðan
jarl goðvörðu hjarli,

[1]) Post pugnas enim Eriki recensitas (sec. carmen Eyjolfi) ita pergit: „þessar orrostur allar taldi Eilífr (prave pro altorius libri *Eyjúlfr)* daðaskáld, þá er hann orti um Eirík kvæði, þat er kallat var Bandadrápa". Fagrsk. c. 83.

[2]) Nomen certum est; sed *Bardagadràpa* et *Brandadràpa* in cod. Fris. mera vitia librarii sunt.

[3]) Cfr. Shl. II 273 adnot. a.

qui bis occurrunt, primo excepto, stropha, quæ eum continuit, deperdita. Satis mirandum est, quinque versus intercalares fuisse, ut Egilsonius putasse videatur, octo fuisse i. e. totam stropham [1], sed cum in aliis carminibus tres fuisse appareat, ita etiam intellegi potest, quinque esse potuisse [2]. In Edda nostra tres primi per se afferuntur, ubi in cod. Reg. poeta Eyvindus, in Ießβ Eyvindus skaldaspillir, utrumque falsissime, nominatur [3]. Ex hoc carmine supersunt:

1. Meita fór at móti ...
2. Hoddsveigir lét hníga ...
3. Fólkstýrir vas fára ...
4. Mærr vann miklu fleiri ...
5. Stýrir lét at Stauri ...
6. Oddhríðar fór eyða ...
7. Frák hvar fleina sjávar ...
8. Áttuð hjaldr þars höldar ... [4]

Tres partes intercalares, omnes tamen mancae, esse hæ strophæ videntur. 1—3. cædem Tidinda-Skoptii, Hakonis affinis amicissimi, ab Eriko undecim annos nato [5] patratam, fugamque Eriki in Daniam describunt. Reliquæ omnes res bellicas duarum æstatum post cædem Hakonis

---

[1]) Sh. I l. c.

[2]) Cfr. etiam Gislasonii verba in Aarb. for nord. Oldkh. og Hist. 1879 pag. 185. Corp. poet. bor. II 99.

[3]) Sn. E. I 468. II 340 (primus v.) 417. 591 (ult. v. om.).

[4]) „Svá segir (Eyjólfr Daðaskáld) í Bandadrápu". „Sem segir í kvæði því, er ort er um Eirík ok Eyjólfr orti daðaskáld". Hkr. Ó. Tr. c. 20. 96. 97. Frís. 108. 109. 153. 154. Fagrsk. c. 65 (prima sola). Flat. I 519. (str. 4—6) Fornm. II 288 289 (eæd.). Sn. E. 444. II 332—3. 444 (prior pars str. 1). Corp. poet. bor. II 51—2.

[5]) Cfr. tamen Munch: Det norske Folks Hist. II 61 adnot. 4, ubi probabilior ratio exponitur.

patris ejus in Gothlandia et in Russia (an. 996—7). Hinc concludi potest, carmen satis longum fuisse.

176. Skúli Þorsteinsson. Hic poeta filius Thorsteinis f. Egilis Skallagrimi filii (vide stemma supra pag. 418) et Jofridæ Gunnaris filiæ. Maximus liberorum Thorsteinis natu fuisse dicitur [1], qui paulo post an. 970 natus certo est [2]. In Norvegiam primum trajecit c. 990, certo ante 995; nam videtur amicus Eriki factus esse, ante quam e terra aufugit. Diu rem piraticam exercuisse septemque proelia navalia pugnasse fertur [3]. An. 1000 in pugna Svoldrensi apud Erikum in Barbone *(Járnbarði)* promachus in prora fuit acriterque pugnans in Serpentem evasit, ubi præ corporibus cæsorum vix progredi potuisse dicitur. Isque postea nuntium de hac insigni pugna cædeque Olavi aut potius de eo e conspectu ablato domum tulit [4]. Anno post (1001) apud Erikum in Norvegia, aulicus ejus factus, ita acceptus gratusque vixit, ut Gunnlaugum vermilinguem, qui Erikum vehementer verborum mordacitate offenderat, e periculis eriperet [5]. Deinde aliquantum tempus apud eum degisse videtur, sed quamdiu, non constat. Vigfussonius eum domum an. 1005 rediisse auguratus est [6], quod fortasse recte se habet, itaque jure etiam Björn Hitdalensis poeta ejus „frater educationis" fortasse vocari potuit. Rursum prave fit, cum vita Björnis Skulium Borgæ habitantem quasi Thorsteine patre mortuo jam c. an. 1008 faciat, Skuliumque Björnis nutricium appellet eumque c. an. 1015 mortuum esse dicat [7], quibus

---

[1]) Gunnl. s. c. 1 (Ísl. sögur II p. 192).

[2]) Cfr. Safn I 320. 456.

[3]) Eigla c. 91 fin.

[4]) Fornm. II 320. III 6—7. X 365—6. Flat. I 495. Ól Tr. (1853) pag. 49. 56. 61 (= 69) 65.

[5]) Ísl. sögur II 218—21.

[6]) Safn I 456.

[7]) Bjarnars. pag. 3. 4. 5. 6. 7. 15. Cfr. Safn I 456. 458.

locis omnibus cum patre Thorsteine certo confunditur, ut jam pridem Vigfussonius vere vidit. Testimonio satis erit monere, vitam Egilis[1] diserte narrare, Skulium post mortem patris Borgæ habitasse, Skuliumque se ipsum senescentem in stropha quadam appellare, quod, nisi amplius quam c. quadraginta annorum fuisset, dicturus non erat. Vigfussonius autumat, eique assentimur, eum usque ad an. 1040 vixisse[2]. Postquam peregrinationibus et militia abstitit, uxorem duxit Beram filiam Ormi Kodranis filii (fratris Thorvaldi vidförlii) et Geirlaugæ Steinmodi filiæ[3]. Cum ea habuit filiam saltem unam, Geirlaugam[4]; reliquos, si qui fuerunt, liberos, ignoramus. Fuit Skulius vir vere fortis, poeta lepidissimus, Egilis avi sui simillimus.

Carmina ejus fuerunt:

1. Kvæði um Eirík jarl Hákonarson, carmen de Eriko dynasta Hakonis filio (1000—1012); talis carminis nulla fit mentio, nisi in Rec. Sed nulli dubitare possumus, quin vere Skulius, ipse poeta, suum principem et patronum laudaverit, carmine ei ipsi recitato. Vix enim fieri potest, ut carmen, quod Rec. significat, idem atque sequens fuerit.

2. Flokkr um Svoldrarhardaga, carmen de pugna Svoldrensi (an. 1000) non intercalatum, et c. an. 1030 compositum, nam poeta ita uno loco verba facit: „jam sentiunt homines me senescere cæpisse". Accipiendum est, auctorem, cum diu quietus armis suspensis vixisset, juventutis rerum gestarum memoriam revocando et conservando delectatum magnopere esse itaque carmen

[1]) Finem in universum vide.

[2]) Safn I pag. 458.

[3]) Kristnis. in Bisk. I 5.

[4]) Landn. pag. 355.

composuisse. Ad hoc carmen referendæ esse videntur sequentes semistrophæ cum una solida.

1. Vakik þars velleiz eika (½...
2. Fylgðak Frísa dolgi ...
3. Mundit efst þars undir (½...
4. Þás ræfrvita Reifnis (½...
5. Margr of hlaut of morgin (½...[1].

Str. 1. ex primo carmine videtur fuisse. Str. 2—4. de ipsa pugna poetæque ipsius rebus gestis; str. 5. de præda agit, quam ibi nactus sit. Cætera deperdita sunt.

3. Lausavísu helmingr, pars strophæ solitariæ dimidia videtur nobis servata esse, nam ad neutrum carmen videtur pertinuisse; de sole occidente agit. Hanc, quia per se satis memorabilis est, huc transscribemus:

Glens beðja veðr gyðju
guðblíð í vé, síðan
ljós kemr gótt með geislum
gránserks ofan mána[2].

177. Þórðr Sjáreksson, vide supra sub nro. 65.

178. Bersi Torfuson, vide supra sub nro. 58.

179. Þorbjörn Skakkaskáld, vide supra sub nro. 117.

---

[1]) „Svá kvað Skúli Þorsteinsson" „Ok enn sem Skúli kvað" „Svá segir Skúli Þorsteinsson. Hann var þá (í þeirri orrostu) með Eiríki jarli" „En þó segir Skúli Þorsteinsson í sínum flokki [þeim er hann orti um orrustuna]". Hkr. Ó.Tr. c. 113. Frís. 162. Ó. Tr. (1853) p 54. Fagrsk c. 79. Fornm. II 310—11. X 351. Flat. I 482 (str. 2). Sn. E. I 346. 400. (II 432. 516. 581) 490. (II 457. 544. 597.) 492 (II 457. 544. 598). Corp. poet. bor. II 102.

[2]) „Svá sem kvað Skúli Þorsteinsson". Sn. E. I 330. II 317.

180. Súgandi Skáld, vide supra sub nro. 118.

181. Snorri Sturluson, vide supra sub nro. 133.

182. Ívarr Kálfsson, De hoc poeta nihil omnino constat, nisi quod post an. 1200 vixit, siquidem sec. Rec.

Kvæði um Hákon jarl galinn, carmen de Hakone dynasta galine († 1214) composuit.

183. Steinn Ófeigsson. Hic B duos poetas *Steinn kalfs son* et *Steinn ofeigs son* habet, quod minus recte fieri J. Sigurdsonius putavit (pag. 281 adnot. 7), cum in A hic solus inveniatur. Malimus nos quidem cum B sentire, cum nobis verisimilius ex errorum genere in universum videatur, scriptoris illius (A) oculum a *Steinn* priore ad *ofeigs son* aberasse, itaque unum factum esse. Sed cum, si duo fuerunt, uterque juxta ignotus sit, nihil hæc quæstiuneula emolumenti habet, et rem integram in medio relinquimus. Steini Ofeigi filio

Kvæði um Hákon jarl galinn, carmen de Hakone dynasta galine († 1214) tribuitur, quod deperditum omnino est.

184. Ljótr skáld, vide supra sub nro. 131.

185. Þorsteinn Eyjólfsson. Hic poeta etiam nobis plane ignotus est, nisi idem fuerit atque ille Thorstein Eyjolfi filius, qui, cognominatus *Urðasteinn*, aliquoties in Sturlungorum historia nominatur et vir fortis intrepidusque fuit. Tempus, quo vixit, optime e re esset, sed cum neque eum poetam fuisse, neque unquam peregrinatum esse nobis historia narret, haud ausi sumus, unum atque eundem fuisse contendere. Sec. Rec. Thorstein noster

Kvæði um Hákon jarl galinn, carmen de Hakone dynasta galine († 1214), totum deperditum, composuit.

186. Snorri Sturluson, vide supra sub nro. 133.

187. Óláfr Þórðarson, vide supra sub nro. 34.


188. Játgeirr skáld, vide supra sub nro. 141.

189. Ljótr skáld, vide supra sub nro. 131.

190. Álfr eyjólfsson. Hic etiam, ut permulti alii hujusce ætatis poetæ, nobis plane ignotus est, nisi fuerit fortasse idem atque ille Alfus de Leifastadis, qui legatus Skulii ducis fidelissimus in vita Hakonis prisci aliquoties vocatur, sed nullum de arte poetica verbum ibi invenimus. Sec. Rec. noster Alfus

Kvæði um Skúla hertoga Bárðarson, carmen de Skulio duce Bardi filio († 1240) composuit, cujus nulla vestigia remanent.

191. Sturla Bárðarson. Hic Sturla Bardi filius unus ex nobilissima familia Selardalensi fuit, cujus proavus Bardus niger (sub nro. 93) fuit. Præterea fuit ipse sororis filius Snorrii Sturlæi. Ratio genealogica, quæ hic in censum venit, fuit talis:



Avus Snorrius, ut ejus pater, etiam poeta, minus sane dexter, fuit, ut ex Morkinskinna videre licet [2], qui apud Eysteinem Haraldi filium olim commoratus est. Quando

[1]) Sturl. (1818) I 49. 51—2. 68. Sturl. (1878) I 52. 190.
[2]) Mork. 227—8. Fornm. VII 356—7.

natus sit Sturla noster, nusquam traditum est, sed cum jam an. 1201 diaconus Gudmundi, postea episcopi, nominetur [1] et an. 1207 Rafni, consanguineo suo, adesset [2], vix post 1180 natus est, sed fortasse paulo antea. Cum eodem c. an. 1211 item fuit, cum lites inter Rafnem et Thorvaldum ex Vazfjordo propter balænam Rafnis, ab illo injuste vindicatam, ortæ erant. Videtur igitur omnes annos interjacentes cum Rafne fuisse. Causam Rafnis contra Thorvaldum comitiis sequentibus tam strenue Sturla egit, ut Thorvaldus condemnaretur [3]. Cum biennio post (1213) Thorvaldus Rafnem, domi incautum oppressum, necari jussisset, pedem Sturlæ etiam amputari jussit, pro quo damno postea sexaginta (alii triginta) hundreda (sex [tria] millia) exsolvere coactus est [4]. Postea an. 1221 apud Snorrium ipsum Sturlam invenimus, qui, ut Thorvaldum aggrederetur, vehementer Snorrium impulit, et expeditioni Vazfjordum mox factæ interfuit, ut Thorvaldum interficeret, qui ægre evasit [5]. Ejusdem anni autumno cum Jonssoniis fuit, qui etiam Thorvaldo insidiati sunt, sed cum in eum, a multis viris stipatum, incidissent, aufugere coacti sunt, de qua fuga, versibus quibusdam ab hostibus compositis mordacibus, Sturla simili stropha respondit [6]. Secutam hiemem et æstatem (an. 1223) apud Snorrium fuit [7]. Postea nihil de eo comperimus. Certo aliquando peregrinatus est, cum Skulium ducem carmine laudaverit, sed utrum hoc ante an. 1221 an post an. 1223 factum sit, omnino

---

[1]) Bisk. I 472. Sturl. (1878) I 117.

[2]) Sturl. (1818) II 23. Sturl. (1878) II 296. Bisk. I 660.

[3]) Sturl. (1818) II 29. cfr. 32. Sturl. (1878) II 301. Bisk. I 666.

[4]) Sturl. (1818) II 34. 36. Sturl. (1878) II 308–9. Bisk. I 674. 675.

[5]) Sturl. (1818) II 72–3. Sturl. (1878) I 257.

[6]) Sturl. (1818) II 75–6. Sturl. (1878) I 260.

[7]) Sturl. (1818) II 93. 98. Sturl. (1878) I 275. 279–80.

nescimus, neque ulla conjectura probabili assequi possumus.

Carmina ejus fuisse comperimus:

1. Kvæði um Skúla hertoga, carmen de Skulio duce († 1240), Rec. nro. 191 significatum, cujus nulla vestigia restant.

2. Lausavísur, strophæ solitariæ:

1, Hlífðu hamri þœfðar ... [1]
2. Oss hefr elta víða ... [2]
3. Eiguð áþekkt mægi (½ ... [3].

Str. 1. fudit an. 1213, cum Rafn necaretur. Str. 2. an., ut supra memoratum est, 1221 fusa, metro homoeoteleuto seriei tertiæ minimo (Clavis metr. str. 88) composita est. Str. 3. dimidia primitus fuit, nunquam postea expleta, ideoque non *vísa* (stropha) sed *staka* appellatur.

192. Guðmundr Oddsson. Hujus poetæ parentes majoresve ignoramus omnino. C. an. 1220 in Norvegia apud Skulium commoratum esse constat. Cum enim Skulius expeditionem in Islandiam in eo esset ut faceret, Gudmundus unacum Snorrio (vide supra pag. 656) eum dehortari ausus est strophamque quandam fudit, qua se minime decere arma patriæ inferre dixit [4]. Anno post (1221) in Islandiam rediit, nam an. 1222 expeditioni Sturlæ Sighvati filii Grimseyam interfuit [5]. Postea apud Sturlam continuo vixisse videtur, nam, cum Saudafellum

---

[1]) Bisk. I 667. Sturl. (1818) II 302.

[2]) „En er Sturla Bárðarson heyrði þetta kvað hann vísu". Sturl. (1818) II 76. Sturl. (1878) II 260—1.

[3]) „Hann (o: Sturla) skaut fram stöku þessarri svá at Snorri heyrði". Sturl. (1818) II 98. Sturl. (1878) I 280.

[4]) Sturl. (1818) II 55. Sturl. (1878) I 243. Flat. III 37. Fornm. IX 294—5. Eirsp. 274.

[5]) Sturl. (1818) II 68. Sturl. (1878) I 254.

Vazfirdingi Sturlam interfecturi venissent ibique multa facinora tæterrima ederent (an. 1228), ibi tunc Gudmundus fuit, seque minime audacter gessit [1]. Biennio post, (1230) cum Sturla Vazfjördum iter faceret litesque suas cum Vazfirdingis componeret, Gudmundus eum etiam, ut ex stropha ejus videre licet, comitatus est [2]. Altero biennio exacto, iterum (1232) Gudmundus eundem Vazfjördum comitatus est, quo itinere Sturla Thorvaldi filios Thordum Snorriumque e medio sustulit. Hisce omnibus de rebus Gudmundus strophas, quæ mox recensebuntur, fudit. Posthac nihil de Gudmundo nostro comperimus.

Carmina ejus fuisse scimus:

1. Kvæði um Skúla jarl Bárðarson, carmen de Skulio dynasta Bardi filio, c. an. 1220 compositum est. Ex hoc carmine nulla quidem stropha adhuc superest, sed cum in Rec. significatur, tum Gudmundus disertis verbis „poeta Skulii" vocatur [3], ut de tali carmine nulla dubitatio sit.

2. Lausavísur, strophas solitarias octo servatas habemus:

1. Hvat skalk fyr mik byrjar ...
2. Norðr bera gætigautar ...
3. Stórlátr hefir Sturla ...
4. Varðk þars víganirðir ...
5. Víst hafa minnst, þeirs mestu ...
6. Höfðinginn fór hingat ...
7. Hvárt munu hildar kerta ...
8. Gulldu grimmdar fylldir ... [4].

[1]) Sturl. (1818) II 109—10. Sturl. (1878) I 288.

[2]) Ibidem. II 121. Sturl. (1878) I 297.

[3]) „Skáld jarls" Fornm. IX 294.

[4]) „Hann kvað vísu (þessa)". „Þá kvað Guðmundr (skald) etc. Sturl. (1818) II 55. (Fornm. IX 294—5. Flat. III 37. Eirsp. 274.) 68. (Bisk. I 523—4). 71 (Bisk. I 534). 110. 111. 121. 139. 140. Sturl. (1878) I 243. 254. 256. 288. 289. 297. 312.

Str. 1. an. 1220, str. 2—3. an. 1222 ante et post iter Grimseyense, str. 4—5. an. 1228, str. 6. an. 1230, str. 7—8 an. 1232 fusæ sunt. Notandum est, strophas tres sub Gudmundi nomine citatas [1], non nostri, sed Gudmundi poetæ Svertingi filii ex carmine ejus de Rafne Sveinbjörnis filio parentali esse.

193. Teitr skáld. De hoc poeta nihil omnino constat, nisi quod sec. Rec.:

Kvæði um Skúla jarl Bárðarson, carmen de Skulio dynasta Bardi filio, deperditum, composuit. Notandum tamen est, Teitum, filium sororis Thorvaldi Gissuris filii, an. 1213, ut episcopatum solenni ritu iniret, profectum, anno post in Norvegia mortuum esse. Fieri potest, ut idem fuerit atque noster poeta.

194. Roðgeirr Aflason. Ita nomen ipsius patrisque constanter scribitur. Itidem ignotus nobis plane est, nisi si, quod pro certo habendum esse putant, idem sit atque Roðgeirr Álfsson, qui semel in Sturlunga nominatur et an. 1242 navi sua ad peregrinationem instructa peregrinatus esse dicitur. Inde non apparet, utrum Norvegus an Islandus fuerit. Nomen patris rectius *Afli* quam *Alfr* videtur scribendum esse, et ipsius fortasse *Hróðgeirr* [2]. Hoc loco non possumus miram concursionem, quæ fortasse non fortuita est, rerum non significare, primo quod ex Libro Originum scimus, Hrodgeirem album terram occupasse in parte Islandiæ orientalis, quæ ad septentrionem vergit [3], deinde quod Rodgeir Alfi (aut Aflii) filius in ea ipsa parte navim habuisse fertur subductam. Sed hinc nimis fortasse audaces erimus si statuimus, nostrum ex familia vetustissima Hrodgeiris albi fuisse. Sec. Rec.:

---

[1]) Bisk. I 562—3. 564.

[2]) Sturl. (1818) II 257. Sturl. (1878) I 407; hic etiam in libro altero manuscripto, B notato, *afla son* vocatur.

[3]) Landn. P 4. c. 1.

Kvæði um Skúla jarl Bárðarson, carmen de Skulio dynasta Bardi filio, nunc totum deperditum, composuit.

195. Þórálfr prestr. Hic Thoralfus presbyter sine dubio idem atque Thoralfus presbyter Snorrii filius habendus est, qui an. 1185 in Norvegiam trajecisse dicitur [1]. Neque hoc tempus rei obstat, nam si c. viginti quinque annorum tum fuit, facillime Skulium dynastam triginta annis post (c. an. 1215) carmine laudare potuit. Cæterum hic Thorolfus nobis ignotus est, præterquam quod

Kvæði um Skúla jarl Bárðarson, carmen de Skulio dynasta sec. Rec. composuit.

196. Óláfr Þórðarson, vide supra sub nro. 34.

197. Óttarr svarti, vide supra sub nro. 22.

198. Sighvatr skáld, vide supra sub nro. 24.

199. Óttarr svarti, vide supra sub nro. 22.

200. Þórarinn loftunga, (cfr. 206). Hic poeta Islandus fuisse dicitur genere, insignis poeta, vir elegantiæ deditissimus, qui cum regibus et aliis principibus diu vixerat (scilicet antequam ad Canutum magnum venit). Ætate jam provectus ad Canutum venisse dicitur, ut ei carmen recitaret laudatorium. Cum regem salutasset seque carmen non intercalatum ei recitaturum dixisset, si rex audire voluisset, rex, magnopere iratus, cum intercalatum non esset, abire cum statim jussit, et, nisi suspendi vellet, postridie carmen mutatum, ut intercalatum ex triginta strophis pluribusve constaret, sibi recitare. Abiit Thorarin et carmini versus intercalares juste dispositos

---

[1]) Sturl. (1818) I 121. Sturl. (1878) I 102. Bisk. I 429.

inseruit, nonnullasque stophas addidit, itaque mutatum regi postridie recitavit [1]. Hic notari meret, quod in Knytlinga „ætate provectus" hoc tempore, quo Canutum convenit, et antea per longum temporis spatium apud principes vixisse dicitur, sed mirandum est, quod Rec. nullum horum principum, quos Thorarin laudaverit, nominat. Tamen, cum plurimi libri ita tradiderint, rem in dubium vocare non potuimus, quamquam juniores, ut cod. Flateyensis, eum diu apud Canutum ipsum vixisse, aliis principibus omnino omissis, narrant. Et testimonium hujus rei nobis invenisse videmur. Nam apud Olavum Tryggvii filium „Thorarin quidam poeta, natione Islandus" fuisse dicitur [2] inter an. 995 et an. 1000. Certum tamen nullo modo est, hunc nostrum fuisse, nam Thorarin mahlidingus etiam esse potuit, de quo multa in Eyranorum historia, qui exilio nonnullis ante annis condemnatus patriam reliquerat. Jam si quærimus, quo tempore Thorarin apud Canutum fuerit, primum pro certo habendum est, verba cod. Flat.: „diu cum Canuto fuerat" præ reliquorum: „permultum apud reges principesque versatus erat", jure neglegenda esse, Thorarinemque ætate provectum demum Canutum visitasse; deinde constat, Thorarinem expeditioni in Norvegiam Canuti an. 1028 ipsum interfuisse, rem enim versibus suis ipse testatur. Præterea diserte narratur Thorarinem in Anglia apud Canutum fuisse, cum Sigvatus poeta Rotomago relicta Canutum visitavit, quod an. 1027 accidit [3]. Hoc igitur anno autumnali tempore Thorarin Canutum convenerit necesse est, id quod omnibus ex partibus optime quadrat. Et apparet, quam regi gratus factus sit, cum narretur, eum a rege duobus anulis aureis

---

[1]) Hkr. Ól. helg. c. 182. Ól. helg. (1853) c. 166. Fornm. V 5—6. 8. XI 203. Flat. II 306. Cfr. verba Thormodi ad Canutum Flat. II 199. Ól. helg. (1849) c. 57.

[2]) Flat. I 405.

[3]) Flat. II 253.

gladioque eximio donatum esse, cujus rei Sigvatus, invidus aperte, memoriam stropha ex tempore fusa fecit. Sed hinc sine dubio concludendum est, Thorarinem hiemem secutam (1027—8) cum rege vixisse eumque vere inito in Daniam, deinde in Norvegiam secutum esse. Itaque certo falsum est, quod Canutus Thormodo kolbrunæpoetæ, qui, ut supra (pag. 529—30) probatum est, in regem, in Limafjördo vere an. 1028 morantem incidit, dicens inducitur: „Thorarin apud nos fuit"[1], quasi tunc non fuisset. Rursus huic rei nequaquam obstat, ut nonnulli, ut Vigfussonius[2], putarunt, quod Thormodus idem in stropha quadam dixit, regem Loftungæ aurum diu dedisse[3], id enim verum fuit, cum hiemem totam in aula regis fuisset, nam hæc verba nullo modo dicunt, Thorarinem regem reliquisse. Itaque ut certum est, Thorarinem hiemem 1027—8 apud regem fuisse et mox expeditioni in Norvegiam interfuisse, ita non constat, ubi proximis annis fuerit; de hac enim re fontes penitus tacent. Sed verisimiliter aut in Anglia in aula Canuti aut in Dania apud Hardaknutum vixit aut potius utrobique, cum paulo post, Sto Olavo in pugna Stiklastadensi (an. 1030) occiso, apud Sveinem Alfifæ filium certo vixit inter an. 1031 et 1035, cum carmen de eo his temporibus condiderit ipsique recitaverit[4]. Postea nihil de eo comperimus. Cognomen suum *loftunga*, i. e. linguæ laudatoriæ, ideo sine dubio accepit, quia laudes ejus satis tumidæ versusque usque ad vitium grandiloqui fuerunt, ut cum dicat, Canutum terram tutari ut deum ipsum regnum cæleste.

Carmina ejus fuisse comperimus:

---

[1]) Flat. II 199. Ól. helg. (1849) c. 57, quibus ne semper credas cave.

[2]) Corp poet bor. II 158.

[3]) Loftungu gaft lengi
látr þats fáfnir átti. Flat. II 201.

[4]) Cfr. Hkr. Ól. helg. c. 259 fin.

1. **Höfuðlausn, drápa um Knút konung hinn ríka**, Capitis redemtio, carmen de Canuto rege potenti Sveinis filio († 1035) intercalatum. Primum cum regem in Anglia autumno an. 1027 convenisset, carmen ei non intercalatum, ut supra commemoratur, recitaturus erat. Rex autem ira ob tale carmen incensus, eum jussit, statim alterum intercalatum condere sibique postridie recitare, aliter eum suspensum iri. Tum poeta tale carmen, priore, quoad potuit, usus, versibus intercalaribus insertis, composuit, quod, quia eo caput suum redemit, Capitis redemtio vocatum est. Pro hoc carmine etiam quinquaginta selibras argenti puri accepit. Ex hoc carmine versus soli intercalares nobis servati sunt tales:

Knútr verr grund, sem gætir
Gríklands himinríki [1].

2. **Tøgdrápa.** Hoc carmen de eodem compositum est post expeditionem in Norvegiam an. 1028, fortasse hieme secuta, cum certo in aula regis vixit. Sic enim libri verba faciunt: „Thorarin aliud carmen de Canuto rege composuit, quod Togdrapa vocatur. In eo hæc itinera regis ex Dania in Norvegiam exponuntur", una parte intercalari fere tota adjecta. Nomen significat metri genus, quod *tøglag* aut *tøgdrápulag* vocatum est; vide Clavim metr. str. 68—70 commentariumque, qui str. 70 sequitur, ubi ratio versuum intercalarium accurate exponitur his verbis: „Id peculiare habet metrum productum encomiasticum, ut primus versus a sententia intercalari incipiat, quæ sententia in ultimo carminis versu concluditor; licetque poetæ quot libeat versuum intercalarium classibus carmen interstinguere, quarum singulas pari esse longitudine .. sed quæque classis a versu intercalari in-

---

[1]) „Þetta er stefit" Hkr. Ól. helg. c. 182. Ól. helg. (1853) c. 166. Fornm. V 5. Flat. II 306. Corp. poet. bor. II 160.

cipito et [in] eundem disinito" [1]. Hæc quoque sine dubio fuit ratio horum versuum in hoc carmine, sed prior tantum, qui classis primus fuit, nobis servatus est:

Knútr es und sólar [2],

stropha, quæ in alterum disiit, amissa. Vir autem doctissimus, Sv. Egilsonius, putavit eum fortasse ita fuisse:

setri hveim betri [3],

et certo similis aut ejusdem sententiæ fuit. Verosimiliter classis unaquæque ex strophis septem aut fortasse pluribus constitit, Quæ adhuc supersunt, hæc sunt:

1. *Knútr es und sólar* ...
2. Ugðu Egðir ...
3. Ok fyr Lista ...
4. Ok fyr fornan ...
5. Knáttu súðir ...
6. Þá gaf sínum ...
7. Gjöld hefk marka ...
8. Gatk gollskata (½ ... [4]

Str. 1—6., maxima pars classis unius intercalaris, de navigatione præter oram Norvegicam an. 1028 agunt; str. 7—8. aperte ad ultimam partem carminis pertinent.

3. Glælognskviða, carmen de Sveine Alfifæ filio c.

---

[1]) Sn. E. I 687. Cfr. supra pag. 341.

[2]) Nam: „*Knútr vas und himnum*", quod Fagrskinna præbet, errore ex carmine Sigvati (vide supra pag. 342) huc tralatum est.

[3]) Script. hist. Isl. V 7 sub contextu.

[4]) „Þórarinn orti aðra drápu um Knút konung er kölluð er Togdrápa ... ok er þetta einn stefjabálkr" (non accuratum, nam manca classis est). Hkr. Ól. helg. c. 182. Ól. helg. (1853) c. 166. Ól. helg. (1849) c. 76. Fagrsk. c. 101 (str. 1—5). Fornm. V 6—7. XI 204 (str. 7). Flat. II 306—7. Sn. E. I 408. II 431. 583. (str. 8). Corp. poet. bor. II 159—60.

an. 1032 compositum. Nominis origo incerta est, sed forma ejus certa, nam cæteræ, quas libri præbent, *glælungs*, *gæljungs*, *glæsogns*, *glæsaungs* et si quæ plures sunt, omnes æque corruptæ sunt. Nomen posset „summam malaciam" significare, quod hodie, fortasse corrumpentes, nos Islandi „*blæja logn*" vocamus. Metrum ejus est, quod *kviðuháttr* vocatur (Clavis metr. ult. str.). Ex hoc carmine adhuc extant:

1. Þats dullaust ($\frac{10}{8}$ ...
2. Nú hefr sér ...
3. Þars Óláfr ...
4. Hafði sér ...
5. Þar svá hreinn ...
6. Þar borðvegs ...
7. En þar upp ...
8. Þar kemr herr ...
9. Bið þú Óláf ...
10. Þás þú rekr ($\frac{1}{2}$ ... [1]

Maxima pars harum stropharum de Sto Olavo ejusque sanctitate miraculisque agit, quem auxilii causa invocare poeta Sveinem regem suadet.

4. **Lausavísur**, strophas solitarias nullas servatas habemus, nisi „Thorarin poeta" apud Olavum Tryggvii filium, de quo supra egimus, idem atque noster fuerit, cujus una stropha:

Sitr við ár en etjum ... [2]

asservata est.

[1]) „Þess getr Þórarinn loftunga í kvæði því, er hann orti um Svein Alfífuson, er kallat er Glælognskviða „Þórarinn loftunga orti um Svein (konung) Alfífuson kvæði þat er Glælognskvið a heitir, ok eru þessar vísur (þar) í". Hkr. Ól. helg. c. 252. 259. Ól. helg. (1853) c. 239. 245. Fagrsk. c. 110. (str. 1). Fornm. V 100. 108—10. Flat. II 369. 376—7 (qui duos versus ex str. 4. om., ut ordo sequentium alius factus sit). Corp. poet. bor. II 160—1.

[2]) „Þórarinn kvað þá vísu" Flat. I 405.

201. HALLVARÐR HÁREKSBLESI. Hic poeta nobis plane ignotus est. Tantum novimus eum in aula Canuti magni post an. 1028 vixisse, nam in carmine ipsi recitato verba de Norvegia occupata facit. Quid cognomen significet, haudquaquam apparet; prior pars videtur esse forma gen. nominis proprii *Hárekr*, posterior, si per se staret, notam vel maculam significaret albam in fronte equorum non alborum.

Carmen composuit:

Knútsdrápa, intercalatum de Canuto magno c. an. 1030. Ex versibus, qui Hallvardo tribuuntur, duo intercalares esse videntur:

Knútr verr jörð sem ítran
alls dróttinn sal fjalla [1]

qui quoad sententiam proxime ad versus intercalares Thorarinis loftungæ in primo de Canuto carmine accedunt. Præterea ex hoc carmine habemus:

1. Súðlöngum komt Sveiða ($\frac{1}{2}$...
2. Vestr lézt i haf hristir ($\frac{1}{2}$...
3. Knútr lézt fram til Fljóta ...
4. Grund liggr und hör bundin ($\frac{1}{2}$...
5. Rauðljósa sér ræsir ($\frac{1}{2}$...
6. Englandi ræðr yngvi ...
7. Esat und jarðar höslu ($\frac{1}{2}$... [2]

Str. 1—4. de prima expeditione Canuti magni in Angliam,

---

[1]) „Ok sem kvað Hallvarðr" Sn. E. 320. II 314. 527.

[2]) „Svá segir Hallvarðr Háreksblesi í **Knútsdrápu**". „Svá segir Hallvarðr háreksblesi (hark- falso Flat.), er hann orti um Knút konung". „Sem Hallvarðr kvað". Hkr. Ól. helg. c. 183. Ól. helg. (1853) c. 167. Fornm. V 9. XI 187 (str. 3). Flat. II 307 (str. 6). Sn. E. I 428. (II 329—30. 440. 590). 440 (II 442—3.) 472 (II 448. 592.) 496 (II 450. 599). 516 (II 605. Str. 1—2; 4; 5; 7). Corp. poet. bor. II 161—2.

eaque terra subacta, an. 1015—17., sine dubio agunt. Str. 5. pugnam quandam describit. Str. 6. Canutum Angliæ Daniæ Norvegiæ potentem, str. 7. summum regem terrestrem in universum laudant.

202. Bersi Torfuson, vide supra sub nro. 58.

203. Steinn Skaptason. Steinn filius Skaptii Thoroddi filii legiferi († an. 1030; vide supra sub nro. 64) c. an. 1000 natus esse videtur. Cum Olavus rex sanctus, ut Islandos sibi subditos redderet, Thorarinem Nefjulfi filium cum mandatis in Islandiam misisset, principesque, ut se viserent, oraret, hi penitus, quid sibi vellet rex, cognoscentes iter gravati filios suos Olavo miserunt, in quibus noster Steinn fuit (an. 1025). Hiemem secutam apud Olavum fuerunt, æstateque inita omnes invitos apud se retinuit rex præter Gellerem, quem domum cum mandatis suis misit [1]. In Norvegiam eadem æstate, re infecta, Geller rediit. Steinn, de quo capitulum totum vitæ Olavi agit [2], vir pulcherrimus, omnium artium optime gnarus, poeta insignis, elegantiæ valde deditus, gloriæ et honorum cupidissimus fuisse dicitur. Jam cum invitus retineretur juvenis ferox et liberalis, non potuit non regem oratione soluta et astricta carpere, quod cum rex audisset, vehementer iratus est, ut Steini paulo post oranti, ut carmen patris (vide pag. 551) audire vellet, responderet: „Omnium prima tu recita, quæ de me fecisti carmina." Stein vero se quicquam condidisse negavit et exiit.

---

[1]) Hkr. Ól. helg. c. 138. 146. Ól. helg. (1853) c. 118. 125. Fornm. IV 287. 313. Flat. II 251. 260—I.

[2]) Hkr. Ól. helg. c. 148. („Saga Steins"). Ól. helg. (1853) c. 128. Fornm. IV 316—25. Flat. II 262—7. Cfr. Ól. helg. (1849) c. 63, pag. 93—4, ubi certo minus recto narratur. Neque id verum est, quod Canutus Thormodo (1027) dixerit Steinem apud se fuisse; nondum enim ad eum venerat (Ól. helg. 1849 c. 57).

Mox ex aula regis aufugit et, villico regis in itinere interfecto, Gizkium, ubi vir potens Thorbergus Arnii f. habitabat, devenit. Thorbergus non domi fuit, sed ab uxore ejus Ragnhilda optime acceptus Stein, quia antea, cum in Norvegiam (an. 1025) venisset, fortuito Gizkium venerat, ubi Ragnhilda eo tempore puerpera erat; ei adfuerat infantem ejus baptizandum curans, pro quo amicitiam suam ei pollicita erat. Cum Thorbergus domum venisset, ab eo, invito sane, impetravit, ut Olavum, iram ejus deprecaturus, adiret. Hiemem (1026—7) Stein ibi commoratus est; vere inito Thorbergus cum fratribus suis regem adiit, sed rex eorum preces aspernabatur, nisi fideles sui asseclæ futuri essent. Quod cum, Kalfo excepto, fecissent, Stein veniam terram relinquendi salvus accepit. Eodem vere in Angliam trajecit, ubi postea (autumno) eum Canuto convenit in ejusque aula diu magni æstimatus mansit. Quamdiu apud regem vixerit, non constat; postremo ob nimios spiritus nimiamque magnificentiam, ut elegans cognominaretur, regem relinquere coactus est. Postea Svein mercaturæ aliquamdiu operam dans ex alia terra in aliam profectus esse dicitur. Postremo navim in litore Jotlandiæ occidentali appulsam fregit, solusque vivus in terram evasit, sed præ labore et fatigatione viribus exhaustis in arena occubuit. Ita jacentem mulier, quæ ut vestes lavaret in litus ibat, invenit, et, cum eum corpore monilia et armillas aureas portantem vidisset, ut rerum pretiosarum potiretur, fusti lavatorio percussit [1]. Sed fieri potest, ut hæc narratio superstitionis inferiorum temporum sit.

Carmina hæc Steini tribuuntur:

1. Kvæði um Knút konung hinn ríka, carmen de Canuto rege potenti, an. c. 1028 fortasse composi-

---

[1]) Ól. helg. (1849) c. 63. Fornm. V 180—1 (particula ex Thomasskinna).

tum, Rec. nro. 203. significatum. Cæterum nihil ex eo nobis servatum est.

2. Lausavísur, strophas solitarias nullas quidem habemus servatas, sed quasdam significari videmus. Nam quod dicitur, eum regem oratione astricta carpsisse, regemque eum cohortatum, ut quæ de se composuisset, recitaret, id vix aliud significare potest [1].

204. Arnórr jarlaskáld, vide supra sub nro. 67.

205. Óðarkeptr. Nomen hujus poetæ varie scribitur: *Óðar keptr* in A, quod J. Sigurdsonius duobus verbis (supra pag. 283) dedit; *Óttarr keptr* in B; *Ljóðarkeptr* in Libro Originum [2]. Si quærimus, quæ forma vera sit, probabile erit, ut *Óttarr keptr* ex *Óðar keptr* corruptum sit, quod facilius hoc in illud, quam illud in hoc a librariis mutari potuit; huic etiam tertia forma sententiæ favet. *Ljóðar* vero nihil est, et si a *ljóð* deducendum esset, *ljóða* fuisset, necesse esset. Sed ipsa forma *ljóð-* abjicienda esse videtur, cui et A et B adversatur, et per errorem librarii (fortasse per dittographiam, quam vocant; verbum enim, quod sequitur, a l incipit) orta. Hinc, ut putamus, fit, ut *Óðar keptr* rectissima omnium forma sit. Sine dubio uno verbo, non disjunctim, scribendum est, et ex significatione (ɔ: carminis bucca, bucca quæ carmina permulta aut persæpe extrudit) cognomen videtur sumptum esse, ut verum ejus nomen oblivione obrutum sit. (*Ljóða(r)keptr* idem esset et sig-

[1]) „Steinn bazk eigi orða ok ámælis við konung bæði sundrausum orðum ok samföstum". „Hitt mun fyrst til Steinn, at þú kveðir þat, er þú hefir ort um mik". Hkr. Ól. helg. c. 148. Ól. helg. (1853) c. 128. Fornm. IV 316. Flat. II 263.

[2]) Landn. P. 5. c. 3. (pag. 283 not. 7).

nificaret). Islandus certo fuit, ut videtur ex occidentali terræ parte, et c. an. 1025 vixerit necesse est. Cæterum nobis plane ignotus est.

Carmina ejus hæc nobis innotuerunt:

1. Drápa um Guðleif Arason, carmen de Gudleifo Arii filio, viro principe, in Reykjaneso habitante, unde conjicias, Óðarkeptum ex parte Islandiæ occidentali oriundum fuisse. Hic Gudleifus Thancbrandi illius, quem, ut Islandos, ut veram fidem acciperent, commoveret, Olavus Tryggvii filius emiserat, comes strenuus et fortis fuit, qui multas cædes patravit et terram cum Thancbrando reliquit[1]. Ex hoc carmine certo est stropha:

Ryðfjónar gekk reynir ...[2],

quæ de nece Vetrlidii poetæ adversarii agit. In hac stropha poeta etiam se ex alia parte ac meridionali Islandiæ fuisse indicat. Cæterum carmen deperditum est.

2. Kvæði um Knút konung hinn ríka, carmen sec. Rec. de Canuto potenti compositum, quod totum periit.

206. Þórarinn loftunga, vide supra sub nro. 200.

207. Þorleikr fagri. De hujus Thorleiki pulchri origine nullum nobis verbum traditum est. Tantum comperimus, eum an. 1049 ex Islandia in Norvegiam, deinde in Daniam trajecisse, eumque statim carmen non intercalatum incohasse de Sveine rege Daniæ Ulfi filio.

---

[1]) Vide Vitam Njalis (1875) c. 100—103; cfr. Bisk. I 14.

[2]) „Um Guðleif orti Ljóðarkeptr lofdrápu" (Ldn). „Þetta var kveðit um Guðleif". „Ok er þar um kveðin vísa þessi". „*Um þat víg var þetta kveðit*". Bisk. I 14 cum not. 9. Fornm. II 202—3. Flat. I 424. Njála (1875) c. 102 cfr. II 481—6. Cfr. Landn. P. 5. c. 3 pag. 283 not. 7.

Ni fallimur, ex terræ[1] parte occidentali fuit. Nomen enim Thorleiki in familia Osvifriadum et Laxdalensium persæpe nobis occurrit. Ita filius Gudrunæ et Bollii fuit Thorleikus, qui quoad tempus idem atque noster esse posset. (Thorleikus etiam fuit filius Brandi filii Thorgrimi pontificis Kjallaki filii). In hac familia etiam multi pulchri viri fuerunt, ut Bollius elegans, Kjartan, alii. Omnes etiam Thorleiki, quos Liber originum nominat, ex hac parte fuerunt, ut, quin Thorleikus noster, quisquis fuit, ex ea oriundus fuerit, nulli dubitemus.

Carmina ejus, præter unius reliquias, nulla novimus:

Flokkr um Svein konung Ulfsson, carmen de Sveine rege Ulfi filio († 1075) non intercalatum, anno, ut paulo antea dictum est, 1049—1050 compositum regique ipsi recitatum. Ex hoc carmine adhuc extant:

1. Fúrsendir vann fjándum ...
2. Ván's at vísa kœnan ...
3. Fœrir reiðr sás rauða ...
4. Fjörs mun flestum hersi ...
5. Stýrir Ulfs til Elfar ...
6. Hvé hefr til Heiðabœjar ...
7. Bauð sás beztrar tíðar ...
8. Allt of frák hvé elti ...
9. Sætt buðu seggja dróttni ...
10. Hætt hafa sér þeirs sóttu ...
11. Sjár þýtr en berr bára (½ ...
12. Kastar gramr á glæstar (½ ...
13. Hirð viðr grams með gerðum (¼...

---

[1]) „Svá segir Þorleikr fagri (Þorleifr semper Flat. et Fagrsk. prave) í flokki þeim er hann orti um Svein Ulfsson". „Þessa getr (minnisk) Þorleikr ok í sínum flokki". „Svá segir Þorleikr fagri". „Þá kvað Þorleikr þetta (vísu þessa)". Hkr. Har. harð. c. 34. 35 (str. 2—3; 6—9). Frís 212. 213. 214. 215. (cæd.) Fagrsk. c. 183. 184. 185. 187. (str. 2—9). Mork. 54.

Str. 1. de pugna Hlyrskogheidiana (an. 1044), str. 2—9. de rebus inter Sveinem et Haraldum bellicis an. 1049 gestis agunt. Nonnulli putarunt str. 2—5. solitarias esse, quia libri: „tunc cecinit Thorleikus (stropham)" præscribant, sed nullam caúsam nos quidem perspicere potuimus, quin ex ipso carmine fuerint. Str. 10. de militia regis in universum et str. 11. de aliqua expeditione marituma agunt. Str. 12—13 liberalitatem regis laudant.

208. **Þórðr Kolbeinsson.** Poeta hic nobis plane ignotus est, nisi forte idem fuit atque Thordus ille Kolbeinis filius, qui Björnis Hitdalensium athletæ adversarius fuit (vide supra sub nro. 59), quod nos quidem putamus haud ita absurdum esse, ut fieri non potuerit. Thordus enim persæpe peregrinatus est, et in Dania propinquos habuit. Sed si Sveinem laudavit, necesse est post an. 1042 hoc fecerit; hoc autem tempore Thordus jam septuaginta annorum fuit, quare plerique putarunt, hoc loco de diverso Thordo neque de illo agi; sed quis non videt, eundem esse potuisse. (Moneri etiam meret, quod Thordus Freyis-pontifex filium habuit Kolbeinem, qui an. 999 ab Olavo rege unacum aliis Islandis retentus est. Hujus filium fuisse nostrum poetam temporis ratio optime patitur[1].) Si diversus fuit, omnino ignotus est, præterquam quod

Kvæði um Svein konung Ulfsson, carmen de Sveine rege Ulfi filio († 1075) sec. Rec. composuit, deperditum.

---

55. 56. 57. 59. (cæd. atque in Hkr.). Fornm. VI 256. 257. 259. 261. 264 (cæd.) XI 208. 211—12 (str. 1 et 10). Flat. III 338. 340. 341. 342. 343. (cæd. atque Hkr.). Sn. E. I 404. 406. 502. II 322. (433. 517. 582) 323 (434. 583) 452 (535. 601). (str. 11 —13). Corp. poet. bor. II 219—20.

[1]) Cfr. Landn. P. 4 c. 13. Laxdœla (1867) p. 119. Bisk. I 4. not. 4—5. 18—20.

209. **Kálfr Mánason.** Hic Kalfus filius Manii Thorbrandi filii fuit, cujus majores Liber originum exhibet[1]:

Holmgöngu-Máni ldn.
|
dóttir (filia) ‿ Þorbrandr í Dölum
|
Máni
|
Kálfr skáld.

Cæterum de vita ejus nihil constat. Siquidem de Canuto sancto Daniæ rege (1080—86) carmen composuit, inde concludendum est, eum his annis in Dania apud regem versatum esse. Ex Recensu et Knytlinga scimus eum

Kvæði um Knút konung hinn helga, carmen de Canuto sancto Daniæ rege fecisse, in quo carmine corpus Sveinis regis ex Jotlandia Hringstados portatum esse Canutumque decem reges in oriente *(Austrvegr)*, antequam rex factus est, vicisse narratum scimus[2], sed ne unus quidem versus servatus est.

210. **Skúli Illugason.** Plane nobis hic poeta est ignotus. Fortasse ex familia Gilsbekkingorum aut Myramannorum fuit, in quibus nomen ipsius et patris occurrunt. Sec. Rec.:

Kvæði um Knút konung hinn helga, carmen de Canuto sancto, Daniæ rege (1080—86), composuit, ex quo nihil servatum est.

---

[1]) Landn. P. 3 c. 5 fin.

[2]) „Kálfr Mánason segir svá í kvæði því, er hann orti um Knút enn helga ... at líkit Sveins konungs var flutt á 13 dögum sunnan af Jótlandi ok norðr til Hringstaða með miklum prís". „Svá segir Kálfr Mánason í kvæði sínu, at Knútr hafi sigrat 10 konunga, þá er hann var í hernaði i Austrveg". Fornm. XI 214. 216.

211. MARKÚS SKEGGJASON }
212. MARKÚS SKEGGJASON } vide supra sub nro. 26.

213. HALLDÓRR SKVALDRI, vide supra sub nro. 28.

214. EINARR SKÚLASON, vide supra sub nro. 27.

215. ÞORSTEINN KROPPR. Hic Thorstein, cognomine truncus, aliunde prorsus ignotus nobis est, nisi forte idem fuit atque *þorsteinn þorbjarnarson* (sub nro. 30), quod J. Sigurdsonio olim non verisimile videbatur (vide supra pag. 376). Sec. Rec.:

Kvæði um Valdimar Knútsson, carmen de Valdemare Canuti filio, Daniæ rege (1157—1182), jam deperditum, composuit.

216. ARNHALLR ÞORVALDSSON. De vero nomine hujus poetæ ambigi posset, cum in A vocetur *Arnhallr*, in B *Arnaldr* (patris nomen utrobique legitur idem), nisi testimonio Saxonis grammatici niti possemus, qui ita disputat [1]: „Habebat autem in clientela Absalon Arnoldum Thylensem, qui sive ingenii acumine sive conjecturarum sagacitate sæpenumero futura, ad sua vel amicorum negotia pertinentia, raro præsagio deprehendebat. Nec minus antiquitatis quam divinationis peritus, solerti historiarum narratione callebat. Qui cum Absaloni delectandi gratia supradictæ expeditionis [2] comes existeret, brevi eum manum cum piratis conserturum prædixerat, vehementer se mirari testatus, quo pacto certamini interfuturus non sit, præsertim cum inseparabiliter eum comitari decreverit. Cumque, rege res gestas ex eo cognoscere cupiente, discessuro Absalone, quiescere rogaretur, pertinacissime pre-

[1]) Saxo ed. Müller Lib. XIV, pag. 812—13.

[2]) Contra Saxones videlicet, quorum irruptio falso nuntiata erat.

cibus obluctatus, non prius rogatui cessit, quam rex operam se daturum polliceretur, ut eum post Absalonem prima luce dimitteret." Hinc primum plane perspicuum est, nomen rectius *Arnaldr*, ut in B, scribi. Arnoldus enim, ut Saxo latinizat, propius ad hoc quam ad illud accedit. Danice illis temporibus *Arnold* dictum est. Ita etiam in Libro originum nomen scribitur *Arnaldr* aut interdum *Arnhalldr*, sed nusquam *-hallr*. Arnaldi genus, originem, vitam fere ignoramus. Ubi pater ejus fuerit, non apparet. Fortasse e familia Sæmundi Hæbudensis fuit, cujus filius Arnaldus nominatus est [1]. Islandum fuisse certo scimus, nam Saxo eum Thylensem vocat, quod Islandus semper valet. In libello Udsigt etc. [2] extat conjectura, secundum quam *þorgeirr* quidam *þorvaldsson* (sub nro. 217), qui poeta Canuti sexti (1182—1202) in B fuisse dicitur, hujus frater fuerit. Sed hac de re merito dubitari potest, cum nihil huic conjecturæ faveat, nisi patris nomen idem. Cum autem accedat, quod in A idem poeta longe aliter nominatur: *þorvarðr þorgeirsson*, ita ut ipsius et patris nomen aliud sit, nihil omnino est, cur putemus, fratres hos poetas fuisse. Secundum annotationem editoris Saxonis fuit Arnaldus, quod isl. vocant, *sagnamaðr*, i. e. rerum narrator, quod ex verbis ipsius Saxonis: „solerti historiarum narratione callebat" satis bene elucet. „Divinationis" peritus etiam fuisse dicitur, quod superstitionis illorum temporum inventum est, „nec minus antiquitatis". quod hic multum valet. Nam, nisi fallimur, nihil est, nisi significatio artis ejus poeticæ, quæ recte in antiquitate ejusque studio versari dici potuit [3], ut hujus artis indoles habitusque semper fuit. Et mirum videri posset, si talis vir tamque peritus ipse versus non fudisset, et, quoniam non dubium esse potest, quin Arnoldus Thylensis idem

[1]) Landn. P. 3 c. 6.

[2]) Udsigt over de norsk-islandske skjalde, p. 142.

[3]) Vide supra p. 206—7.

sit atque *Arnhallr (Arnaldr) þorvaldsson* Recensus nostri, re vera

Kvæði um Valdimar konung Knútsson, carmen de Valdemare rege Canuti filio, cujus carminis ne minima quidem vestigia adhuc, quod sciamus, supersunt, composuit. Cum Arnaldus, ut Saxo narrat, in clientela Absalonis archiepiscopi esset, non possumus non conjicere, jure, ut videtur, optimo, eum carmen etiam de ipso Absalone domino suo amicoque fautore fecisse, siquidem carmine regem collaudavit, quamquam talis carminis nulla usquam mentio facta sit.

217. Þorgeirr Þorvaldsson. Ita in B, quod prætulit Arnas, scriptum nomen est, in A contra *þorvarðr þorgeirsson* legitur, et hoc secuti sumus supra sub nro. 109, quo lectorem revocamus.

218. Ólafr Þórðarson, vide supra sub nro. 34.

219. Játgeirr Torfason, vide supra sub nro. 141.

220. Þorgeirr Danaskáld, vide supra sub nro. 32.

221. Suguvaldi. Aliunde notus non est hic Suguvaldius, qui post 1200 vixerit necesse est. Nomen ejus ex *Sugu-* et *Valdi* compositum esse videtur; hoc nomen viri proprium est, illud a *suga*, suctus, (a verbo *sjúga*), ut Valdius sugens (per nares spiritum ducens?, aut lactens?) sit. Sec. Rec.:

Kvæði um Valdimar gamla, carmen de Valdemare rege prisco, Danorum rege (1202—41), condidit, quod deperditum est.

222. Þjóðolfr ór Hvini, vide supra sub nro. 40.

223. Þórðr Sigvaldaskáld. Thordus Sigvaldii

poeta pater fuit celeberrimi poetæ Sighvati (vide supra p. 335). Cognomen suum accepit, quia apud Sigvaldium dynastam diu moratus est ejusque poeta fuit. C. an. 994 in Islandia certo fuit; hoc enim tempore filius ei natus est. Utrum ante an post hunc annum apud Sigvaldium fuerit, non constat, sed cum Snorrius nobis narret, eum diu cum Sigvaldio, et deinde (ɔ: post mortem ejus, quæ an. 1002 secuta esse videtur[1]) cum fratre ejus Thorkele procero vixisse, primum c. an. 995 peregrinatus esse videtur. Mercaturam etiam his temporibus egit. Cum Olavus Haraldi filius militiam occidentalem (1009—1014) exerceret, aliquamdiu apud ipsum Thorkelem satelles moratus est. Thordus ad eum se applicuit, cumque in Norvegiam (an. 1015) regno potiturum secutus est, ibique filius Sigvatus cum patre convenit[2]. Ubi postea vixerit, ignoramus. Ante an. 1030 mortuus esse videtur; Sigvatus enim in stropha quadam ita de eo locutus est, ut inde hoc concludi possit[3].

Quod ad carmina Thordi attinet, sec. Rec. et ex cognomine scimus, eum

Kvæði um Sigvalda jarl Strút-Haraldsson, carmen de Sigvaldio dynasta Strutharaldi filio, nunc deperditum, composuisse. Præterea vero probabile videtur, eum Thorkelem procerum Olavumque regem carminibus laudavisse, de quibus nihil nobis traditum est.

224. Þjóðolfr Arnórsson, vide supra sub nro. 70.

225. Egill Skallagrímsson, vide supra sub nro. 47.

226. Gunnlaugr ormstunga, vide supra sub nro. 20.

---

[1]) Vide Munch: Det norske Folks Hist. I 2 p. 467.

[2]) Hkr. Ól. helg. c. 41, cfr. Ól. helg. (1853) c. 38. Fornm. IV 88—9. Flat. II 39.

[3]) Hkr. Magn. góð. c. 9.

227. Úlfr enn úargi. Hic Ulfus intrepidus, princeps insignis Hrafnistæ, avus Kveldulfi (vide tabellam supra pag. 418), seculo octavo fere medio floruit. De ejus vita nihil scimus, sed eum antiqua virtute et fortitudine potentem multa facinora heroica edidisse certum est. Præterea, ut fuit sator stirpis celeberrimæ et, ut ita dicamus, imprimis poeticæ, ita ipse artis callens fuit, nam sec. Rec.:

Drápu um þrekvirki sín, carmen intercalatum de rebus suis gestis una et ultima quidem vitæ nocte, nam antequam illuxit, mortuus fuit, composuit.

228. Þjóðolfr ór Hvini, vide supra sub nro. 40.

229. Egill Skallagrímsson, }
230. Egill Skallagrímsson, } vide supra sub nro. 47.

231. Sighvatr skáld, vide supra sub nro. 24.

232. Óttarr svarti, vide supra sub nro. 22.

233. Sighvatr skáld, vide supra sub nro. 24.

234. Refr Gestsson, }
235. Refr skáld, } vide supra sub nro. 63.

236. Bjarni gullbrá(r)skáld. Hic Bjarnius, gullbraæ-poeta (qui versus fecit de puella superciliis aureis) cognominatus [1], sine dubio idem fuit atque Bjarnius filius Hallbjörnis Skefilis de Laxardalo, de quo talia fere narrantur [2]. Æstate quadam (ante an. 1039, ut videre licet,

---

[1]) *Gullbera-* quod uno loco invenitur (Fornm. V 123 not.) corruptum est.

[2]) Fornm. VI 31—33.

nam, antequam Kalfus e Norvegia aufugit, factum esse fertur) Thorgrimus Hallii filius, olim Olavi sancti aulicus, navi peregrinatus est, quæ dimidia ex parte ejus fuit, ex altera fratrum Bjarnii et Thordi Hallbjörnis Skefilis filiorum. Hi una in Norvegiam navigantes maledici Thorgrimum versibus satiricis persecuti sunt, quod ille penitus neglexit. Cum in Norvegiam venerunt, rex Magnus in Dania fuisse et Kalfus Arnii filius in Throndheimia opes summas tenuisse fertur. Hic viros ad se Islandos invitavit, hiememque secutam apud eum vixerunt. Cum aliquamdiu ibi morati essent, Bjarnius se carmen de Kalfo fecisse dixit, veniamque recitandi petiit, quam nactus, carmen celebri hominum coetu recitavit, in quo multa de pugna Stiklastadensi Kalfique rebus ibi gestis fuerunt. Thorgrimus ægre tulit, Kalfum aliosque ob pessimum facinus vehementer laudari, Bjarniumque postea interfecit, ipseque mox a Thordo fratre Bjarnii necatus est. Veritatis speciem in universum præ se fert hæc narratio; sed aliqua ex parte aperte claudicat. Ante enim an. 1039 hoc nullo modo accidere potuit. Aliunde enim scimus, Bjarnium rerum a Kalfo an. 1044 gestarum in carmine suo mentionem fecisse; deinde rex Magnus ante an. 1039 nondum ullam in Daniam expeditionem fecerat. Rursus Kalfus, postquam ex Norvegia iram Magni boni timens aufugit, nunquam postea Magno regnante in patriam rediit. Demum an. 1050, cum Finnus frater ejus impetrasset ab Haraldo severo, ut ei liceret redire, domum revertit, omniaque sua suosque pristinos honores integros recuperavit[1]. In hunc igitur annum et hiemem secutam, non in aliud tempus quadrat, quod de Kalfo et Bjarnio supra relatum est. Inde fit, ut tota hæc relatio falso inserta sit vitæ Magni boni, cum rectissime vitæ Haraldi severi inseri debuerit. Kalfus æstate post (1051) ipse in Fiunia cecidit, non sine Haraldi regis consilio. Pro certo igitur haben-

[1]) Hkr. Har. harð. c. 53.

dum est, Bjarnium nostrum an. 1050 æstate peregrinatum, hiemem 1050—1 apud Kalfum degisse, donec ab Thorgrimo interfectus est.

Carmina ejus fuisse videntur:

1. Kvæði um ... (?) gullbrá, carmen de femina quadam, *gullbrá*, (aureis superciliis) cognominata. Cognomen ejus nos inducit, ut tale carmen extitisse statuamus.

2. Kálfs flokkr, kvæði um Kálf Árnason, carmen de Kalfo Arnii filio non intercalatum, hieme, ut paulo antea demonstravimus, 1050—1 compositum est. Rec. nro. 236 significatur. Ex hoc carmine, cujus haud parva pars de Stiklastadensi pugna egisse dicitur, octo strophæ ad nos pervenerunt:

1. Vast þars vígs bað kosta ...
2. Öld fekk illt ór deildum ...
3. Austr réð allvaldr rísta ...
4. Áttu Engla dróttni ...
5. Jörð rétt vígi at varða ...
6. Hafa lézt unga jöfra ...
7. Þér frák Þórbergs hlýri ...
8. Frágum Finns hvé mági ... [1].

Str. 1—2. narrat Kalfum cum Olavo fuisse Erlingo Skjalgii filio interfecto (an. 1028). Str. 3—4. de profectione

---

[1]) „Kvæði hefi ek ort um yðr" .... „Hlýða skal kvæði þínu skáld, sagði Kálfr, því at ván er, at vel sé ort", (Fornm. VI 32.) „Þess getr Bjarni gullbrárskáld í kvæði því, er hann orti um Kálf Árnason". „Þessa getr (Svá segir) Bjarni gullbrárskáld í Kálfsflokki etc. Hkr. Ól. helg. c. 187. 194. 240 Magn. góð. c. 5. 6. 15. (str. 8. om.). Frís 171. 176. (str. 6. 7). Ól. helg. (1853) c. 173. 179. 226. 255. 259. 270. Fagrsk. c. 107 (str. 1. prior pars cum versibus 3—6 str. 2. conjuncta) 109 (str. 3. post. pars cum str. 4 post. parte conj.). 121 (str. 6). Fornm. V 17. 31. 32. 83—4. 123—4. 127. 141. Flat. II 311. 318—19. 357. 374. (str. 7. 8. om.). Corp. poet. bor. II 163—4.

Kalfi ad Canutum in Angliam (an. 1029) agunt, str. 5. de pugna Stiklastadensi (1030). Str. 6. laudat Kalfum, quia Magnum bonum ex Russia reduxerit (an. 1035), str. 7. simultates inter Kalfum et regem (an. 1039) commemorat. Str. 8. pugnæ in Petlandsfjordo inter Thorfinnum dynastam et Rögnvaldum Brusii filium (an. 1044) eum interfuisse narrat.

3. Lausavísur, strophæ solitariæ nullæ nobis servatæ sunt, sed versus acerbi, quos in Thorgrimum Hallii filium ipse cum fratre suo navigans una fudit, quidam commemorantur [1]. J. Sigurdsonio de hoc Bjarnio et strophis quibusdam in Edda Lövasina Bjarnio cuidam tributis supra pag. 495—6. disserenti assentimur, nisi quod Bjarnium gullbraæ-poetam et Bjarnium Hallbjörnis filium diversos putavit, illumque carmen c. 1044, hunc c. an. 1037 facientem, errore aperto, fecit.

237. Steinn Herdísarson, vide supra sub nro. 83.

238. Þorkell hamarskáld, vide supra sub nro. 88.

239. Ásu-Þórðr. De hoc Asæ-Thordo aut, ut etiam vocatus est, *Gull-Ásu-þórðr* Auri-Asæ-Thordo, narratiuncula extat [2]. Diebus Eysteinis Magni filii regis Thordus, qui humili loco natus et pauper ex Islandiæ parte orientali ortus fuit, in Norvegiam venit. Poeta lepidus fuit, rerum satis peritus. Nidarosiam cum devenisset, forte in domum Asæ cujusdam, viduæ ex nobilissima Bjarkeyingorum familia, divitis, cujus juventutis flos jam decidisset, venit. In familiam Asae receptus hiemem secutam apud eam mansit, ita ut domesticis mox propter narrationes

---

[1]) „Þeir Bjarni ok Þórðr flimtu Þorgrím". Fornm. VI 31.

[2]) In Sex söguþættir (1855) p. 72-78. Mork. p. 170—4. Fornm. VII 111—18, quo lectores communiter revocantur.

carminaque, quibus recitandis audientes delectavit, gratus fieret, neque minus Asæ ipsi, quæ æstate post ei negotia sua mercatoria in Anglia perficienda tradidit. Ita aliquot annos vitam perduxit, Asæ in dies gratior factus, ut etiam malevoli eum ob pælicatum, quem putarunt, carpere inciperent. Hujus rei fama etiam ad aures propinqui Asæ, Vidkunni de Bjarkeya, qui rem ægre tulit, allata est. Aliquando cum hic Throndheimiam venturus expectaretur, Asa (aut, ut alii, amicus ejus quidam, sed minus verosimiliter) ei suasit, ut carmen de Vidkunno laudatorium, quo amicitiam ejus nanciscí posset, conderet eique, cum venisset, recitaret. Hoc fecisse Vidkunnumque ita placavisse fertur, ut in contentione quadam, quam postea Thordus cum viro potentissimo Ingimare Askcnsi habuit, Vidkunni strenuo auxilio ipsiusque regis Eysteinis uteretur, quod effecit, ut Ingimar ira succensus in Daniam aufugeret ibique multos annos commoraretur. Thordus vero paulo post Asam in matrimonium duxisse inque Norvegia usque ad mortem habitasse dicitur. Jam si quærimus, quo fere anno hæc acciderint, inveniemus, contentionem, quam commemoravimus, verisimiliter an. 1112 evenisse, nam in libris proxime ante contentionem inter Eysteinem et Sigurdum fratres *(mannjafnaðr)* initiumque litis Sigurdi Hranii filii, quod an. 1113 accidit, de Thordi negotio cum Ingemare narratum est. Et cum aliquot annos antea in Norvegia fuisset, hinc concludendum est, eum c. an. 1106—8 peregrinatum esse. Quamdiu vixerit, non constat.

Carmina ejus fuisse accepimus:

1. Drápa um Viðkunn Jónsson, fimmtug, carmen intercalatum de Vikunno Jonis filio, ex strophis quinquaginta constans, ex quo versus intercalares soli asservati sunt, qui corruptela gravi non carent:

Hart riði hildar birti
hjalm í folk gumna

Jóns ættstuðill einatt
allfróðr í styr þjóða [1].

Carmine sibi Vidkunnum conciliavit, qui ei anulum aureum obtulit, quem accipere Thordus gravatus multo malle amicitiam ejus se dixit. Hoc carmen c. an. 1110 compositum est. Rec. nro. 239 significatur.

2. Lausavísa, stropha solitaria una nobis servata est:

Nú tekr ýgr at œgja ... [2]

quam contentione supra memorata orta an. 1112 fudit.

240. Einarr Skúlason, vide supra sub nro. 27.

241. Súgandi skáld, vide supra sub nro. 118.

242. Einarr Skúlason, vide supra sub nro. 27.

243. Arnórr Kálfsson, (cfr. 244). Neque de hoc poeta neque de ejus genere quicquam memoriæ traditum est. Sed necesse est c. an. 1200 vixerit. Sec. Rec.:

1. Kvæði um Ívar selka, carmen de Ivare selkio (phocula?), qui fuit Sverreris regis fidus satelles, in vita ejus sæpius memoratus, et

2. Kvæði um Sigurð munk, carmen de Sigurdo monacho, qui nobis plane ignotus est, fecit.

---

1) „Þætti mér ráð, at þú yrtir um hann drápu .... Þórðr kvaðst mundu til hætta, ok yrkir síðan kvæðit .... kvæði lítit hefi ek at færa yðr, er ek hefi kveðit, ok vil ek, at þér hlýðit". „Þat skal vera, segir Viðkunnr, ok hefir þú fyrst orðit til at kveða um mik" .... Síðan hóf hann kvæðit, ok var þat fimmtug drápa, ok var þotta stefit". Sex sögu p. 73 cfr. Mork. p. 171. Fornm. VII 112—13.

2) „Þá svarar Þórðr ok kvað" „Þá kvað Þórðr (þetta)". Sex sögup. p. 74—5. Mork. p. 172. Fornm. VII 114—5.

244. Arnórr Kálfsson, vide sub proximo nro.

245. Ólafr Herdísarson, (cfr. 247). Etiam hic poeta plane ignotus est, nisi quod sec. Rcc.: *

1. Kvæði um Arnbjörn Jónsson, carmen de Arnbjörne Jonis filio, viro Norvego Hakonis regis grandævi satellite fidelissimo, de quo multa in vita Hakonis, qui an. 1240 mortuus est, fecit.

2. Kvæði um Gaut Jónsson á Meli, carmen de Gauto Melensi. Hic Gautus fuit magnas Norvegus, Hakonis itidem satelles fidus, qui simultates inter eum et Skulium augere credebatur, de qua re Snorrius stropham fudit (vide supra pag. 670—1.). Gautus an. 1270 tandem obiit. Cæterum nihil ex his carminibus adhuc extat.

246. Steinvör Sighvatsdóttir. Hæc poetria ex nobilissima familia Sturlungorum filia Sighvati Sturlæ filii, fratris Snorrii, et Halldoræ Tumii filiæ (cfr. supra pag. 653). Nata est paulo post an. 1200, nam c. an. 1230 Halfdani Sæmundi filio Oddensi nupta est. Postea Keldis habitarunt [1] totam fere ætatem. Describitur Steinvara mulier omnium maxime strenua, suamque acritatem sæpius monstravit, vel maxime, cum Tumio Thordoque kakalio Snorrii cædem ulturis opitularetur (1242), ipsaque cum episcopo lites judicaret, et, si discordia orta esset, Steinvarae sententia prævaleret [2]. Cæterum ad Sturlungam lectores relegamus. Quando mortua sit nescimus. Conjux eius a. 1265 obiit. Filios habuerunt Loptum et Sighvatum, qui vulgo Steinvaræ filii appellati sunt, filiam Solveigam, quam Thorvardus Thorarinis filius an. 1250 duxit. An

---

[1]) Bisk. I 552. Sturl. (1818) II 127. Sturl. (1878) I 190. 302.

[2]) Sturl. (1818) III 6. 7—8. 16. 17. 19. Sturl. (1878) II 6. 14. 15. 16. Dipl. Isl. I 590.

peregre unquam profecta sit, in incerto jacet; non enim de ea re nobis quidquam traditum est, sed quantum concludere licet, nunquam peregrinata est. Qualis fuerit poetria nescimus, cum vix unum versum ejus asservatum habeamus.

Carmina ejus, quantum scimus, fuerunt:

1. Kvæði um Gaut Jónsson á Meli, carmen de Gauto Jonis filio Melensi, magnate Norvego, an. 1270 mortuo. Ex hoc carmine, ex Rec. solum noto, nihil ad nostra tempora pervenit. Quando compositum sit carmen, divinare non possumus.

2. Lausavísur, strophæ solitariæ nullæ nobis asservatæ sunt, nisi forte semistropha quædam Steinvaræ tribuenda est, quam Thorgrimus ex Gunnarsholto ei in somnis canere videbatur ante proelium Örlygstadense (1238):

Sitk ok sék þat
svarit Steinvarar:
hví liggr hér á vegg
höfuð í örtröð [1].

247. Óláfr Herdísarson, vide supra sub nro. 245.

248. Dagfinnr Guðlaugsson, nobis plane ignotus est, nisi quod sec. Rec.

Kvæði um Gaut Jónsson á Meli, carmen de Gauto Jonis filio Melensi († 1270), jam deperditum, fecit.

---

[1]) „Steinvöru Sighvatsdóttur dreymdi í þenna tíma, at hún þóttiz . . . sjá Þorgrím ór Gunnarsholti sitja á traðarvegginum ok horfði á mannshöfuð, er lá á vegginum ok kvað" Sturl. (1818) II 209. Sturl. (1878) I 367.

INDEX GENERALIS.

A.

B.

D.

E.

F.

H.

I.

K.

L.

N.

S.

[1] In omnibus nominibus, ubi *sig* invenitur, pugnam (non victoriam) significat.

T.

U.

V.

ARGUMENTUM OPERIS.

Tomo primo continentur:

þulur Nomenclaturæ:

Tomo secundo continentur:

Tomo tertio continentur:




CORRIGENDA ET ADDENDA.

In tomo III:

Pag. ***230***[32], igitus *l.* igitur; ***348***[23], *post* viginti *adde* quatuor; ***361**, not. 2*, 358 *l.* 353; ***407**, not. 4*, 86 *l.* 68; ***413**, ult. l.*, Skallagrimi *l.* Kveldulfi; ***458**, not. 3*, 43 *l.* 13; ***465***[32], 859 *l.* 959; ***466***[4], 859 *l.* 959; ***509***[11], Fagro- *l.* Fagra-; 510[20], lectorum *l.* lectorem; 512[4], quorum *l.* quarum; 522[6], *de hoc* þormor *recte judicavit C. Maurer: Ueber die Ausdr. etc. p. 75;* ***530**, not. 2*, 1859 *l.* 1853; ***547***[13], referenda *l.* referendæ; ***549**, not. 1*, 1854 *l.* 1856; 555[3-4], Olavo Sto regnante *del.;* ***556***[13], 5 *l.* 1.; 559[18], *numerus* 527 *in officina depressus est*; ***570***[17], poetem *l.* poetam; ***578***[27], 1069 *l.* 1060; ***580***[4], sop (i. e. *sóp-*) *rectum esse potest*; ***584***[9], supra ... conati sumus *l.* infra conabimur; [23], carmine *l.* carmen; ***598**, not. 3, lege*, Atlamál hin grœnlenzku; ***619***[10], opperiret *l.* opperiretur; ***626***[18], tertii *l.* quarti; 653, *signum inter* þorkatla *et* Grímr *del.*; ***655***[26], Sverreris *l.* Nicolai; ***667***[6], poetam *del.;* 672[12], Jonis *l.* Pauli.

---

engi aðrū gn̄da t̄ bialls bvane t̄ bana oekane hav́ðo þ hvesv skyl þo
at bana beoþa bvndin finn. Enn gvad ecki ordit fyra sofit e þit ne
of salgavkr epa lengr en sva lioð eitt ᵹþac. Varattu froþi fullspakr of
þic malvinr m̄ er þu man keyptir. kavstu þu at afli ⁊ at alitū enat
ætni ecki spvrþs. harðr v̄ hrvgnir ⁊ h̄ faþir þo v̄ þiaxi þav flgi ini ⁊
arnn okr niðiar beaðr bergrisa þ erv̄ boenar. komia grotti ór gria fial
line sa hiti harþi halr ór iorþu: ne moli sva mær bergrisa ef vissi vætt
vetr t̄ hnar. Vær vetr nív vorū leikur avflg alin fir iorð neþan.
stoþu meyiar at megin verkū færþū sialfr setbg ór staþ. Veltū gro
ti of garð risa s. at fold fir for skialfandi. sva slongþū vit snvð
ga steini hafga halli at halr tocu. En vit siþan a sviðioþu framvisar .ij.
i folk stigū. beiddū biornu en brutū skiolldu gengū igegnū grāserkiat
lit. steyþþū stilli studdū annan veittū goþū gothormi lið va kyrr seta
aðr knvi felli. fram helldū þ þav misseri at við at kappū kendar
v. þar skorþu vit skarpū geirū bloð ór beniū ⁊ brvnd ruþū. Nu erū
komnar t̄ konūgs hvsa miskvnnlausar ⁊ at mani hafþar. aur etr iliar en ofan
kulði dragū dolgs siotvl dapirt er at froþa. Hendr skolo hvilaz hallr standa
da mvn malit hefi ec fir mic mitt of letti. nu muna hondū hvild
vel gefa aðr fullmalit froþa þycki. Hendr sco holda harðar tronor
vapn valdreyrug vaki þu froþi. Vaki þu froþi ef þu hlyþa vill songū
ockrū ⁊ sogū fornū. Eld se ec brenna fir austan borg vigspioll vaka
þ mun viti kallaðr. mun her koma hinig af bragþi ⁊ brenna bæ fir
buðlungi. Munattu halda hleiðrar stoli rauþū hringū ne regin grioti.
t okū a mondli mær skarpara ervma vaþnar ivaldreyra. Mol meiri fauþur
mær ramliga þt hō feigð fira fiolmargra sa. stukku storar stoðir fra luðri
iarnar fiarþar molū enn framar. Molū enn framar mō yrsv sonr v̄
halfdana hefna froþa. sa mun hennar heitinn vera bvr ⁊ broþir vitū ba
þar þat. Molo meyiar megins kostuþu v̄ vngar iotun moði. skulfu
skaptre skavtz luðr of an hravt hitt havfgi hallr svndr i tvau. En bergrisa
bruðr orð v̄ qvað malit hofū froþi sem munū hætta hafa fullstaðit
fliod at meldri. Einar skulas. qvað s. Fra ec at froþa meyiar full
goliga molu lætr stillir grið gulli bjarg vitnis beð sitna. mukl va mīi avx
meldr þatt v̄ hlyn feldrar kgs dyrkar fe fenny fagr hlyr bergar styri.
Sva q. Egill. Glaþr flotna fiolð v̄ froþa miol.



ongr eitt i danmork er nefndr hrolfr kraki. Her ag ætaztr fornkga
fyrst af mildi ⁊ fræknleik ⁊ litillæti. Þat er eitt mik v̄ litillætiss

stafs. en þ(at) kalladi p(ri)scian(us) einn part þann er mætti stafsins hafir. þessa stafi ok fleira
m(er)kingar compileradi minn h(er)ra valldimar dana k(onun)gr ... skiotu orðtaki a þessa lund
Sprengd manz hok blyði tvm boll. [illegible] her er
sol fyrst skipat þ(at) s. latinu staf ok ... gerð ok kan staf ok kollu v(er) þ(at) knesol ok ... er gort
h. en ok hefir natturliga i s(er) tveggia stafa hliod t. ok s. ... ok s. ... þ(at) hvargi stafr ... ok ...
ritadr i runa maali eða i fornu latinu stafrofi. Nu eru þ(essir) stafir af þui i stafro
fit at skiotara sikk(i) at rita ept(ir) hellðr einn staf en tva. þar næst stendr B ok e bia.
kan ... at þ(at) stendr ... latinu staf ok heit(ir) sa runa stafr .y. dumba stafi i s(er) þa er þ(at)
hliodar ... en af þui eru belg(ir) opn(ir) ... a biarkani þa er þ(at) hliodar ... at þ(at) ...
meir fundr ... nefna ... b. þar næst stendr B ... latinu staf ok er einn
af þeim er halfs raddar staf(ir) eru kallad(ir). þar næst stendr e ok hliodar ... tveim raddar
stofum + e i ok kalla gircki(r) þann staf diptongum. þ(at) er ... hliodr a norrænu ok eru fior(ir)
diptongi i latinu stafrofi en i runum .v. Diptong(us) er saman læing tveggia raddar
stafa i einni samstofu sva at baad(ir) hallda afli sinu. þess(ir) eru læingar staf(ir) i ru
num + ... ae. ... au. ... e. ... ok er sa diptong(us) ekki i latinu ... ok er ...
fiordi diptong(us) i latinu ok ... i runum. Sum(ir) raddar staf(ir) eru fyr(ir) skipad(ir) i sam
læingu sem a ok e. en sum(ir) eru ept(ir) skipad(ir) sem e ok i o ok v ok eru þ(essir) raddar stafer

volſungar eᴅ ꝼ komnir. ꝥ ero ꝼ ꝼeck ſor. ſra ollū þeī eᴅ ſtorar ætt komnar. þa ꝼor oþin i reiþgota land ⁊ eignaþiz ꝥ ⁊ ſetti þar .ſ. ſin skiolld. ꝼavþ ſ. ðleiꝼſ ē skiolldung̃ eᴅ ꝼ komnir. ꝥ heīt nu iotld ē ꝥ. kavlloþv reiþgota land.

Aþ ꝼor oþin i ſviþiod. þar v ſa k ē gylꝼi. h. ⁊ er h ſꝼrᷓ til aſia mē ꝍſir voro kallaþir ꝼor h i mota þ ⁊ bauþ þeī i ſitt ꝛ. en ſa timi ꝼylgþi ꝼꝼþ þra hvar ſem ꝥr dvolþuz i londū. þa var þar ar ⁊ ꝼꝼþr. ⁊ t̄rþo m̄ at þr v̄r ꝥ raþandi. þvi at rikiſ m̄ ſa þa olika ꝼleſtum m̄ oþrū at ꝼegrð ⁊ viti. þar ꝥti oþni ꝼagr vellir ⁊ lꝥ koſtir goþir. ⁊ kavſ ſ̄ þar bgar ſtaþ ſem nu heita sigtun. Skipaþi þar haufþgia i þa liking ſem i troio. Voro ſettir xij haufþgiar at dæma lꝥ log. Siþ ꝼor oþin norþr þar til er ſior tok við hm. Sa er h ætlaþi at leggia v̄ oll lond. ⁊ ſetti þar. ſ. ſin til rik er ſemingr. h. en nu. h. noregr. ⁊ telia noregſ kgar ⁊ ſ iarlar kgat ætt .ſ. Oſeð oþnir ꝼor yngvr ē kr var i ſviþioþu eꝼt h ⁊ ynglingar eᴅ ꝼ komn̄. þr æſirnir t̄ ſ q̄ngꝼavng þar iñan lanz ⁊ vrþo þrr ættir ꝼiolm̄nar. v̄ ſaxland ⁊ v̄ norþ hal ꝼona. þerra tunga ein geck v̄ ꝥi lond. ⁊ ꝥ ſkilia m̄ at ꝥr hava norþr kgar haꝼt tunguna ſ noreg ⁊ danm̄k Sviþiod ⁊ ſaxland.

Gylver v̄ maþꝛ

Gvitr ⁊ hugſaþi ꝥ er allir lyþ loꝼuþo þa ⁊ all hlutir ggv at vilia þra. hitt ꝥ m̄dr aꝼ eþli þra va. e. m̄di guþmavgnin vallda ꝥ. h ꝼor t̄ aſgarþz ⁊ bra a ſik gamalſ m̄ likr. en æſirn v̄þ viſari at þr ſa ꝼꝼþ hs ⁊ gioꝛþu i moti sionhvꝼingar. þa ſa han hava holl. þak hiar voro þokt gylldū ſkiolldvm ſem ſpanþak. ſ ſeg þiodolꝼr ꝭ baki leto blikia barþir v̄ goti svolniſ ſalnæꝼrar ſegir hyggiandi. Gylv ſa m̄ i hallar dyrū er lek at handſavxū. ⁊ v̄ vij ſen aloꝼti. Sa ſpþi h ꝼyrſt at naꝼni. h neꝼndiz gangl ⁊ kom̄





ring tyor sarma hvæðrn saþ hiling i:ðnar havð bærgvið simyl tægar
B raitr e balldrækr hiotv brē syndr rað imida siðgyrðill þyrr sveðv selir
sænring bælti yg(ix) vgð hyglar orm æ gilli stotni slæyg bolin bavgi
bkar lygrv man nalēt. Biar æ balldrækr sua brv gyrðill þvær yyrðv
svndr slingr lygrv imiði lælu sælt a: þrom bællti krot skolar karmt
hælsi klyfr skoinsila þioni holð ika girka gurðr gi:ar boð men stoðr
yg(mið) z ærmt ollū lang hoen lind z hugl hðla z vit
hon hs nilla hiling skrg:a mon mest hallæy myl tolm baralle:
S æka solyon z sorvland tig z salarayr z saga lauð salvysenk
ka skið sind z sigr skotm z alldi. kr krpr lyg kænn yoð viarkay
bæring gylling hvgro varða lavga lyg lag z girki þðna z þiota þrv
ma kri z hir. Hot ðjm navma nala yæva solskin i:g sættlæ sænring
z mon bolm bokn rayi:a von sælr z yorl alott z stoð iala yæ ve ey
a yrnu z vilt ira lodda solund sini sollkaei myola hlæl æy sæde ay hir
sista lo:end vikna lag sylling. s: iony: yolwyria sirikn z setia selundz
h drmū sæla þula syna stolaud alkyoð z slld ala bærgvnd eiri tærg.
æl rokstr z s:allsr z bællikæ asparn hin iolund z hanki marsey sani
æy myste z syngr hlæsæy hæðins ey z hnotnar
yæde sogn iali s:olld oj:ori angr harmr tregi err vej:sri hðangr
stay:angr hæj:angr z glamr goðmr hðsær gremmr hroði
kr ax tæði ogn var z halmr all ej:sta kne eigi skotblað
blað kne z rot bygrvgr z lað koen gmhaj: kæki barlak. Grionz
silbyg grolka dvmba hveiti hirsi hialmr skrvj: z mjol vendill hellar
vndin sadkoen slyr ginste brej:i s:rekoen gmoði
ej:u skylr stal þ e stay:ni stv msylgm þvær bylgia hæj:ng bitr en hit
hringlej:a marsynne. hron ðgr gron ægiri gaðð svelr vloðvg hadda
elg vetr vde z kolga egivir:s v glymdvj:v hiarta hatt eilkolld sē. q.
illugi bejndsla skalld. æn hallt vlj:a brimi eilkalfoi gmr bedku millæ
reð æmi v elldi astr j:ge þaþ gva. þ æ sarkar æ roðr æ sē hall j:. q.
k vin gmr at gumi gvnþinga iarnnivjo. nigr la hr v hegnin hollbar
kar ya sarkar. ra hibylv heliar
æ lvðr hætt salr Har. Gillingr lytell Har. hungr diskr Svllt kniv:r. æ:
s:ellde spon. hmpin akr. Ganglan þrell. Ganglot ambatt. Sviðopni garðr
ó iallandi gnd. lati lasi. Blikianda bol hvrð. Brota val þreskollde. s:æað
aallð. s:allanda s:æað s:ar s:all kær rekia. kærbæde dyna ham





